















MARTINI SCHMEIZEL  
PHILOSOPH. PR. OF. PVBL. ET BIBLIOTH. ACAD.  
INSPECTORIS  
PRÆCOGNITA  
HISTORIÆ CIVILIS  
VNIVERSALIS,  
IN QVIBVS  
EIVS  
NATVRA ET INDOLES  
EXPLICANTVR,  
ADIVMENTA  
EDISSERVNTVR,  
OMNIVMQVE REGNORVM ET POPVLORVM  
HISTORIÆ  
TABVLIS SYNOPTICIS  
ADYMBRANTVR,  
IN VSVM STUDIOSSAE IVVENTVTIS  
IN ACADEMIIS ET GYMNASIIS  
METHODICE ADORNATA.



---

EDITIO SECUNDA  
EMENDATIO ET LOCUPLETIOR.

---

*Mit Schmeizels Dictione*

LENÆ,  
APVD IOH. MATTH. KALTENBRUNNER  
MDCCLXXX.



1700

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page.





## PRÆFATIO PRIORIS EDITIONIS.

**Q**uod si causas pariter atque rationes paulo  
altius indagemus, qui fiat, ut in tanto aca-  
demiarum numero, in tanta denique aca-  
demicorum caterva, qua vicus & bivia pre-  
mi terique cernimus, nihilo tamen minus vero  
eruditos, nec Diogenis face, experientia teste, of-  
fendamus, næ magnus illarum sese nobis offert cu-  
mulus atque copia. Non est mihi animus, in sin-  
gulas hujus mali rationes atque causas, adeoque  
veræ eruditionis ac sapientiæ impedimenta, quæ  
rectius edocti, tam ex parte docentium quam dis-  
centium cognita bene habent, longius inquirere,  
quod hunc laborem præoccupatum jam esse sciam,  
ab aliis doctrina, & eruditione celeberrimis viris,  
spe-



## P R Æ F A T I O

Speciatim vero acutissimo VERVLAMIO, *de sapientia ejusque impedimentis Tractatu*, BALTHASARE SCHVPPPIO *in dem unterrichteten Studenten*, CHRIST. THOMASIO *in Programmatibus von den Mängeln derer heutigen Aca-  
demien, von den Mängeln der Aristotelischen Ethic, vom eleu-  
den Zustand der Studenten*, JO. ANDR. SCHMIDIO *in  
Diss. de Difficultatibus cursum sapientia hodie morantibus*, JAC.  
CAR. SPENERO *in Diss. de Studii Sapientia Impedimentis*,  
EPHRAIMO GERHARDO *in Diss. de nonnullis Sapientia  
Impedimentis, aliis.* \*

Ratione igitur instituti, unum saltem ex tan-  
to impedimentorum veræ eruditionis numero, in  
examen placet vocare, scilicet, quod *ab ignorantia  
verorum conceptuum, tam de totius eruditionis Systemate ejus-  
que æconomia, quam etiam partium singularum inter se, & cum  
toto ratione ac connexionem, originem ducit suam.* Quo-  
tus enim quisque eruditorum est, qui nesciat, to-  
tum humanæ eruditionis systema, complexum  
quasi & aggregatum esse corpus ex variis partibus,  
quæ singulæ sororio nexu & vinculo invicem co-  
hærent, mutuoque sibi suaviter adminiculantur,  
ex quo prono nisu consequitur, non sufficere iis,  
qui studiorum gratia ad academias veniunt, si in-  
genium

---

\* Conferri heic possunt, quæ & ego prolixius scripsi *in  
der Historie der Gelehrtheit* statim ab initio



PRIORIS EDITIONIS.

genium docile, rerumque gerendarum nervum sufficientem secum adferant, si subsellia collegiorum diligenter frequentent, dictataque fideliter excipiant, verum illud rei caput erat, ut antequam majora illa Musarum emporia adirent, præceptorum suorum fideli instructione quadantenus in iis instructi accederent, quæ de totius *eruditionis encyclopædia* prænosse, & utile omnino, imo & pernecessarium erat, ad mutuam disciplinarum inter se nexum atque connexionem perspiciendam, scilicet, ut constare sibi & patefcere posset, quæ cujusvis disciplinæ sit natura, indoles denique atque constitutio, quæ primo, quæ secundo loco tractari debeat, quæ, ratione cujusvis instituti, scitu sibi apprimè sint necessaria, & ex fundamento penitus exhaurienda, quæve contra, ut parerga, per transennam saltim inspicienda.

Hæc cum ita sint, omniumque rectius edoctorum comprobata calculo, facile exinde concludi poterit, præcipuum inter alia eruditionis impedimenta, illud etiam suum occupare locum, quod ex ignorantia verorum conceptuum, de toto eruditionis systemate, omnibusque ejus partibus, originem ducit; adeoque horum neglectu & ignorantia fieri, ut via ad veram perveniendi eru-



## P R Æ F A T I O

ditionem, multis præcludatur regia; sacra sunt & sancta omnia literarum studia, si ex vero censeantur censu, nec illotis manibus tractanda; indigent igitur accuratiori προπαιδίας & προθεωρίας apparatus, ut intellectus ideam quandam totius disciplinæ, vel saltem argumentum illius concipiat, & quomodo versari debeat in hac vel illa disciplina, cognoscat, adeoque majori tandem cum successu, cujusvis absolvi possit tractatio,

Atque hæc, quæ circa totum eruditionis systema, sine omni exceptione sunt verissima, sigillatim intelligenda quoque sunt de singulis ejus partibus. Nec enim in comparata totius encyclopædiæ notitia, acquiescendum sibi putabit genuinus sapientiæ ac eruditionis cultor, verum ulterius ei progrediendum est, adeoque, postquam nexum atque complexum totius systematis, omniumque partium inter se & cum toto rationem, accurate introspectit, deinde porro speciali cura in illius, quam pertractandam animo habet, disciplinæ naturam & constitutionem, pari diligentia inquirere, verumque de ejus indole comparare sibi debet conceptum atque protheoriam, ut eo feliciter

licius



## PRIORIS EDITIONIS.

---

licius majorique cum fructu, quod ingredi vult, decurrere possit curriculum. \*

Quare cum ista, quæ dico, vera esse animadverto, mea ipsius, imo & aliorum experientia atque adprobatione edoctus, id mihi semper sub initium prælectionum mearum historicarum datum atque relictum esse putavi, ut, ante quam auditores meos in ipsam scenam introducerem, in limine statim, animos illorum decenti & necessaria *Protheoria Historia Civilis aq̄ue ac Ecclesiastica* imbuerem, adeoque de Natura & Indole partium istarum systematis historici, certiores redderem. Quo instituto hunc percepi fructum, ut auditores mei eo majori cum industria, voluptate atque attentione me docentem deinceps audirent, quam factum erat, si illotis quasi manibus, nec satis præparati, hæcce adiissent sacra; quo labore fecerimne & partibus boni docentis, & discipulorum expectationi satis, penes his rebus edoctos esto iudicium, nec enim adeo suffenus sum, ut in ea hic, quæ ad me spectare videntur, stylum convertam. Interim, dum aliis quoque hoc meum placuisse studium, haud simplici

---

\* Qui plura heic velit, legat, quæ in *Programmate Inaugurali* Loc. cit. pag. 13, seq. obvio, disserui.



## PRÆFATIO PRIORIS EDITIONIS.

plici cognoverim vice, ea quæ hætenus intra privatos parietes, de *Rudimentis, Adminiculis & Lineamentis Historia Civilis*, auditoribus meis communicare conſueveram, in publicum nunc latius aliquantum deducta, exire ſino, partim, ut dictandi & excipiendi moleſtiæ impoſterum hac ratione occurratur, temporisque collegiis deſtinata mora, uberiori foeneretur & reſervetur rerum expoſitioni atque diſcurſibus, partim etiam, ut alii quoque hiſtoriæ civilis cultores, hinc cognoſcere poſſint, quæ ſibi ſcitu cognituque neceſſaria ſint, ante quam ampliſſimos pariter ac amoeniſſimos hiſtoriæ campos perluſtrare inſtituant atque præſumant.

Omnis vero hæc de Præcognitis hiſtoriæ civilis tractatio tribus abſolvetur Capitibus, quorum I. ager de *Elementis*, II. de *Adjumentis*, III. denique de *Lineamentis Historia Civilis*. Cæterum juventuti ſtudioſæ me liſſe, libri & inſcriptio & argumentum produnt; huic itaque laborare volui; cujus commodo, ſi quid collatum fuerit, pro amplo ſatis diligentie præmio habiturus ſum. Jenæ A. O. R.

MDCCLXX.

PRÆF.





## PRÆFATIO NOVA.

**Q**uæ me compulerint causæ ad publicandam hancce oppellam, ex prioris editionis præfamine, Lector henevole, arbitraberis; nova hac quid præstitum fuerit, & de usu hujus mei instituti, paucis habe. Generatim, non male a me iri publico consultum putavi, si totius historiæ civilis systema, ad veram ejus & debitam mensuram atque ideam, in usum incipientium adumbrarem, ut illi, qui *ἔσκληνδρειανίζουσι* solide in hoc studiorum genere versari cupiunt, ex hoc *προθεωρίας* apparatu, totius disciplinæ ideam quadantenus conciperent, & quomodo, jactis his fundamentis, in studio historico cum fructu versari debeant, cognoscerent. Nec profecto diffiteri licebit, nisi ab eo cui rite cot haud salit, multum referre, utrum negligenter &

)(X



PRAEFATIO NOVA.

vulgariter res gestæ tractentur, an eadem cum solida ratione, tum prudenter, ac methodo ad vitæ usum composita, memorentur; proinde, historiam doctibus æque ac discentibus monita, quæ observent, præscribuntur haud pauca, eo tamen cum successu, ut nihilominus multi reperiantur, qui cæco ausu rectum derelinquant tramitem, adeoque ipsi nubem pro Junone amplexi, aliis carbones pro thesauris, proque veritate glaucomata objiciant. Palmarium itaque, cum a rectius edoctis, in studio historico habeatur, ut, antequam hæc sacra adeat cultor, in limine statim veram ejus indolem, usum genuinum ac finem certum pernoscat, quave ratione in hoc studiorum genere versari cum fructu debeat, intelligat, hinc *Capitis Primi* contenta, primum quoque consecuta sunt locum & ordinem. Porro, cum conclamatum sit inter doctos, eam esse partem eruditionis indolem atque naturam, ut sororio quodam vinculo, instar membrorum in compage corporis, arctissime cohæreant, mutuoque sese juvent, aut illustrent, *Caput Secundum* Adminiculis historiæ civilis ex debito assignavimus, quod elumbis, imo deridenda & exhibilanda sit omnis illorum, in argumento historico suscepta opera, quæ sine accurata & sufficienti illorum prænotione suscipitur tractatio. *Capite tandem Tertio*, imperiorum ac regnorum per orbem

bem

XX



## PRÆFATIO NOVA.

bem terrarum, si non omnium, saltem illustriorum gentium, originem, successiones, incrementa, decre-  
menta, conjunctiones, divisiones, exitus, aut de gente in gentem translationes, & cujusvis varias dynastias, compendiosa methodo, tanquam in tabu-  
la delineatas intueberis, lector benigne & his rebus sufficienter edocende. Equidem, facile, crede, hæcce singula, ad normam & mensuram justæ tractationis, spatii & materiis dilatari potuissent, sed præverte-  
re visum ad alia, & ipsa brevitate magnitudinem operis ostendere placuit, sicut Archimedes in exiguo vitro mundum universum; qui vero uberiores rerum expositionem a nobis heic exigerit, ad fontes illum esse dimittendum putavimus, quorum notitiam sub finem cujusvis articuli propinavimus: nec enim boni historiam universalem docentis munus est, prolixissime urbium obsidiones, casus proeliorum, & alia suis locis obvia, longe lateque recitare, sed indicare origines, ut mundi universi, ita gentium omnium singulares, primas earum sedes, successiones, regnorum inter illas exortorum natales, series, vicissitudines, interitus, aut de gente in gentem translationes, dynastias, & quæ sunt alia, quantum fieri potest brevissimis lineamentis ad nostram ætatem deducenda, porro, prætermisâ ab aliis diligenter supplere, & quasi ex puteo exantlare, de-  
CAPIT. I. aique



## PRAEFATIO NOVA.

nique ordinem reperire, eoque suo, hoc est naturali omnia digerere, ut, quemadmodum provinciarum civitatesque in mappis Geographicis ordine pinguntur, ita & e Tabulis pictos ediscere mundos, quilibet rerum gestarum cupidus tyro possit: quod quidem toto hoc opusculo diligenter inspecto, fiet manifestissimum. Quod si tamen futura sint, quæ hanc etiam nostram effugerint industriam, facile ut spero, illi ignoscent, qui cogitaverint, facilius esse, universalem tot populorum seculorumque historiam promittere, quam offerre: & quis hætenus in tam vasto & immenso argumento, diligentissime etiam versatus dedit omnia ac absolvit? neque quisquam est, a quo exigi debeat aut sperari possit: in ejusmodi enim adornando opere, pars maxima eorum quæ scimus, minima baud dubie eorum est, quæ ignoramus: infinita quippe sunt, non tradita memoriæ posterorum; & tradita plurima, temporum iniquitate, supinaque hominum ignavia, ac incredibile negligentia, jam pridem periere; alias imperfectionis causas, suo loco aperuimus. Vale mi lector, & si placet, sub finem prioris editionis dicta recole. Scribebam in Academia Jenensi A. R. S.

MDCCLXXXIX, d. I. Oct.

CAPVT I.







Consuetudo Quae praecognita illi minime potest esse, qui libros in omni disciplinarum genere accurate conscriptos inspicere velit, ubi re ipsa comperiet praemissam esse ejusmodi praecipua de natura et indole ejusmodi disciplina, quae in libro explicata est et exposita. Idem etiam de Historia civili tenendum; Quamobrem hunc laborem fuisse satis absolvimus, cum intuitu docet. Necessitas vero inde elucet, quod impossibile sit ut fructum laborum tibi promittere queas, nisi de natura et constitutione disciplinae pertractanda, debite satis instructus.

Relege praefationem et quae auctor scripsit in Historiae In Praefatione §. 1.

Sophistica Sophists erant Philosophi antiqui, qui in suis narrationibus et discursibus verbis inharebant, de rebus parum solliciti, adeoque per ambages et verborum inanem strepitum animos capere solebant, vide Krieger Diss. de Eloquentia Sophistarum. Waltheri Diss. de praemiis veterum Sophistarum et omnes historiae scriptores

Praecognita. Qui hodie germanice scribunt libros adnotant utiturque vocabulo: Vorbrunst. cui ex inspectione patet librorum.





CAPVT I.  
DE  
ELEMENTIS HISTORIAE  
CIVILIS.

I. **I**n veteratus mos est atque laudabilis consuetudo, qua illi, qui scientiam aliquam aut disciplinam, integre & pro rei necessitate pertractant, de ejus *Natura & Constitutione*, & quæ eo spectare videntur scitu necessaria, præmittere solent. Neque hoc sine ratione fieri, his rebus edocti existimant, modo absque obreptione sophistica fiat, cum per talem informationem, lectorum aut auditorum intellectus, conceptum necessarium totius disciplinæ, vel argumentum saltem illius, concipiat, & qua ratione atque via in disciplinis versari cum successu debeat, cognoscat, ut præparato sic animo, eo facilior ad reliqua fieri possit progressus.

II. Ejusmodi autem *προθεωρίας λόγοι* vno nomine dicuntur *præcognita*, *prognoses*, qua notione quid vsu venire soleat, ex **ARISTOTELE** discimus *I. Poster. Cap. 1.* nempe *antecedentem quandam cognitionem & προθεωρίαν*, utilem ad insequentium perceptionem; Ex quibus itaque planum est, nobis hoc loco *Præcognitorum* historię civilis nomine, nihil aliud venire, quam ejusmodi rerum cognitionem, quæ historiarum cultori apprimè scitu cognituque sunt necessaria, antequam hæc sacra adire præ-

A

sumat.

-210. II



sumat, quæque alias consuetæ *Prolegomenorum* tractatione solent absolvi.

III. Ut vero hæc etiam opera, memoriæ discipulorum consulantur, singula quæ *Præcognitorum hist. civilis* notione complecti possunt, ad tria redigi capita, bene nobis visum fuit, quo instituto, hoc primo capite de *Elementis*, secundo de *Adjunctis*, tertio denique de *Lineamentis totius Systematis hist. civilis*, iusto & decenti agemus ordine.

IV. Ceterum, nos hoc loco non immiscemus sterili illorum commercio, qui in re aperta & sole meridiano clariore, plerumque circa terminorum occupantur corticem, rerum autem nucleum e manibus amittunt, mouemus itaque breuiter, *Elementorum* notione nihil nobis aliud venire, quam *principia prima, prima rudimenta & initia*, quibus singula illa complectuntur, quæ ad cognitionem antecedentem, de *natura & indole hist. civilis* sunt necessaria, & consueto modo in disciplinarum *Prolegomenis* edisseri solent.

V. Qui vero *Naturam & Constitutionem hist. civilis* penitus introspicere avert, is de *Nominis Notatione, Definitione, Divisione, Effectis, Adjunctis, Causis, Methodo* denique & *Ordine* circa studium historiæ civilis observando, sollicitus est, ex quibus etiam contenta huius capitis dicendorumque series, ad oculos patefcere possunt. Atque hoc ordine sequitur nunc

## ARTICVLVS I.

### DE NOTATIONE NOMINIS

#### I.

Cum ex philosophorum testimonio, ipsa vocabula rerum sint notæ atque signa, nominisque notitia in rerum nos deducat penetralia, antequam ipsam rem explicandam sustinemus, in limine statim vocis HISTORIAE significatum breuiter enodabimus, ut nominis comperta ratione, eo facilius ad rem ipsam fieri queat progressus.

II. Græc.











II. Græcam vero ratione originis esse vocem, vsu vero latinam factam, indeque in alias multas translata linguas, neminem nisi in bonis litteris plane hospitem, fugere, merito putamus; unde vero ejus deducenda sit originatio, non una omnibus sententia.

III. Alii enim allusiones potius, quam veram nominis originationem adducunt; in priorem classem referimus PLATONIS sententiam in *Cratylō*, ubi historiam dictam esse ait *παρὰ τὸ ἰσχυρὰ τὸν πᾶν*, quod fluxum rerum, sive fluentem quasi & fugientem antiquitatem listat, tanquam stator quidam Jupiter; sed docti haud ignorant, quid de Platonis *Cratylō* sentiendum sit, v. VOSSIVS *de Arte Historica Cap. I.* quam nominis rationem, rhetoricam potius allusionem, quam etymologicam dicas originationem. Alii a vocabulo *ἵστωρ* deducere volunt, quod scientem & peritum designat, imo & testem, judicem ac arbitrum, quibus significatibus vox hæc occurrit apud græcos optimæ notæ scriptores, ut videre est in Lexicis, horum vero nominum rationem facile historiæ congruere largimur, utpote quæ temporum dicitur testis, iudex recte factorum, præmiorumque ac poenarum arbitra; Sunt etiam alii, quibus originem hujus vocis longius arcessere placet, videlicet vel *ἀπὸ τῆ ἰσάδας* scire, cognoscere, vel *ἀπὸ τῆ εἰδέειν* videre, aut etiam *ἀπὸ τῆ εἰσορᾶν* intueri, adspicere, quibus quidem nos minime contradicimus, nisi quod postrema derivatio, coacta nimis esse videatur, priores vero duas, distantiores dicamus cum HARTMANNO *Disp. I. de Historica Regiomonti 1675. habita, cap. I. conf. VOSSIVS Loc. cit.*

IV. Alii igitur propius ad ejus etymon accedere dicendi sunt, qui historiam *παρὰ τὸ ἰσπεῖν* dictam volunt, cujus verbi significata, si accuratius conferamus, re ipsa deprehendemus, significatis historiæ vocabuli, per omnia fere respondere, ut quod inter alia denotat *cognoscere, ob oculos ponere, spectandum præponere*, historia enim, ut ex definitione jamiam planum fiet, res ante nostram ætatem gestas, præsentem quasi ob oculos ponit

A 2

Instran-



lustrandas atque cognoscendas, unde etiam est, ut nostrum quoque calculum his adicere minime dubitemus.

V. Verum autem vero, ut verbum *ισοπειν* variis significacionibus gaudere scimus, pari ratione & ipsum historiae vocabulum, non minori significatum varietati subesse deprehendimus, quorum praecipuos magisque obvios, breviter heic commemorasse, haud abs re futurum esse reor, ut perspectum fiat historiae cultoribus, historiam tam late patere, quam totius eruditionis systema.

VI. Qui igitur vocem Historiae ἀπό τῆς εἰδεῖν a videndo derivant, illis historia significat narrationem rerum gestarum, quibus gerendis interfuerit is qui narrat; hinc apud veteres nemo conscribebat historiam, nisi is qui interfuisset, & ea quae scribenda essent ipse vidisset, vid. GELLIUS *Noctium Attic. lib. V. cap. 18* SERVIUS in *Virgilio Lib. I. Aeneid. v. 377.* ISIDORUS *Etymologiarum Lib. I. c. 40.* Ita secundum hos proprie historici libri sunt, quos scripsit *Thucydides*; quo significatu occurrit apud GALENUM *de febris Lib. I. cap. 9. seq.* quem inter alios defensum iuit FRANC. PATRITIUS *de Historia Dial. II.* Sed de hoc etymo falli Patritium, recte affirmat atque contrarium probat VOSSIVS *loc. cit.*

VII. Alter significatus historiae est CICERONIS *Lib. I. de Inventione Rhetorica c. 19.* ac CORNELII *Lib. I. Rhetor. ad Heren c. 8.* aliorumque recentiorum, quibus historia est narratio rerum gestarum, ab aetate nostra memoria remotarum; quae sententia e diametro cum priori jam adducta pugnat, & secundum hos *Sallustius*, quum conjurationem Catilinariam, aut bellum Jugurthinum, res sua memoria gestas, scriberet, non scripsit historiam, & *Livius* quam diu vetusta persecutus est, historiam scripsisse dicetur Ciceroni, ac postremis libris, quibus complexus est res sui temporis gestas, historiam scribere desinit; at vero hanc Ciceronis sententiam, ex ipso Ciceronis *Lib. V. Ep. XII.* refellit VOSSIVS *l. c.* quando erudita illa ad *Luccejum Epistola* postulat *Tullius*, ut eorum, quae in consulatu suo gefisset,

fisset,











fisset, *Historiam* scribere Euccejus vellēt, quæ utique a Ciceronis memoria minime erant remota.

VIII. Tertius significatus est illorum, qui ἀπὸ τῆς ἱστορίας *cognoscendo* deducunt, qui tam late patet, ut pro qualicunque cognitione sumatur, sive illa sit de *singularibus* sive de *universalibus*, sive de *veris* sive de *fictis ac falsis*, ceu exemplis id ipsum demonstratum dedit HARTMANNVS *loc. cit.*

IX. *Singularium* equidem cognitionem denotat quandoque historia, non solum quatenus hanc vel illam rem, exponit, verum etiam, prout illa singularia per omnem Philosophiam se diffundunt, & quidem tam in singularibus, quorum universalia sunt Philosophiæ *Effectiva*, quam etiam iis, quæ ad Philosophiam *Practicam* referuntur. Ita priori respectu, quæ in Græcarum pariter ac Romanarum antiquitatum scriptoribus, de statuis, templis, aris, circis, amphitheatris, colossis, balneis, aliisque præclaris operibus ac insignium artificum structuris, reperiuntur, ad hoc genus historiarum referri possunt; pari ratione curationes Medicorum singulares, quales antiquior æque ac recens celebrat historia; porro in hanc classem spectant, omnis generis technica curiosa, qualia cognoscimus ex POLTDORO VIRGILIO *lib. de inventoribus rerum*, CASP. SCHOTTO *in Physica & Technica curiosa*, PANCIROLLO *item & SALMUTHIO de antiquis deperditis & recens inventis*, aliisque libris obviis.

X. Ita quoque non minus singularium, quæ ad *Contemplativam* philosophiam spectant, expositio, nomen historiæ invenit, quo spectant historiæ plurimarum, quas novimus, partium Philosophiæ; mitto historias naturales, inscriptas e. g. de prodigiis, monstris, aliisque singularibus naturæ, aut etiam de peculiariibus experimentis, de quibus passim extant scripta naturæ curiosorum.

XI. *Universalium* vero rerum cognitionem, dupliciter historiæ nomine apud bonos scriptores venire, deprehendimus, uno nempe modo, quando & illi libri, qui *accurate rei scientiam demonstrant*, historiæ appellantur, ut quidem ARISTOTELES



suos de Anima libros appellavit, *Historiam de Anima*, & quando *Lib. III. de Coelo Cap. I. & Lib. I. de Part. Animal. c. VII. Historiam de Natura* citat, qua non nisi *physicorum scientia* intelligenda venit; Alter modus, quo historia cognitionem rerum universalium denotat, est, quando iis libris, qui non adeo accurate causas rerum primas exponunt, sed in effectis & sensu apparentibus subsistunt, nomen historię tribuitur; ita *Historiam Animalium* inscripsit Aristoteles, quibus libris de natura animalium explicavit, quę per sensus in ipsis cognosci possunt, ex operibus aut aliis illorum naturę propriis; ita *Teophrasti* quoque *Historia Plantarum*, & *Plinii Historia Naturalis*, hic suum habent locum; pari ratione & *Solinus* in Epistola ad Artium innuit, *Polyhistora* suum nihil aliud velle, quam rerum memorabilium cognitionem; idem etiam indigitat *Varia Historie* nomine inscriptus liber *Aeliani*, in quo plurima notatu digna, congesta absque discrimine, tam de iis quę sunt singularia, quam quę universalia, sive id ad contemplativam sive ad effectivam, sive ad practicam philosophiam spectet, vid. *KVHNIVS & PERIZONIVS in notis ad Titulum Aeliani.*

XII. Porro §. 8. diximus, vocis historię tantam esse amplitudinem, ut illo vocabulo indigentur, non solum quę vere gesta sunt, sed & *res falsa atque fictitia*, licet commentitiis rebus falsisque narrationibus, non nisi improprie & per abusum adscribatur nomen historię; interim hoc significatum occurrit apud *S-VETONIVM Lib. III. cap. LXX.* ubi de studiis Tiberii loquitur dicitque, maxime illum curasse notitiam *historie fabularis*, usque ad ineptias; scilicet, quę, ut critici ad illum locum observarunt, poeticis narrationibus referta esset, qualem scripsere *Diodorus Siculus, Didymus Grammaticus, Heliodorus, Lucianus, & alii.*

XIII. *Proprie ergo & usitate*, historię appellationem vindicat sibi sola expositio rerum vel singularium, vel universalium, sed *vere gestarum, aut existentium*, non commentitiorum. At enim vero, cum & illę non unius sint generis, haud  
 aqua-







e. g. Michael Beylheri Ephemeris historica



æqualiter notationem historiarum, omnibus competere certum est. Per excellentiam igitur & absolute, nomen historiarum tribuitur narrationi singularium, quæ ad philosophiam practicam spectant, adeoque *historia civili*, quæ res & actiones civiles exponit; sic quando e. g. Suetonii *Historia* allegatur, non illam de *illustribus Grammaticis* aut *claris Rhetoribus* librum designamus, sed *duodecim Cæsares*, quod horum vitæ civilia practica afferant; quamobrem &, quando historia simpliciter profertur, semper de civili, non naturali, philosophica aut literaria intelligitur, quæ posteriora semper cum addito appellantur historiarum, ceu cuique his rebus edocto, cognitum atque perspectum est.

XIV. Interim tamen & historiis rerum civilium, diversi quoque gradus sunt atque species, neque quævis illarum, æqualiter nomine historiarum gaudet, aliter enim *Ephemerides* s. *Diaria*, aliter *Calendaria* s. *Adversaria*, *Fasti* & *Memoria* nomen historiarum occupant, aliter rursus *Genealogia*, *Geographia* & *Vitarum Descriptiones*, historiis civilibus erunt accensenda; quæ singula genera convenienti hoc loco breviter mihi explicanda veniunt, ut historiarum cultoribus constare queat, quidnam quolibet apud antiquos peculiariter fuerit indicatum.

XV. *Ephemeris* commentarius erat & quasi *ἡμερησία* actuum unius diei, v. ISIDORVS *Loc. cit. c. 93.* adeoque, quod græcis *Ephemerides*, latinis *Diaria* dicebantur, qualia homines diligentissimi atque industrii conficere solebant; quod quidem latius accepta significatione vocabulum, hodie communiter indigitat libros, in quibus vel per septimanas vel per menses recensentur, quæ quotidie inter doctos accidunt, hinc Gallis *Journaux* dicta, termino tam usitato hodie, ut a Germanis quoque, in suam receptus sit civitatem, vid. IVNCKERVS *in Schediasm. de Ephemeridibus* s. *Diariis eruditorum*, *Struvc introductio*

XVI. *Calendaria* s. *Kalendaria*, ut veteres scribebant, <sup>in rem litterariam</sup> erant rationaria dierum omnium, distributorum per menses unius anni, quæ quidem initio per octoadas, postea vero Judaorum

*Ephemeris Calendarium historicum*

III

Judaorum



daorum more, per hebdomadas fuerunt descripta, alias & *Adversaria* dicta, in quibus sine justo ordine, memoriæ causa res gestæ conjiciebantur, v. CICERO *Orat. pro Roscio Comedo* §. 2. RHODIGIN *Lectio. Antiq. Lib. VII. c. 21.* SCHALIGER *de Emendatione Temporum lib. II.*

*Baronii Annales*

XVII. *Annales* dicebantur rudiores commentarii rerum annualium, quibus sine ullis ornamentis, sine anxia causarum, personarum ac locorum disquisitione, gesta cujusque anni contexebantur, conf. GELLIUS *Lib. V. cap. 18.* & PHIL. CAROLI *in Animadvers. ad b. l.* quamquam non semper *Annales* ab *Historia* distinctos fuisse, ex VOSSIO discimus, *Lib. I. de Historicis Lat. cap. 5.* BVCHNERO *in Notis ad Prudentii Hymnum de Natali Christi pag. 54. seq.* *Annalibus* hisce Romanorum respondere videntur *Chronica Græcorum*, vid. ISIDORVS *Loc. cit. Lib. V. cap. 28.* quod eodem tenore fuerint adornata, cujus græcæ vocis usum hodie admodum inolevisse, quis doctiorum est qui nesciat,

XVIII. De *Commentariis* tradit idem ISIDOR. *Lib. 6. cap. 3.* fuisse libros, in quos capita duntaxat & summas rerum annotabant Romani; ita Cæsar scripsit *Commentarios bellorum suorum* h. e. non libros exacte explicantes, & plene bellorum suorum aliquot, res gestas exponentes, sed perstringentes, & materiam eas exequendi, aliis subjicientes, quemadmodum VALLA judicat *de Elegantis Latine Lingue Lib. IV. cap. 2.* Ex quo capite Cæsarem omnino laudat ὀπείνυ LIPSIVS *in Epist. ad Imper. Maximilianum.* Hinc commentarium, *compendiosam & rudem historiam* dixit CICERO *Lib. 2. ep. 1. ad Atticum.* Et QVINTIL. *Institut. Orat. Lib. X. cap. 7.* *commentarios, summas & capita* vocat.

XIX. *Fasti* latius accepta notione dicebantur libri, in quibus res totius anni memorabiles Populi Rom. continebantur perscriptæ, nec non dierum singulorum observationes, itaque & qui nascebantur eo referebantur, v. TORRENTIVM *ad Sueton. Tib. cap. 5.* Specialiter autem *Fasti* dicti sunt *Annales* in quibus

bus



174



Observat<sup>que</sup> in eiusmodi memoriis multae nugae et mendacia occur-  
runt. eas tamen majori cum iudicio legendas esse.



bus magistratus maximi, triumphi, ludique seculares, brevissime continebantur, hinc & Fastos a *fascibus* i. e. a potestatibus dictos esse ait ISIDORVS *Lib. VI. c. 8.* quo posteriori significato editos novimus Sigonii, Panuini, aliorumque *Fastos consulares*, plura lege apud Nic. Heinsium in *Notis ad Claudiani IV. Consulatum Honorii v. 155.*

XX. *Memoriae* dicebantur commentarii, in quibus rerum olim gestarum memoria conseruabatur, adeoque *antiquitates*, *ἱπομνημονεύματα*, vid. GELLIUS *Lib. I. c. 19. & Lib. IV. c. 6.* quod idem ac relatio, traditio; hinc voces barbaræ *memoriale, memorialia scripta*, de rebus historicis hujus vel illius regis, principis aut reipublicæ, vid. CAROLI ad Gellium *Lib. I. c. 19.* hinc Gallorum usitata admodum vox *Memoires*, pro ejusmodi commentariis adhibetur, de quibus peculiari *Diss.* egit MENCKIUS *Lipsiæ 1708. 4. Confer Bibliothec. Hamburg. Cat. p. 97.*

XXI. Ex reliquis scriptis, quæ de civilibus historiæ nomen sibi exposcunt, *Genealogia* quoque sunt & *Geographia*, hinc ab *Ἐπὶ Ἰσθμῷ* Dionysii interprete, quatuor in universum constituuntur historiæ genera, τὸ τοπικόν, τὸ χρονικόν, τὸ πραγματικόν & τὸ γενεαλογικόν; τὸ τοπικόν vocat Geographicas locorum expositiones & descriptiones, quod alias geographiæ historicæ s. specialis nomine venire solet, & opponitur Geographiæ generali, quæ affectiones generales telluris explicat, estque pars matheseos, τὸ χρονικόν versatur in observatione temporum, quo pertinent *Annales, Fasti, Ephemerides &c.* τὸ πραγματικόν illi est, quod proxime significatum vimque nominis historiæ exprimit, τὸ γενεαλογικόν dicitur enucleatio familiarum illustrium atque delineatio, quæ reliquas omnes historiæ partes illustrat, præsertim quando non solum in nuda familiarum delineatione aut nomenclatione persistit, verum etiam personis convenientes rerum gestarum descriptiones addit, cum diserta temporum, quibus quæque floruit, indicatione, vid. REUSNERI *Isagogen Hist. in Prolegom.* REINECCI *Orat. de Historia eiusque dignitate, imprimis ea quæ de Gentilitatibus agit.*

B

XXII.



XXII. Denique huc etiam referendæ veniunt *Vite*, quæ ab historia in hoc differunt, quod *vita* unum hominem, *historia* totum populum, s. civitatem concernat; at vero, quia hominum varii sunt ordines, scriptores ipsi *vitarum*, ex diversitate subiectorum varie dividuntur, quæ sane distinctio necessario observanda est, si modo *vitarum* scriptores, ad certas classes reducere studemus vid. THEOD. ZWINGERVS de *Lectione Historiæ*, MORHOF. in *Polyhistoræ* T. I. Lib. I. cap. 19. *Prævia introductio*

XXIII. Atque ex iis, quæ hæcenus edisseruimus, liquido constare potest, quam late pateat vox *historiæ*, proprie tamen, absolute & per excellentiam tribui *historiæ* civili, quæ congrua facundia, & perpetua oratione, per omnes circumstantias res gestas exponit; reliquæ species non curant rem accuratam connexionem neque facundiam, sed brevissime per dierum, mensium aut annorum seriem atque ordinem, res gestas congerunt atque recensent.

XXIV. Hæc de Homonymia i. vocis *historiæ* varia ac amplissima acceptione sufficiant, nunc ad *Synonyma* atque *titulos honorabiles* *historiæ* civilis fiat progressus. Tantus vero elogiomm, encomiorum, titulorum honorabilium cumulus, in lectione bonorum auctorum nobis occurrit, quibus nobilissimam æque ac præstantissimam hanc eruditionis partem cohonestarunt, ut vix illorum initi queat numerus. CICERO passim vocat *Memoriam rerum*, *Monumenta temporum rerumque gestarum*; aliis dicitur *metropolis Philosophiæ*, *vates* s. *πρωφῆτις veritatis*; Thucydidi *thesaurus perpetuus exemplorum*, *speculum vitæ humane*. Polybius eruditissimus scriptor, vocat *maximam auxiliatricem* & publice & privatim, *magistram illustrem* ad perfrendas vias fortunæ &c. Mitto alios titulos & encomia complura, quibus laudatores *historiæ* complures ad astra eam evexerunt; ex omnibus tamen nemo verius & brevius quam CICERO Lib. 2. de *Orat.* c. 9. quando eam *restem temporum*, *lucem veritatis*, *vitam memoriæ*, *magistram vitæ*, *nuntiamque vetustatis* appellat, quæ e logia, commentario quasi pluribus illustrant BODINVS

vid p 14, 25  
28.



174







in Proem. de Meth. legendi Hist. REUSNERUS in Prefat. ad Isayogen Hist. GLASERVS in Orat. de Cognitionis Historiarum Præstantia, & imprimis MELCHIOR JUNIUS peculiari Oratione, quæ extat Tom. VIII. Orat. Speciatim vero & data opera, hæc talia collegerunt, qui de utilitate & præstantia historiae, quos infra videbimus, scribendam sibi sumserunt.

## ARTICVLVS II.

DE

## DEFINITIONE

I.

PERSPECTIS iis quæ de nominis notatione prænoscenda erant, iam rei aggredimur Definitionem, quippe quod natura cuiusvis rei, non aliunde clarius innotescat, quam ex accurata ejus Definitione.

II. Variè autem a variis definitur, prout videlicet alii aliter nominis significatum attendunt. Nos cum recentioribus historiam civilem definimus, quod sit vera & decenti stylo ac ordine, civilium rerum ante nostram ætatem gestarum, facta narratio in memoriam & exemplum; quoinde de Genere, Forma, Obiecto, Differentia denique & Fine historię civilis, facile ferendum est iudicium.

III. Dico 1. historiam esse narrationem, qua notione genus exprimitur, siue ea fiat scripto siue viva voce, quo ipso sequimur GELLIUM Lib. V. cap. 18. QUINTILLIANUM Lib. 2. cap. 4. Licet doctissimo VOSSIO de Arte Hist. cap. IV. minime placeat, quando historiam per narrationem vel expositionem definiunt, scilicet, quod non sit de historię essentia, ut res gestæ narrentur, sed tantum ut sciantur, eamque historiam esse, si vel nunquam narretur, quod si autem narretur, id accidere solum historię, inquit.

IV. Dico 2. veram, hoc ipso forma & quidem interna, videtur 41  
imo basis & anima historię indignatur, neque enim aliud historia est, quam vera rerum narratio; nam si historia narratio

B 2

dun-



mutaxat fit, tum vero historia nihil ab Epici poetæ narratione differet, quippe quod utraque res gestas contineat; hinc primam historici legem CICERO *Lib. 2. de orat. cap. 15.* vult, *ne quid falsi dicere audeat*; præclare quoque de ea POLYBIUS *Lib. I.* ex vers. Catauboni: *Ut animal luminibus ademptis prorsus inutile redditur, ita, si veritatem ex historia tollas, quod superest, inutile fit.* Veritatis autem comites & quasi pedisequæ sunt *παρρησία & ἀπαθεία* h. e. dicente TULLIO *Loc. cit.* nequid veri non audeat historicus, ne quam in scribendo suspicionem gratiæ, ne quam simultatis ostendet, quorum alterum facit, ut possit, alterum ut velit, non nisi verissima scribere historicus, v. IANVS in *Schedias. de veritate historica.*

V. Dico 3. *decenti stylo & ordine*, quibus Formam historiciæ *externam* significamus, sive ea fiat scripto, sive viva voce, idque tam respectu *rerum* quam *verborum*, ac sententiarum. Respectu *rerum* quidem & ordinis, ut omnia locis, temporibus, personis convenientia plane observentur, consilia facta, eventus, ~~consilia~~, ~~facta~~, ~~eventus~~ apte & luculenter explicentur, inque eorum causas, vel veras vel prætextas, diligenter inquiratur, egregiis aptisque descriptionibus, situs locorum, formæ urbium ac munimentorum, instructiones acierum, ordines præliorum, discrimina & casus ante oculos ponantur, ac veluti in rem præsentem, cum primis si viva id voce fiat, audientiam animi inducantur, proque auditoribus vel legentibus, spectatores quasi reddantur, & quæ sunt reliqua. Ex quibus discere est, quid sit *pragmatico more* historias exponere, quod illi minime sibi tribuere aut arrogare possunt, quorum opera aut prælectiones, in nuda rerum gestarum enarratione, in omnibus libris reperienda, consistunt. Respectu *styli*, sive p 35 verborum ac sententiarum structura, dicendi genus narrationi historiciæ aptum sit oportet, *elegans*, non tamen turgidum vel oratorium, ne verba dare videamur; *breve*, non tamen obscurum, ne obscuritate animus legentis vel audientis remoretur aut confundatur, verbo: *accommodatum* argumento historiciæ

historicum



altale

historiis debet esse sine regione, religione et sine uxoribus.











IUS in Oratore ad Brutum c. 34. Nescire, inquit, quid ante quam  
 natus sit, acciderit, id est, semper esse puerum. Nec immerito  
 sacerdos ille Aegyptius apud Platonem in Tiraeo, Solonem & quos-  
 dam alios Graecos, non sapientes sed pueros appellavit, eo quod  
 nullam vetustatis haberent scientiam. Alter proprius & præci-  
 pius finis historiarum est, ut e singularibus exemplis consti-  
 tuantur præcepta ad vitam recte agendam necessaria, eaque  
 exemplis denuo illustrentur ad communem vitæ humanæ usum  
 cognoscendum; quem finem paulo præstius proposuit LIVIUS  
 quum in proæmis ait: Hoc præcipue in cognitione rerum salutare ac  
 frugiferum; omnis te exempli documenta in illustri posita monu-  
 mento intueri, inde, tibi tuæque reipublicæ, quod imiteris, capias,  
 inde sedum inceptu, sedum exitu, quod vites. Et clarius A G A-  
 THIAS Lib. I. Non facile fuit explicare, aut enumerare, quot  
 bonis historia humana expleat vitam, sed ut summatis dicam,  
 civili Philosophia haud longe inferiorem hanc duxerim, siquidem  
 hoc ipsa, haud secus ac domina iubet & constituit, quibusnam sit  
 inherendum, quæ sint fugienda, dum virtutem collocat in excel-  
 so loco, & exemplarum varietate velut condimentis, quæ narrantur  
 excolit; quo respectu CICERO de Orat. Lib. 2. c. 9. historiam  
 vitæ quoque magistræ adpellavit; quæ omnia plenius & uberi-  
 us ex veteribus exponit DIODORVS SICVLVS in initio Bi-  
 bliothecæ suæ, ex recentioribus VOSSIVS loc. cit. cap. 5. BOE-  
 CLERVS in Scholæ principum historia; hunc vero finem com-  
 munitera docentibus & discipulis negligi, merito conqueri-  
 tur THOMASIVS in Caurelis c. 5. §. 64. Plura hanc in rem lege  
 apud HARTMANNVM Diss. II. de Historica §. VII. seqq. conf.  
 infra Art. V.

vid p 10, 26, 28.

### ARTICVLVS III.

#### DE DIVISIONE

Hactenus historiarum civilium Definitionem, eisdemque breuiter  
 analysin & illustrationem, ex adiunctis testimoniis tractavi-  
 mus











mus; sequitur ut eandem nunc distribuamus, ejusque partes ac divisionem perspiciamus.

II. Dividitur autem, ex consensu omnium historicorum, in VNIVERSALEM, PARTICVLAREM & SINGVLAREM. *Universalis* est omnium vel præcipuorum fœderum gentium, tam ratione temporum quam locorum historia; quod si autem eam accuratius intuemur, pro tenore scriptorum, in quibus expositam legimus, duplicis eam esse generisprehendimus; vel enim *omne* tempus, & *omnia* loca complectitur, vel *aliquam* tantum temporis portionem, ratione tamen locorum est universalis; prioris generis est, quæ ab orbe condito incipit, & enarrat ea omnia, quæ per uniuersum orbem, ad scriptoris cuiusvis proximam ætatem gesta sunt; posteriori sensu dicitur, quæ certam tantum temporum periodum complectitur, ratione locorum vero universalis est. Prioris generis historiam consignare conatus est TROGVS, & qui ipsius historiam in compendium redegit IUSTINVS; similiter ejusmodi opus animo concepit DIODORVS SICVLVS in *Bibliotheca*, cui elaborando triginta annos impenderat, & ex christianis SYNCELLVS, CEDRENVS, ZONARAS, alii, quorum vestigia subsequenti ævo numero plures secuti, operatamen, & destinatione, & scopo, & instituto, & successu diversissima; in quibus tamen, si non omnibus in plerisque certe, magnos hiatus, multa manca, multa mutila, diligentia exigua, iudicio nullo congesta esse, quivis intelligit, qui ex *Polybio* didicit, quid sit historiam uniuersalem scribere. Hinc si dicendum sit quod res est, opus ejusmodi, in quo ad præscriptum *Polybii in Excerpt. Lib. VIII. & Bæcleri in Diss. de Utilitate ex Hist. Univ. contextu capienda*, res omnium ætatum ac populorum, inde ab orbe condito, usque ad hanc nostram ætatem collectæ plene & sedulo, dispositæ ordine, contextæ prudenter, ad contemplantam DEI omnia regentis sapientiam & potentiam, hominumque ex consiliis operibusque, varie ordinati eventus observandi, Deoque gloria, lectoribus

bus



bus vero ars vivendi comparanda, comprehendantur & exhibeantur, nemo omnino haecenus vel animo comprehendere multo minus stylo consignare ausus fuit; adeoque, opus ita comparatum, quamvis summe necessarium laudetur quidem, inter pia desideria tamen facilius habeatur, quam reperiatur; causas novimus, quorum una est, quod in amplitudinem illam res gestas diffundere, non unius hominis, aut ætatis labor sit reputandus; accedit, quod in adornanda historia universalis pars maxima eorum quæ scimus, minima haud dubie eorum est, quæ ignoramus. Infinita quippe sunt, non tradita memoriæ posterorum, & tradita plurima, iniquitate partim temporum, partim supina hominum ignavia & negligentia jam pridem periire; plurimas denique gentes omne scripturæ & annalium genus ignorasse, hodieque adhuc ignorare constat. Adde ignotis vulgo linguis plurima exposita; & si quæ scriptis tradita adhuc supersunt, ex causis arcanis pertinaci cura in archivis aut bibliothecis asservari nec facile eorum concedi copia, in propatulo est. vid. BOECLERVS *Loc. cit.* Posteriori vero sensu Universalis historia dicitur, quæ ratione locorum, non vero temporis ita vocatur, cuius inligne exemplum præbet ex antiquis *Polybius*, hic enim narrat, quæ intra annos non ita multos per universum orbem, aut saltem in nobilissimis gentibus gesta fuerunt; ex recentioribus *Guicciardinus*, *Bullegerus*, *Natalis Comes*, & imprimis *Thuanus*, de quibus in materia de causis hist. civilis pluribus, conf. interea *WHEARII Relectiones Sect. VI. seqq.* & *NEV. in Accessionibus ad Whearii librum*, *STRUVIUS in Biblioth. Hist. cap. VIII.* *SAGITTARIUS in Intrad. ad Hist. Eccl. T. i. c. ii. seqq.*

XII. *Particularis* historia æque duum est generum, vel enim omnia tradit, quæcunque ad gentis alicuius, aut civitatis res gestas pertinent, vel partem duntaxat refert; in priorem classem spectat historia *Livii*, qui res Romanas perduxit ab urbe condita, usque ad Augustum, sub quo vixit; posterioris generis innumeri reperiuntur, quorum opera partim periire, partim adhuc supersunt, v. *WHEAR Loc. cit. Sect. 26. seqq.*

NEU











NEV in *Accessionibus*, STRUVIUS in *Bibl. Hist.* passim, BOSIUS de *comparanda Prad. Civili* §. 29. seqq. LANGLETUS DUFRESNOY in *Catalogo Methodo* suæ hist. subjuncto.

IV. *Singularis* historia est, quæ vitas hominum singulatim describit, idque aut omnium, vel maxime illustrium; cujus generis historicos, tam antiquos quam recentiores, magno extare numero, docti norant, de quibus vid. WOVWERIUS in *Polymat.* cap. 19. STRUVIUS in *Introd. in Rem Lit.* cap. 7. BOSIUS *Lac.* cit. §. 8. seqq.

## ARTICVLVS IV.

DE

## CAVSIS

I.

VSquæ huc de Definitione, vnic *Causas* hist. civ. breviter cognoscendas præbemus, sunt verò illæ vel I. *Externæ*, vt (a) *Efficiens*, eaque vel 1. *Principalis*, & hæc vel *Extraordinaria* vel *Ordinaria*; 2. *Instrumentalis*. (b) *Finalis*, & hæc rursus vel *Interna* vel *Externa*; II. *Internarum* classem ingreditur *Materia* & *Forma*, de quibus nunc sigillatim.

II. *Causa Efficiens Principalis* & quidem *Extraordinaria*, locum potissimum habet in historia sacra, estque ipsa divina inspiratio & patefactio, sacris scriptoribus facta. *Ordinaria* eaque *interna*, est vis sentiendi & observandi homini a natura insita atque congenita, *externa* vero est peregrinatio & experientia, quæ liquidam & indubiam rerum notitiam & fidem præstat; optandumque esset, vigere hodie ac reduci veterum morem posse, ut exemplo *Polybii* historicus spectator extare possit eorum quæ scribit, sed quia id pro præsentium rerum statu, nec omnibus, nec semper potest contingere, proximum est & experientia instar habet; ab aëtoribus auctoribusque rerum, eorumque commentariis, nec non aliis probatissimis monumentis, magno delectu iudicioque conquirere, quæ in hos usus valeant, verba sunt BOECLERI in *Diss. de utilitate ex hist. univ. capienda* pag. m. 155. *Instrumentalis* causa,

C

&amp; qui-



& quidem in genere est diligens inventio, & methodica ac argumento historico conveniens tractatio, in specie vero diligens circumstantiarum descriptio, factorum puta, personarum, locorum, temporum &c.

III. *Causa Finalis* est vel *interna* vel *externa*, *Interna*, ut singula in orbe gesta, hominum memoria conserventur, nec cum tempore exoleant, *Externa*, ut exemplorum sit apparatus, ex quo confirmetur in nobis prudentia, adeoque discamus bona imitari & amplecti, mala autem fugere & poenas declinare, plura in hanc rem pag. 13. seq. & 24. seq. dicta sunt.

IV. Ad *Internas* causas spectat 1. *Materia* seu *Objectum*, quod sunt res ipsae memoria non indignae, 2. *Forma*, quae est ipsa rerum gestarum dictio sive scriptio, de quibus pari ratione, supra loco suo, actum novimus.

V. Tandem commodo hoc loco e re incipientium futurum effe reor, brevem *praecipuorum historiae universalis scriptorum* annexere indiculum, ut ansam habeamus, per discursum pleniorum eorum propinare notitiam; sunt autem illi

I. *Gentiles*; ab his non potuit expectari iusta historia universi quia de primis rerum initiis ex scriptura sacra petendis, adeoque & de primis mundi mille annis, nihil ferme sciverunt; interim qui ex illorum coetu, orbem terrarum suis libris aggressi fuerunt, quive adhuc, si non omnes integre, saltem ex parte superant, sequentes notandos esse putamus:

HERODOTVS graecus floruit circa a. M. 3500. a. C. 448. ejus libri *historiarum IX.* incipiunt circa a. M. 3238. a. C. 709. desinunt in Xerxis ignominiosa ex Graecia fuga a. M. 3470. a. C. 478. in quibus agit de rebus & moribus Lydorum, Babyloniorum, Medorum, Persarum, Aegyptiorum, Myuiarum, Graecorum, Macedonum, aliorumque populorum.

a POLYBIUS graecus flor. circa a. M. 3760. a. C. 188. ex



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be part of a list or table of contents. The paper is aged and shows signs of wear, including a large stain at the top center and several smaller spots on the right side.







a b ex iis, quæ ipse variis itineribus in Africa, Galliis, Hispaniis, aliisque locis notaverat, *historiam suam universalem*, annos LV. complectentem, composuit, ex libris vero XL. solos V. priores, sua integritate conspicuos habemus. Auspicatus eam est a capta Roma per Gallos a. M. 3563. a. C. 385. & res Romanorum, Græcorum, aliorumque populorum, usque ad ultimam regni Macedonici everisionem a. M. 3782. a. C. 166. factam exponit; at enim vero, librorum post quintum frustra tantum & fragmenta quædam supersunt.

DIODORVS SICVLVS flor. circa a. M. 3900. a. C. 48. is *Bibliothecam* suam græce scriptam XL libris absolvit, initium capit ante tempora Trojana resque Aegyptiacas, Assyriacas, Libycas, Persicas, Græcas, Romanas, aliarumque gentium usque ad expeditionem I. Cæsaris in Britanniam, descripsit, sed hodie non nisi XV. libri priores extant.

IUSTINVS romanus natione, cuius ætas incerta, post Christum sec. II. vixisse, putatur, is *Trogi Pompeji totius orbis historias*, jam deperditas, a tempore Nini regis Assyriæ, usque ad Augustum Hispanos domantem, in compendium redegit, libris XLIV. quibus res Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, Macedonum, Syrorum & aliorum orientalium, porro Carthaginensium, Siculorum, Romanorum aliorumque occidentalium, descripsit.

II. *Christiani*; horum libri varie disponi possunt, heic eos considerabimus, quatenus *universales* sunt.

I. Ratione *locorum & temporum*, hanc classem ingrediuntur, qui

a. *Ab orbe condito* telam ordiuntur, eamque alii ad certum temporis punctum, alii ad suam, alii denique ad nostram ætatem deducunt, quales sunt fere omnes scriptores *Chronicorum, Chronologiarum.*

a b

C a

Anna-



- a b *Annalium*, ut & qui *Systemata vel Compendia Hist. Un.* scripserunt, sed cum causæ sint haud leves, expugnandi quosdam ex classe scriptorum historiarum universalis, nobis præcipuos tantum nominasse placuit.
- EVSEBII *Chronicon* extenditur cum continuatione Hieronymi ad a. C. 379.
- BEDAE *Chronicon* ad a. 700.
- ADONIS *Sex mundi etates* cum continuatione ad 900.
- MARIANI *Chronicon* ad 1083.
- ZONARAE *Historia Catholica* ad 1118.
- GODFREDI VITERBIENSIS *Chronicon Universale* ad 1186.
- GOBELINVS PERSONA *in Cosmodromio* ad 1418.
- SABELLICI *Enneades* ad 1485. cum continuatione ad 1504.
- IO. NAVCLERI *Chronica* ad 1500.
- CARIONIS aut verius MELANCHTONIS *Chronicon* ad 1530. cui variaz accesserunt continuationes, hinc & variaz inscriptiones.
- HENR. MASCAMPII *Institutiones Historica*, ad templum Salomonis pertingunt.
- IO. HENR. BOECLERI *Historia Univers.* ad Christi nativitatem.
- IO. CLERICI *Compendium Historia Universalis* ad Carolum M. extenditur.
- VLRICI HVBERI *Institutiones historia civilis* ad 1650.
- IO. CLVVERII *Epitome historiarum totius mundi*, cum continuat. ad 1653.
- IO. IONSTONI *Polyhistor* ad 1656.
- CHRISTOPH. BESOLDI *Synopsis rerum in orbe gestarum* cum continuatione ad 1659.
- I. IAC. HOFMANNI *Epitome metrica historia univers.* ad 1686.

a

b

c

FRID.







Hic duo adhuc sunt notanda 1) adhuc alios superesse scriptores qui in  
hoc laterculo locum habere possent, qui eos nosse cupit legatillos  
quos p 23 allegavimus 2) quod fieri possit, ut nova editione unus  
vel alter lasig forte extendatur ubi illas editiones secuti sumus  
quae ad manus nobis fuerunt.



a b CFRID. HILDEBRANDI *Synopsis historia univers.*  
ad 1689.

IO. GERLACH VVILHELMI *Universal-Historie*  
ad 1696.

IO. MICRAELII *Historia Politica* ad 1699.

IO. BVNONIS *Idea Hist. Univ. &*

IO. G. HAGELGANZI *Erklärung des Atlantis histo-*  
*rici* ad 1700.

*Bilder-Saal* ad tempora Iosephi Imp.

IO. G. ESSIGII *Einleitung zur allgemeinen weltli-*  
*chen Historie* ad 1718.

IO. HVBNERI *Fragen aus der Politischen Historie &*

GODFR. LVDOVICII *Universal. Historie* ad no-  
stram ætatem præsentem continuantur.

c. Qui post diluuium initium capiunt, ut

CHRIST. MATTHIAE *Theatrum historicum* cum  
continuat. ad 1688.

CHRISTOPHORI CELLARII *Historia Univer-*  
*salis* cum continuat. ad 1707.

y. Qui a Christo nato exordium faciunt, ut

MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS *in Historia*  
*Universali*, cum continuatione ad 1675.

II. Ratione locorum, non vero temporum universales diuisi  
sunt generum

1. Qui unius alteriusve seculi res describunt, ut

IO. HENR. BOECLERVS *Secula IV. priora.*

IDEM descripsit *Seculum IX.*

BLONDVS *in Decadibus* ab a. 400. ad 1440.

THVANVS, BOECLERVS *Historiam Seculi XVI. &*

IAC. PERIZONIVS usque ad 1558.

ANONYMVS *duo Secula ferrea*, puta XVI, & XVII.  
ad a. 1648.

a b IOBI LVDOLFHI *Schan-Bühne des XVII. Seculi.*



- IO. FR. PFEFFINGERI *Merckwürdigkeiten des XVII. Seculi.*
- II. Qui unius alteriusve seculi certam portionem exhaustunt, ut
- PROSPER AQUITANICVS ab a. 379. ad 455.
- PAVLVS IOVIVS in *Historia sui temporis* ab an. 1494. ad 1540.
- NATALIS COMES in *Historia universa sui temporis* ab a. 1545. ad 1581.
- MICH. ab ISSELT in *Historia sui temporis* ab a. 1566. ad 1585.
- IO. BISSELIUS in *Medulla historica* ab a. 1601. ad 1620.
- BRACHELII, THVLDENI & BREVVERI *Historia nostri temporis* ab a. 1618. ad 1679.
- DIARIVM EVROPAEVVM ab a. 1659. ad 1683.
- ANONYMI *Kern Historie des Jahres 1687.*
- ANON. *Considerationes historicae de rebus nostri temporis* ab a. 1688. ad 1690.
- IO. BURCH. NAII *Relationes Historicae* ab a. 1682. ad 1692.
- IO. DAN. CRAMERI *Commentarii rerum memorabilium* ab a. 1694. ad 1698.
- ANON. *Res per Europam gesta* ab 1660. ad 1713.
- BERNH. CHRIST. JAEGERI *Europaischer Historicus* ab a. 1698. ad 1700.
- THEATRVM EVROPAEVVM ab a. 1618. ad 1709.<sup>12</sup>
- De libris menstuis, quales sunt *Europaische Fama, Historische Remarquen, Relationes Historicae, & reliquis*, per discursum plura.
- III. Qui nec ratione locorum nec temporum dici possunt universales, quo referendus PVFENDORFFIVS in *der Einleitung zu der Historie*, paucula enim sunt quæ de rebus Assyriorum, Persarum, Græcorum, Carthaginensium, Romanorumque congestit, prolixior vero in rebus Hispaniæ, Portugalliæ, Angliæ, Galliæ, Hollandiæ, Helvetiæ, Germaniæ,



Postquam ultra annum 1620 non procedit.



Rescriptis gallica de anno 1732 omnes illor<sup>um</sup> defectu sup-  
plet

Hem in Hamburg<sup>2</sup> Bibliotheca secundum certar<sup>um</sup> centu-  
rias adde Catalogum Bibliothecae Menzenianae



nia, Daniæ, Poloniæ & Curia Papalis, prolixissimus in rebus Sveciæ; reliqui status & regna, intra & extra Europam auctoris non sunt, adjecta quidem manibus aliorum, licet nec adhuc plene satis. Plura dabunt de scriptoribus historiæ universi. J. A. BOSIVS in *Notitia Scriptorum Hist. Univ.* quæ adjecta est ejus tractatui de prudentia & eloquentia civili comparanda. MART. ZEILERS in *Indice Historicorum, Chronologorum & Geographorum*; DE-GOREVS WHEAR in *Relectionibus de ratione & methodo legendi historias* Sæct. VI. seq. & NEV in *Accessionibus ad Whearum* loc. cit. SAGITTARIUS in *Introd. in Hist. Eccles. T. I. Cap. XII. prioribus*. STRUVIVS in *Biblioth. Hist. cap. 8.* M. C. F. HVBNERVS in *der Nachricht von den berühmtesten Historis, Chronologis und Geographis*; conf. DVFRESNOY in *Catalogo* cap. 5. seq. subjuncto der *Anweisung zu Erlernung der Historie*, ubi formas, editiones, & judicia de singulis legat. cui volupe est.

## ARTICVLVS V.

DE  
AFFECTIONIBVS

I.

**A**FFectionum notione nobis venit, quicquid ex historiæ ratione essentiali immediate promanat, quodve alii *Effectorum & Attributionum* nomine, indigitare solent, quo spectant 1. *Futilitas* & exinde profluens summa *Necessitas*. 2. *Ornamentum* s. *Dignitas* inenarrabilis, & 3. *Obletamentum* s. *Jucunditas* incredibilis; quod argumentum pro rei dignitate, atque datâ opera pluribus exposuerunt, ex veteribus quidem DIONYSIVS HALICARN. *Lib. I.* POLYBLVS in *Prooemio Historiæ*; ex recentioribus SIMON GRYNÆVS in *præfat. ad Justinum*, COEL. SECVNDVS CVRIO in *Epist. ad Carolum IX. Gal. Regem*, ISAAC. CASAVBONVS in *aurea Præfat. ad Polyb.* PHIL. MELANCHTON in *Præf. ad Chronicon Carionis*, ELIAS REVSNERVS in *Præf. ad Isag. Hist.* REINERVS REBNECCIVS;

CIVS;



CIVIS, THOMAS LANSEVS, DAN. HEINSIVS in peculiari quavis *Oratione*, IO. SAMBVCVS in *Pref. ad Bonfinium*. IO. HENR. BOECLERVS in *Schola Principum Historia*, & in *Diss. de Util. ex Hist. Vniv. capienda*, alii; ex quibus dicendorum summam, in sequentem contrahemus discursum.

II. Primo statim effectorum loco collocamus summam *historiæ Utilitatem*, quippe quod, hodie præsertim, plerique mortalium, ex utilitate metiri soleant studia, unde & Romanis dicere mos erat: *Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria*. Neque id quidem sine ratione, cum enim vita nostra brevis sit, iis, quibus maxime indigemus, operam destinare omnem debemus, adeoque utiliora & quorum maximus in vita usus consecrari, & minus utilibus præferre habemus necesse. Quid vero utilitatis historia præbeat, præ omnibus aliis, breviter sed graviter admonuit LVCIANVS de *scribenda Historia* scribens: *ἰσορίας ἕργων καὶ τέλος τὸ χρησιμὸν*, *Historiæ munus & finis est Utilitas*.

III. Quod si autem paulo penitius *usum hist. civ.* inspiciamus, vel *communem* esse, vel *peculiarem* certis disciplinis deprehendimus; *communis* est, ut eorum quæ acciderunt, conseruetur ac vigeat memoria, res enim ab antiquis proditæ, in tenebris accerent, & admiranda opera, a græcis vel a romanis edita, gloria apud posteritatem fraudarentur, ac quasi mortua jacerent, nisi historiæ lumen illa illustraret, atque in vivum quasi revocaret. *Cum primis* vera in eo se utilitas historiæ exferit, ut ex singularibus universale præceptum observetur, universale item præceptum, singularibus exemplis illustretur & comprobetur, verba sunt VOSSII de *Arte Hist. cap. V.* adeoque nos edoceat, aliorum erratis, offensionibus, frustrationibus, ad nostri emendationem uti, juxta illud OVIDII: *Felix quem faciunt aliena pericula cautum*; verbo: utilis est omni ætati, & ad omnes circumstantias hujus vitæ accommodata, juvenes, prudentia & experientia rerum, senes facit, senibus eandem

Sup. l. 18


vid. pag. 20

pru-











prudentiam auget, bonos, propositis aliorum bonorum exemplis alacriores reddit, improbos, a flagitiis & sceleribus, sempiterna infamia proposita, deterret, & sic porro.

IV. *Peculiares effectus*, pro varietate disciplinarum variant, nulla enim disciplinarum tam instrumentalium quam theoreticarum ac practicarum est, quibus historia tanquam fons uberrimus, exempla doctrinarum, morum ac factorum, ad illustranda præcepta non propinet; absque historia cendum nobis esset artibus & scientiis omnibus, imo divinis humanisque institutis. Ne vero gratis hæc a nobis dicta videantur, exempli loco, quoad præcipuas eruditionis partes, pauca quædam edisseremus.

V. Ut autem a Philosophiæ partibus exordium capiamus, in universum dicimus, historiæ usum tam late sese per omnes eas & singulas diffundere, ut sine illa, omni & ornatu & nitore destituantur, hinc BEVRERVS in *Synopsi Hist. Lib. I. cap. 15.* non sine ratione historiæ *metropolis* appellasse, visus est. Speciatim autem quod ad *Logicam* attinet, constat, omnem nostram cognitionem vel a ratione, vel ab experientia ortum trahere, experientia autem, quam quilibet sibi ipse comparat, lento incedit passu, & valde lubrica est, at illa experientia universalis, quam decurrens mundi ætas, ex variis casibus & eventibus accendit, luculenta est, & firma veritatis columna atque nutrix, hanc autem suppeditat historia. Quis *Oratori* res & argumenta præbet, quibus ad docendum, probandum, movendum, persuadendum, conciliandumque utitur, sive domi opus sit dicere apud suos, sive foris apud populum, apud reges atque principes; nonne historia? quod is tantum negaverit, qui clarissimorum *Oratorum*, veterum æque ac recentiorum convinci velit exemplis manifestissimis, v. LVNIGII *Orationes procerum*.

VI. Hoc censu etiam veniunt subtilissimæ *Matheseos* partes, quas bona ex parte per historiæ propagatas, ampliatas, atque huc usque conservatas fuisse constat; possem, quæ dico, plurimis rationibus & exemplis optimorum mathemati-

D

corum

*Handwritten note:* ... in der Hand des Grafen ...



eorum comprobare, nisi hunc laborem jam præoccupasset celeberrimus inter antiquos Mathematicus Veronensis, M. VITRUVIUS POELIO *Lib. I. de Architectura*, & novissime FAESCHE *im Vorschlag Adelige Kinder in Mathesi unterrichten zu lassen Part. 1.*

VII. Idem & de *Physica* intelligendum; quam in rem doctissimus philosophus POMPONATIUS *Lib. I. de incantat. cap. X. pag. 21.* disertim ait: *Sine historiis impossibile est, esse aliquem perfectum in naturali philosophia, rationem reddit cap. XII, p. 296.* scribens: *philosophi enim est, causam reddere effectuum naturalium, hoc autem fieri non posse, nisi, quando quid factum, sciatur, effectus autem multos esse rarissimos, ac propterea philosopho, probatis historiis hic opus esse.*

VIII. Imprimis vero usus historiæ manifestissimus, sese exserit in *Ethicis & Politicis*; sane clarissime id tradit STRABO *Lib. I.* scribens: *commentarii historici utiles sunt ad philosophiam Moralem & Civilem*; Et id quidem trifariam; Primo enim virtutem docent atque ad eam excitant, tam virtutum ac vitiorum, quam præmiorum ac poenarum exempla proponendo. Hinc LIVIUS *in Pref.* Hoc illud est præcipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ, quod imitere, capias, inde tibi, foedum exitu, quod vitas. Et multo apertius BASILIUS Imp. *Exhortationum ad Leonem Fil. cap. 56.* ex verb. lat. *Evolvere ne unquam cesses historias veterum, ibi enim reperies sine labore, quæ alii magno cum labore congesserunt: atque inde bonorum virtutes, & improborum vitia cognosces, & vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ea conversiones: mundi hujus instabilitatem, & imperii ad cadendum pronitatem disces. Brevis: malefactorum poenas, & bonorum præmia leges: quorum illa fugies, ne ultionis, quæ inde sequitur, severitatem patiaris, hæc autem amplecteris, ut præmia, quæ ex eis manant, consequi merearis.* Historiæ itaque, verba sunt VOSSII *de Arte Hist. pag. 25.* id efficiunt in generosis animis, quod Themistocli trophæa præstitere Miltiadis, quæ eum quiescere non sinebant, V. CICERON. *Tusc. Quest. L. 4. §. 19.* imo non probos solum ad virtutem

tem











tem inflammant, sed improbos sæpe infamiae metu, a sceleribus deterrent. Conf. *BODINYS de Rep. lib. II. pag. 315. seq. Secundo*, in rebus arduis ac difficilibus *consilium suppeditat*; nec enim tantum iis, quæ alii prudenter fecere, sed etiam periculis alienis, dum videmus, quantas in calamitates sua alii stultitia ceciderint, reddimur cautiores; audiamus hanc in rem *CORNIFICIUM Lib. IV. ad Herennium §. 9. Rerum*, inquit, *imperiti, qui unius cujusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, per imprudentiam, facile deducuntur in fraudem, at ii, qui sciunt, quid aliis acciderit, facile ex aliorum eventu, suis rationibus possunt providere*; adeoque ex similibus vel contrariis colligamus, quid privatim quid publice expediat; licet hoc ipsum maximum artificium sit, posse alienis exemplis uti, *Idem l. c. §. 2.* Hinc *Crementis apud TERENCE. Heaut. Act. I. Sc. 2. v. 36 scitum est*, inquit, *ex aliis periculum facere tibi, quod ex usu fiet.* Nec id quidem sine ratione: difficile enim alienos sequi passus, ut eadem uestigia semper premas; variant tempora, variant personæ, circumstantiæ; impossibile est, in uno casu omnes circumstantias & conditiones easdem esse, quam in aliis; valet hic illud: quando duo faciunt idem, non est idem: casus sunt quandoque idem, non tamen personæ, loca, tempora, consilia, quæ singula diligenter examinanda sunt; itaque exempla non ipsam constituunt agendi prudentiam, sed juvant tantum & lumen ei accendunt, v. *REINHARDI Theatrum prudentiæ p. 324.* Quantum tertio juvet historia, ut caute & provide vivamus, indicat *Cyrus apud Xenophontem in Pædia*, qui eo commendat filiis historiam, quod doceat divinare, scilicet, ex præteritis præsentia judicare, & futura prælagire; Porro nos docet, ne rebus secundis nimis efferamur, aut rebus adversis animo simus pusillo fractoque, adeoque tanquam in speculo videamus, quantis casibus obnoxia sit omnis hominum vita, proinde, ne rebus prosperis nimis fidamus, sed alienis casibus moniti, cogitemus, eadem nobis posse contingere, contra in adversis, ut patientes simus, nec recusemus communem hominum sortem, vid. *VOSSIUS loc. cit.*



pag. 27. ex quibus, quis est, qui non videat, historiam a *Cicero* optimo jure dictam esse *magistram vita*, & a *Dionysio Halic.* ἐν τέχνῳ pag. 65. *Philosophiam ex exemplis.* Conf. omnino *L. B. de BARTHOLDI Philosophiam Principis Lib. 2. c. 4. 10.* *SCHVRFLEISCHII Diss. de prudentia civili ex historia comparanda.*

IX. Porro nunc breviter videamus, quem usum ex historia civ. habeant, qui summas, ut vocantur, profitentur facultates, *Theologiam* puta, *Jurisprudentiam* & *Medicinam*, de præcipuis enim *Philosophia* partibus jam supra dictum novimus. Et quidem, quod ad *Theologiam* attinet, plurimorum *Theologorum* scripta docent, quem in ejus partibus usum habeat historia civilis; ne vero hic etiam sine probatione loqui videamur, sequentia pauca hanc in rem addimus.

X. Et ut a *Theologia Exegetica* initium faciamus, cuique hac parte edocto, clarissime constat, plurima *Prophetarum vaticinia*, resque apud populum *Israeliticum* gestas occurrere, quæ intelligere minime possemus, de quo loquantur, nisi historia civilis illorum temporum, lucem affunderet necessariam, id quod imprimis *Danielis vaticinia*, ut uno exemplo assertum demonstramus, rem liquido evincunt. Formam monarchiarum in statua illa excelsa *cap. II.* Deus *Babyloniorum* regi monstravit, *Danieli* quoque *cap. VII.* in bestiis illis quatuor depinxit, extitisse vero postea talem, ipsiusque *Danielis vaticinia* adimpleta esse, regesque *Babyloniorum* ac *Medorum* a *Persis*, hos a *Græcis*, *Græcos* a *Romanis* victos atque subjugatos fuisse, quis verum crederet, nisi *Cyri*, *Alexandri M.* *Romanorum*que res gestas, historiae describerent? *Septuaginta hebdomadas* ad tempus venturi *Messia*, *Daniel* enumerat, quod vaticinium sine historia civili temporumque computatione, quomodo quis intelligat, in propatulo est, id quod celebris *ICTUS IVSTVS HENR. IVNGMANNVS* probatum dedit, in insigni *Tract.* quem sub *Tit. Daniel Reseratus*, publicæ exposuit *luci Lipsiæ 1700. 4.* *Pari ratione & de aliis regibus atque populis orientis,*

tis,











tis, multa commemorat pagina sacra, quæ nonnisi ex regum Syriæ & Ægypti rerum gestarum commentariis, perspicari pariter atque cognosci possunt. Notanda sunt verba doctissimi Dn. HARDTII in *Historia Psalmi primi pag. 5.* dicentis: *Citra historiam interpretis vagus, in somno, ambiguus, plerumque illepidus; clausis oculis contendere ad metam, est recensere auctorem historia ignorata. Filum Ariadnum, ex labyrintho emergendi, historia.*

XI. Quantum utilitatis historia afferat *Theologia Morali*, re ipsa declarare aggressus est ERASMI IOH. BROCHMANVS, in *Specimine Ethicæ Historicæ*; cum enim *Theologia Moralis*, non solum dogmaticæ, sed & paræneticæ ac paradigmaticæ tradi soleat, paradigmaticæ quidem, quando per exempla virtutum & vitiorum docetur, hinc facile est iudicare, *Theol. Moralem* ex historia fontibus haurire exempla oportere, quæ in vitæ christianæ praxi, maximam vim & usum habent, quod enim præceptis deest, suppetunt efficacius exempla, verba sunt Dom. D. BVDDI in *Theol. Morali Proleg. §. 35.*

XII. Præsertim vero *Historia Ecclesiastica*; quasi sororem agnoscit historiam civilem. Ecclesia in ipsa republica existit, resque sacræ secularibus ita implicantur, ut immediatum inter se habeant nexum, nec, qui res sacras atque ecclesiasticas exponere velit, rem conficere possit quin & politica immisceat, cum ecclesia extra rempublicam nec concipi quidem possit; Ecclesiæ fata & conversiones, plerumque a rerum Dominis fuerunt causata, adeoque multa in sacra pariter atque ecclesiastica historia occurrunt, quæ quidem sine historia civili perspicari minime queant. Quis enim e. g. fata ecclesiæ Judaicæ ante, sub & post captivitatem, sine fontibus historiae civ. intelligat? quis historiam eccl. Novi T. plene cognoscere possit, nisi altero oculo historiam politicam intueatur? patet id ipsum ex accuratiori methodo adornatis systematibus historiae ecclesiasticæ, in quibus ex ea ratione, cuique Epochæ s. seculo, præmissam vel immixtam videmus, peculiarem adumbrationem status & faciei rerum publicarum;

D 33

rum;



rum, id quod præ aliis laudabili conatu observarunt *Centuriatores Magdeburgici, Spanhemius, Dupinus, & pauci adhuc alij.*

XIII. Pari ratione & iis, qui *Jurisprudentie* navant operam, non parum, imo plurimum utilitatis historiarum cognitionem afferre, suo id exemplo nos edocuit, celeberrimus ille juris interpret *Cujacius*, qui fateri non est veritus, romanæ antiquitati, juris acceptam se ferre scientiam; nec certe sine ratione, historia enim si destituatur Juris peritus, misere sæpe in vera legum interpretatione labi necesse est. Hinc mirantur non immerito viri etiam doctissimi, *Bartoli* ingenium, suspiciunt *Baldi* doctrinam, eruditionem *Accursii* prædicant, sed hos ipsos tamen multo præstantiores futuros fuisse, iidem non negant, si historiarum & antiquitatum uberriorem habuissent notitiam, adeoque harum inscitia, in errores multos eos deduxisse, testantur *Icti* nostri temporis eruditissimi; imo cum alij hodie etiam, lacri magis quam juris cupiditate ducti, historiam neglexerint, non est quod miremur, tantam multarum juris quæstionum difficultatem esse, ut non modo ab interpretibus non explicata, sed multis etiam insulsis glossematis, mirum in modum sint obscurata, vid. *JUNIVS Orat. cit. THOMASIVS in Cautelis cap. V. & in Prefat. ad Sigonii Libros de Jure Romanorum. BALDVINVS & EISENHARDT de Conjunctione Historiæ cum Jurispr. HAHNIUS de usu Historiæ in Jure. L. BARBEYRAC in Orat. de dignitate & utilit. Juris ac Historiarum & utriusque amica conjunctione.*

XIV. Idem & de *Medicina*, arte illa salutari, quæ corporibus prospicit medelamque affert, dicere habeo, hæc enim, quum ut plurimum experimentis nitatur, utique experimentorum suorum fontes habet historias atque antiquitates, conf. pag. 26. Hinc non immerito *Aristoteles*, pulcherrimos Libros X. de *animalibus*, *Historiam Animalium* inscripsit, *Plinius* itidem libros suos physicos & medicos, *Rerum Naturalium Historiam* nominare voluit, ita & *Theophrastus*, libris de *Plantis*, eundem indidit titulum; quos secuti sunt multi alij Medici & Physici longe præ-



Francis Disertatus de eo quod iustum est in a sepior. historiarum



1771



praestantissimi, qui hunc historiarum honorem sese debere, doctissimis suis monumentis animo grato testati sunt, quid? quod LVCIANVS de *Hist.* scribat, familiare ac proprium medicorum esse, historiam scribere, vid. JUNIVS loc. cit. GLASERVVS in *Diss. de Praestantia Cognitionis Historicarum* pag. 3. seq.

XV. Haecenus ratione instituti breviter ostendimus, quam late historiarum usus sese per praecipuas eruditionis partes diffundat, nunc II. de ejus *Dignitate* atque *Ornamento* pauca licebit adponere. Maximam semper apud veteres fuisse historiarum auctoritatem, eamque omnibus temporibus in honore habitam, ut, cum plurima variarum rerum studia, & quidem nobilissima haberentur, rerum tamen gestarum scriptores semper primas partes sibi vendicasse, vel exinde patet, quod cum nulla non artium aliquo tempore male audiverit, solam hanc professionem, extra aleam positam esse, semper existimatum sit. De Theologis quidem, qui angustiis quasi finibus, extra quos ipsis evagari sine piaculo non licet, inclusi sunt, nihil dico. E. Jureconsultis caeli miserabiliter illa disciplinae hujus summa, Papinianus & Ulpianus fuerunt. Ejecti urbe Roma plures Philosophi & Rhetores, nulla in Jure Civ. Poetis tributi honores & privilegia, v. Leg. L. Poetae III. Cod. de Profes. & Medicis, conf. Gelatium Lib. XI. cap. 2. Caroli in Notis. Mathematici quoque Senatus Consultis diffamati, nec Medici, nisi post DC & eo amplius annum U. C. admissi, cum tamen interim Cn. Piso, Fabius Pictor, caeterique annalium scriptores, summam dignitatem maniscerentur, ut plenius hanc in rem edisseruit ANDR. ALCIATVS in *Historia Encomio* apud Reinerium in *Methodo legendi Hist.* pag. 97. seq. conf. pag. 174. seq.

XVI. Accedit ulterius, ad demonstrandam historiarum dignitatem, novum argumentum, quod ab exemplis gentium integrarum, ut & personarum maxime illustrium, denique a consuetudine desumitur, quo hoc nostro aevō venire solet, rerum gestarum conservatrix historia. Et quidem quod gentes tam conjunctas, quam dissipatas attinet, quo magis quaeque inclaruit, eo stu-

co stu-



ea studiosiorem hujus disciplinæ fuisse, antiquitates eloquuntur; posset hoc nostrum assertum per exemplorum inductionem facili negotio comprobari, nisi hunc laborem jam præoccupasset, doctissimus REINECCIUS in *Orat. de Historia ejusque Dignitate pag. 109. seqq.* qui & *pag. 143. seqq.* Monarchas, Reges & Principes, tam antiquos quam recentiores longa serie enumerat, qui non solum fecerunt scribenda, verum etiam ipsi scripserunt historias, vel aliorum opera ac studio conscriptas perquam diligenter legerunt, aut etiam ope munifica profecti fuere, conf. MENCKII *Diss. de viris militia & scriptis claris.*

XVII. Quo censu hac nostra ætate veniat historia, non opus erit prolixius commemorare, quum innumera juvandi hoc studium, præclarorum capitum conamina, & in omni historiarum genere suscepti labores, rem clarissime contestentur; quid? quod historia in ipsis regum principumque aulis ac conclavibus hospitium habeat, imo eminentissimum nata sit gradum, quo multæ aliæ disciplinæ ne a longinquo quidem cernere audent; adeoque, si quod aliud, in maxima artium varietate studium, personis illustribus dignum sit, ad quod animus illarum erudiri debeat, revera id de historia, schola illa Principum, affirmari queat, vid. L. B. a BARTHOLDI in *Philos. Principis Lib. 2. cap. 4.* BOECLERVS in *Diss. quam inscripsit Schola Principum Historia.* Denique in ipsis etiam castris ac classibus, inter tubas & armorum strepitus, ubi musæ alias plerumque exulare, & leges silere solent, historia suum locum habet & honorem, hinc celebratissimus ille heros, militumque cæsareanorum quondam dux, Ambrosius Spinola graviter dicere solebat: *La spada del Capitano deve andar ligata al cuore & al giudizio, & il giudizio all' historia b. e. Hasta Capitanei alligata esse debet cordi & judicio, judicium vero historia, vid. BOCCALINI Epistola VIII. Conf. VVAGNERI Soldaten-Bibliothek §. 72. seqq. Grouvert *Talents Politic**

XVIII. Atque hæc de dignitate hist. civilis sufficiunt, pergimus nunc, ex dispositione supra facta, III. ad secundas

das 105











darios effectus, ut sunt *Jucunditas & Oblectamentum*, quibus non minus præstat historia, quam rebus aliis, quas usque huc recensuimus. In universum de hoc historiæ effectû testatur **CICERO** *Lib. V. Ep. 12.* *Nihil, inquit, aptius ad delectationem lectoris, quam temporum varietates, fortunaque vicissitudines, quæ etsi optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt jucunda.* Quo etiam collineant quæ **PLINIUS** habet *lib. V. Ep. 8.* *Orationi, scribens, & carmini parva est gratia, nisi eloquentia sit summa, in historia vero quoquomodo scripta, delectat, sunt enim homines natura curiosi, & qualibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam fabellisque ducuntur.*

XIX. Quod si igitur, tanta sciendi cupiditate ferantur homines, ut etiam ex ipsis fabulis capiant voluptatem, quanto major futura est, cum verissime gesta narrantur? quid enim suavius, quam in historia, velut in proposita subjectaque tabula, res tantarum gentium, ante nostram ætatem gestarum, intueri? quid jucundius, quam earum opes, copias, ipsasque acies inter se concurrentes, sine discrimine vitæ cernere? quæ certe voluptas est ejusmodi, ut interdum corporis & animi morbis sola medeatur, quale quid legimus de *Alphonso & Ferdinando* Hispaniæ & Siciliæ Regibus, ut & *Laurentio Medices*, apud **BODINUM** in *Proem. Methodi ad Lect. Hist.* Sed hæc de affectionibus historiæ sufficiant.

## ARTICVLVS VI.

DE

## ADJUNCTIS.

I.

**A**djunctorum nomine veniant *accidentia* s. *nevi* hist. civilis, quorum classem ingrediuntur primo, ejus *Imperfectio*; cum enim historia sit notitia singularium, omnis vero tractatio individuorum s. singularium sit imperfecta, sequitur & historiæ esse notitiam imperfectam; Singularia cognoscuntur sensu potissimum, impossibile autem est, ut historicus omnia sin-

E

gula-



gularia, de quibus scribit, ipse videat, imo ea etiam, quæ nobis viventibus accidunt, omnia notari minime queant, partim propter infinitudinem rerum singularium, partim etiam, quod multa secreta singularia, studio reticeantur, nec eorum historicis concedatur copia, quod si id etiam fiat, tantis restrictionibus & præcautionibus fieri assolet, ut iudicio pollens facile colligere possit, quantum ejusmodi mensuratis descriptionibus juvari queat bona historia, in se satis imperfecta, legi hic mereatur *BIERLINGII Commentatio de Pyrrhonismo historico cap. 1.*

II. Alterum adjunctorum est *Incertitudo*, vi cujus historia non omnibus modis potest esse certa, idque ex duplici potissimum ratione, 1. quod historia sit singularium, singularia vero sunt infinita, adeoque eorum non est certa notitia, 2. singularia, ut prædiximus; sensu potissimum cognoscuntur, impossibile vero est, ut omnis historicus, omnia singularia, de quibus scribit, videat, aut non fallatur, in illa circumstantiarum infinitudine; quare cum ex auditu & relatione aliorum pleraque scribat, facile vero & illi fallere vel falli possint, qui referunt, hinc sequitur, nullam historiam indubitata esse fidei; incertam quoque eam reddunt multi errores & fabulæ vulgares jam dudum receptæ, & veterem imprimis historiam deprauantes, ceu exemplis demonstratum dedit doctissimus Gallus de la MORTHE le VAYER in *Tract. de incertitudine Historiæ*, quem & germanice prodiisse novimus, conf. *BIERLING. Loc. cit. cap. 3. ABEL in Histor. Monarchiarum Lib. I. cap. 1.* Porro immoderata Criticorum nonnullorum de plerisque dubitatio, & prodigiosa judicandi de veterum monumentis, licentia, vid. *WITSIUS in Miscellaneis T. 1. p. 215. 247.* Denique in causa incertitudinis quoque est, neglecta in laude & vituperio personarum ac rerum legitima regula, cum ex affectu veritas vertitur in mendacium, lux in tenebras, & contra; unde fit, ut, dum in aperte pessimis virtutes prædicari, vitia occultari legimus, tandem omnia tanquam incerta rejiciamus, quæcunque in historiis

historiis



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is too light to transcribe accurately.







storiis exposita cernimus, v. WEISMANI *Hist. Eccl. Diff. preliminari.*

III, Tertium locum occupat *Dissensio* s. *Contrarietas*, quæ sese apud historicos prodit, dum sæpe in plerisque circumstantiis dissentiunt, de rebus iisdem agentes; cuius quidem rei plures novimus causas, multi sæpe historici debita diligentia & iudicio necessario destituti, minus diligenter omnes circumstantias explorarunt, multi genuinis fontibus destituti, rivulos minime salubres sunt secuti, adeoque non potuerunt non, ab aliis diversimode res gestas exponere, multi etiam affectibus dediti, in re plerumque minus grata, data opera aliis in contrarium iverunt, & quæ sunt reliqua; ex quo necessario oriri debuerunt, dissensiones, tricæ & disputationes inextricabiles, v. GODFR. ARNOLDI *Commentatio de corrupto historiæ studio*, GLADOV in *Diff. de erroribus historiarum vulgaribus.*

IV. Tandem etiam huc referimus *Obscuritatem*, quam sæpe bonæ historiæ contingere videmus, eorum scilicet culpa, qui vel poetico utuntur stilo, aut dum brevi elegantia ac venustate scribere videri volunt, obscuritate rem perficiunt, adeoque minus intelligantur; in altero extremo obscuram reddunt historiæ, qui sordido utuntur dictionis genere, adeoque barbarismis ac solecismis, ambiguum historiis mentem reddunt, id quod cum primis in historicis mediæ ævi animadvertere licet, v. doctissimi DV FRESNE *Glossarium ad Scriptores mediæ & infimæ latinitatis. CLERICI Epistola Critica pag. 115. seq.*

## ARTICVLVS VII.

DE

### METHODO ET ORDINE TRACTANDI HISTORIAM CIVILEM.

I.

**M**ethodum atque ordinem, animam esse studiorum, nemo  
E 2 his



his rebus edoctus est, qui nesciat; idem & de historiarum disciplina tenendum, neque enim satis est magnum historicorum cumuluni possidere, nisi cujusque usus, & quo quisque ordine ac modo legi debeat, intelligatur.

II. Qua in parte multi fuerunt, qui utilem navarunt operam, licet diversa quisvis pro suo ingenio & modulo, ratione, imo & effectu, quorum plerosque in *Penu Artis Historie* conjunctim extare constat, de quibus, ut & reliquis, qui separatim prodierunt, doctissime judicat doctissimus Abbas Galus LANGLETUS du FRESNOY, in præfatione *Methodo studendi Historiam* præmissa, quam si quis possiderit, aliis omnibus facile carere possit; optimam igitur publico operam navasse dicendus est Cl. Menckius, qui gallicum hunc fortum germanica indutum veste, & quoad historicorum catalogum, accessionibus locupletatum exire curavit, *Lipsia 1718. 8.* Cui jungimus ANONYMI *Raisonnement über die Historie und deren Gebrauch, 1718. 8.* insignis certe libellus, in quo ex historia Imp. Augusti, exempli quasi loco, usum historiarum moralem, egregie demonstravit auctor, quisquis sit, doctissimus.

III. Ex his dicendorum, de Methodo & Ordine tractandi studium historicum summam, in sequentem contrahemus discursum. Ut autem eo ordinatius cultoribus historiarum singula proponi queant, dicimus, sequentia observanda esse momenta, scilicet quæ 1. de ipsa Methodo in se spectata, 2. de Fide Historica, 3. de Præjudiciis cavendis, & 4. de Cautelis diligenter observandis, scitu maxime sunt necessaria; sequitur itaque

MOMENTVM I.

DE

METHODO ET ORDINE HISTORiarVM.

I.

**A**nte omnia in historiarum cultore præsupponitur 1. *Judicii*  
& 2.











2. *Memoria facultas, iudicio illi opus est, eoque tam logico quam morali; illo, ut res narratas dijudicare, verum a falso vel verisimili discernere queat, ne in tanta rerum copia, scriptorumque varietate, & quandoque etiam pravitate, verba sibi dare patiatur, & nubem pro Junone arripiat, adeoque tempus rerum omnium pretiosissimum, cum opera & oleo perdat; illo, ut dictorum applicationem debite institere inque suos aliorumque usus convertere queat, sine qua praxi, omnem historiae tractationem, elumbem & praeposteram merito iudicamus; vanos igitur merito illos pronuntiamus, qui solum memoriam ad bonum historicum requirunt; praecipuum certe attributum historiae est veritas, ut igitur verum a falso discernatur, iudicio opus est, alias enim aniles fabulae, & quicquid Graeca mendax audet, pro historiis habendum esset, adeoque tot haberemus historicos, quot decrepitas vetulas; memoria indiget, ut lecta aut audita, in futuros usus conservare queat, res enim historiae sunt res memoriae, qua deficiente, omnis lectionis & auditionis opera nulla erit, ex quovis enim ligno non fit Mercurius.* 3. *Animus ei sit probe affectus, ut praeccepta recte tradita, in usum dextre transferre cupiat; finis enim omnis historiae est, non cognitio & contemplatio, sed usus & actio, adeoque discenda sunt rerum gestarum monumenta, non ut sciamus tantum, sed bene etiam agamus.* 4. *Diligentia requiritur improba, ni enim institutioni privata accedat opera, omnis etiam fidelissime instituentis labor, inanis & nullus merito est reputandus, unde confessione omnium doctorum, haud ullum est studii genus, in quo plus iudicii, memoriae & solertiae requiritur, quam in historia, v. WHEAR in Relect. P. 2. Sect. 1.*

II. *Summum quoque & expensarum heic in limine statim habenda est ratio; quicumque enim nervo rerum in hoc studio gerendarum, se destitutum conqueri necessam habet, nec is in hoc curriculo, haud simpliciter vice impeditum sese sentiet. Nec tamen ea propter animum despondeat, cui hic auris vellicatur, syademus; vivit Deus, qui suspiria pauperum audit,*



& qui studiorum patronos & promotores excitare potis est, illi cum primis, qui devotis precibus vitæ innocentiam jungit, debitaque diligentia ac officiis, beneficiorum collatione sese dignum reddit.

III. Proximum est, ut de *necessitate & utilitate* historiæ sufficienter sit edoctus, reque ipsa cognoscat, & utile & necessarium esse, quod discere debeat, alias enim jam actum erit de attentione debita, solertique diligentia; hinc Romani dicere solebant: nisi utile est quod facimus, stultus est labor, stulta gloria. Atque hæc causa fuit tractationis, *articulo V.* susceptæ.

IV. Tertio requiritur, ut antequam hæc sacra adeat, *linguis* necessariis iisque *disciplinis*, quæ studium historicum juvant, bene sit instructus, de quibus *Cap. II.* data agemus opera. p 52

V. Animo sic præparato, initium faciat, necesse est, ab *historia universali*; non secus atque in aliarum scientiarum curriculo initium discendi fit a generalioribus, & progressio fit ad particularia; quemadmodum enim is, qui totius orbis partes cognoscere vult, necessario a generali tabula auspicari debet, ut totius universi, partiumque singularum inter se, & cum toto rationem, in typo conspiciere possit, antequam ad particularem regionum perlustrationem descendat, pari ratione & in curriculo historico, ab historia universali tractatio est auspicanda, ut in universum, omnium populorum regionumque initia, successiones, mutationes, in typo & quasi uno intuitu conspiciat, priusquam ad historias particulares progrediatur, v. BOECLERVS in *Diss. de Utilitate ex Historia Universali capienda*, LANGLETVS DU FRESNOY in *Methodo studendi Hist. cap. 3.*

VI. Ut autem contemporaneorum, sive eorum, quæ diversis quidem locis populisque, eodem tamen temporum cursu gesta sunt, *synchronismus* quoque uno intuitu perspici queat, *Tabula*, ut vocantur, *Chronologica*, diligenti cura adhibendæ sunt, de quibus *infra suo loco* ex instituto agemus. p 65

VII. Ab











VII. Absoluta sic, gradibus quidem quantum potest fieri brevissimis, historia universali, ad *historiam particularem* progrediendum est, singulorum videlicet Imperiorum, Regnorum, Dynastiaram ac Rerumpublicarum, adeoque particularim considerandum est, ne quæque ex illis coeperint, creverint, subsisterint, vel etiam mutatae interierint, eo quidem ordine & methodo, quam BODINVS, REINECCIUS, LANGLETVS DU FRESNOY aliique præscripserunt.

VIII. Sigillatim vero *patriæ ac gentis cuiusvis*, cui & vitæ spiritus, & alimenta, debemus, habenda est ratio, ne in ipsa patria turpi ignorantia hospites existamus, v. *HESSEN-  
HESSENTHALERI Oratio de Historia Patriæ eminentia*; cognitæ patriæ nostræ rebus, *confinium* regnorum ac populorum aggredienda est historia, illorum præsertim, qui majorem præ reliquis, cum patria nostra habent nexum atque negotia.

IX. In hoc autem curriculo feliciter decurrendo, duobus cultori historiarum necessariis sunt observanda, i. *scopum* ac finem sibi præfixum, cognitum habeat, diligenterque attendat, ne ratione instituti vel brevius incedat, vel plus temporis ac operæ, quam par est, impendat; aliter enim studium historicum tractare debet, qui ex professo, ut ajuat, illi sese mancipavit, aliter, qui per transennam quasi, campos historię amoenissimos illustrare ac inspicere sibi propositum habet, 2. *Finem & Effectum* historię præcipuum, probe attendat atque observet, non igitur legat historias, vel otio demendi causa, vel ut habeat, quod in conviviiis & conversationibus recitet, verum, ut in rerum gestarum causas, rationes, consilia & circumstantias inquirat, quodque ex usu, vel suo vel reipublicæ legit, diligenter imitetur, aut vitet, quod foedum inceptu, foedum exitu deprehendit, conf. quæ diximus pag. 13. 26.

X. Ut autem singula, quæ dicta sunt, eo majori cum fructu absolvi queant, tria in universum necessaria sunt:

I. *Noxi-*



- I. *Notitia Auctorum & Fontium*, p 22 seq 48 e 455  
 II. *Excerpendi Dexteritas, &*  
 III. *Solers Meditatio.*

Prius illud tria involvit, 1. *Cognitionem accuratam fontium, & historicorum delectum, qui boni vel mali, genuini vel spurii.* 2. *Quo modo boni a malis, genuini a spurii dignoscendi,* 3. *Quo ordine boni sint legendi.*

XI. *Notitia auctorum in hoc studiorum genere tam est necessaria, ut vel maxime; quum enim omnes historiae hominum labore & industria in literas sint congestae, adeoque fide humana nitantur, homines autem varie a regia veritatis via deflectere queant, adeoque dicente VOPISCO in Aureliano, cap 2. nemo historicorum, quantum ad historiam pertinet, sit, qui non aliquid sit mentis, necessarium utique est, ut is, qui testimonium perhibet, tanquam in iudicio cognoscatur, ut constet, quanta ejus sit fides: quotquot enim omni tempore scripserunt historici, hi doctiorum iudicio scripserunt, vel quantum voluerunt, dediti affectibus, vel quantum potuerunt pro viribus suis, vel denique scripserunt, nec quantum vel voluerunt vel potuerunt, sed quantum debuerunt, pro officio suo; ex quo pronum nilu sequitur, quam necessaria sit historiarum cultori scriptorum notitia, quam ex historia literaria haurire debet; speciatim vero de Delectu Historicorum doctissimus extat Discursus Philologicus FRIDERICI TILEMANNI, conf. BODINVS cap. IV. GLASERVS in Admonitione de recte legenda Historia pag. 135. LANGLETVS DU FRESNOY Loc. cit. cap. XVII. seqq. Confer. p 42*

XII. *Restat, ut reliqua etiam historiarum subsidia noscat, scilicet quantam apta sint ifacere fidem, tabularia s. archiva, diplomata, pacta & conventa, epistola, descriptiones vicarum, historia arcana, panegyrici, legatorum relationes, novella publica, scripta satyrica, & quae sunt alia, inscriptiones denique lapidares, numismata, icones, sigilla, de quibus singulis per discurtium*











cursum plura dicentur, imo & capite sequenti, ubi de admi-  
niculis historicis erit differendum. Conf. interim D. U. FRES-  
NOY *loc. cit. cap. 14. seq.* D. N. a LUDWIG *kleine Schriften*  
*Num. 3. 10. seq.* BIERLING *in Comment. de Pyrrhonismo hist.*  
*p. 102. 123. 204. 227. 241. 295. 323. 326.* AHASV. FRIT-  
SCHIVS & CHRIST. WEISIVS *de Novellis*, SPATHENS  
*Zeitungs-Lust und Nutz.*

XIII. Atque ex hac, scriptorum & fontium noticia com-  
parata, cum illud etiam discat cultor historiarum, non unius  
illos esse qualitatis & valoris, alios bonos, alios malos, alios  
genuinos, alios spurios & minus salubres, *secundo loco in ma-*  
*teria de noticia scriptorum nosse illum oportet, quomodo*  
*boni a malis, genuini a spuris sint dignoscendi.*

XIV. Crisis vero circa historicorum scripta, juxta has fe-  
re regulas institui potest: 1. in genere bonus historicus dicen-  
dus est, qui tres hos characteres habet: *Veritatem, Explanatio-*  
*nem & Judicium.* *Veritas* est, si omnia pure narrat & ex fi-  
de, non affectibus deditus; qui virtutes & vitia profert, in  
amicis & hostibus laudat quod laudandum, culpat quod cul-  
pandum, id quod præcipuum boni historici requisitum est;  
*Explanatio*, si omnia decenti filo secundum omnes circum-  
stantias, ordinate & methodice exponat. *Judicium* demon-  
strat, si res gestas non solum jejune & nude describat, verum  
etiam cum judicio vera a falsis, singularia ab universalibus  
discernat, insuper etiam judicium suum interponat, sine ta-  
men proluxa in utramque partem disputatione & peroratione.  
2. Alter character boni historici est, ut sit *authenticus*, h. e. vel  
*αὐτόπτης* & præsens rerum spectator, qualis fuit Polybius &  
Thucydides, vel qui publica magistratus auctoritate scribit,  
suaque habet ex archivis, actis & instrumentis publicis iisque  
genuinis. 3. Tertia boni historici nota characteristica est, si  
sit *eruditus, prudens, iisque linguis, disciplinis, & cum primis*  
*necessaria experientia instructus*, quibus instructum esse debet,  
qui recte, methodice, & cum fructu historias scribere, propo-  
situm

vid p 11 legg

vid p 57.

vid p 12.

vid p 37.

p 17-57



fitum sibi habet. Latius hæc & per exempla deduxerunt, doctissimus DU FRESNOY *Loc. cit. Cap. XVIII.* & BIERLING. *Loc. cit. cap. 2.* ubi plenius requisita boni historici edifferuntur. Spurios vero & suppositios scriptores dicimus, qui nomen quidem in fronte gerunt alicujus scriptoris, cujus tamen revera non sunt, adeoque ei tantum supponuntur, aut saltim eo tempore scripti non sunt, quo scripti videri volunt, quales sunt *Hermes Trismegistus, Libri Sibyllini, Berosus, Manetho* &c. conf. TILMANNVS in *Discursu de Delectu historicorum*, STRUVIVS in *Diss. de doctis impostoribus*, CLERICVS in *Critica P. III. Sect. II. cap. 2. seqq.* DU FRESNOT *Loc. cit. cap. XX. seq.* HARDVINI cyclopicam in veteres scriptores criticam, non attendimus, v. BIERLING. *Loc. cit. cap. 1. §. 10.*

XV. Adepta sic notitia auctorum, qui mali vel qui boni, spurii vel supposititii, *tertio* diligens historiarum civilis cultor nosse debet, *quo ordine boni sint legendi.* Quemadmodum vero delectus historicorum, in tanta fere infinitudine, quoad singulas historiarum civilium partes, vix determinari potest, pari ratione & quoad ordinem, quem in legendis historicis tam historiarum universalis antiquarum, quam etiam recentioris, ac populorum gentiumque diversarum particularis, sequi fas sit, non caret difficultate; utrumque enim magni momenti res est, ut vix ac ne vix quidem recta cupidis heic dare consilium queamus. BODINVS equidem *Loc. cit. cap. X.* & qui illius vestigia secuti sunt, WHEAR in *Relectionibus*, aliique, prolixa opera catalogum & ordinem historicorum in universum adornarunt, speciatim quoad historiam Romanam BARGAEVS & SIGONIVS, quoad historiam Imperii Romano-Germanici FREHERVS, verum enimvero, quid de hoc illorum labore sentiendum, his rebus edocti optime norunt, & per discursus evictum dabitur pluribus.

XVI. Alterum, quod in ipsa methodo tractandi historiam civilem, observandum esse §. X. diximus, erat

II. Ex-



Directoris scriptorum rerum Germanicarum expeditione no.  
Christina Köhler







II. *Excerptandi Dexteritas,*

sive modus colligendi fructus historicos; in genere de excerptis historicis docte edisseruit WHEAR *Loc. cit. P. III. Sect. I. seq.* MORHOFIUS in *Polyhist. Tom. I. Lib. III. cap. 13. §. 31.* Formulas vero Locorum Communium suppeditant, BEVRE-RYS in *Synopsi Hist. Lib. I. Aphoris. XVIII. seqq.* GLASE-RYS in *Admonitione de legenda Hist. pag. m. 169. seqq.* & multo accuratius KECKERMANNVS in *Apparatu ad Philos. Pract.* Sed cum hi excerptorum historicorum rationem, tam late extendant, ut excerptare jubeant, quicquid apud bonos historicos occurrit, quod ad doctrinam, ad mores & prudentiam effigendam facit, porro quicquid linguam format, dicendi facultatem perficit, denique quicquid rerum antiquarum notitiam confert, adeoque diversa excerptorum ex historicis genera adornanda esse statuunt, nos ratione instituti saltem de eo excerptandi genere pauca attingemus, quod de pure historicis est sollicitum, adeoque nec formulas loquendi, nec axiomata moralia aut politica attendit, sed res ipsas & actiones civiles earumque circumstantias, illa enim excerptandi genera viros, hoc juvenes, quos formamus, spectant.

XVII. Hæc vero excerptandi ratio, ita instituenda est. Primo compendium aut systema quoddam typis exscriptum, charta pura interferere curamus, forma proxima maiori, ac compendii aut systematis est, aut si hoc institutum minus commodum videatur, librum ex munda charta excerptis destinandum, compingere curamus, paginas numeris signamus, ad numerum paginarum libri nostri; tandem diligenti lectione, contenta libri nobis reddimus familiaria, ut sedem materiarum habeamus in promptu; deinceps, quicquid boni ad rem præsentem vel legimus vel audimus, quod ad illustrationem auctoris vel pleniorum rerum expositionem facere videtur, illud pro ratione materiæ & instituti breuiter vel copiose annotamus. Non vero excerptandum quicquam est, dum lectione distinemur, ita ut propterea abruptatur lectio, & calamus in manum sumatur,



hoc enim radiosam lectionem & operam efficeret; notanda igitur tantum loca sunt in schedula, quæ absoluto vno lectionis penso demum exscribenda sunt, v. CLERICVS in *Critica P. I. cap. 5. v. 9. seq.*

XVIII. Tertium, quod circa methodum tractandi historias §. X. diximus observandum esse, erat

III. *Solers Meditatio.*

Quemadmodum enim excerpenti dexteritas memoriæ subsidio, & in futuros usus quicquid notatu dignum occurrit, velut in penu quoddam optimarum rerum recondit, ita solers meditatio per quietem & otium reperit atque recoquet, quæ a nobis lecta & annotata sunt; relegenda igitur sunt certis horis collectanea, ut sciamus, quas habeamus congestas divitias, hisque tempore & loco uti possimus; quod genus operæ, ut in omni studiorum parte, ita cum primis in historicis adeo necessarium est, ut vel maxime.

XIX. In hoc autem studio decurrendo necessarium utique, imo proficuum admodum erit, si studiosus historiæ civ. cultor, socium laboris habeat, is præsertim, qui memoriæ facultate non adeo felici præditus est, huic inter deambulandum, confabulandum, aut alia commoda occasione exponat, quæ memoriæ mandavit, cum hoc sermones misceat de iis quæ lecta & annotata sunt, hæc enim mutua industriæ concitatione laborisque literarij partitione fiet, ut singula eo tenacius memoriæ inhære queant; imo dum res ita poposcerit, ut in conspectu aliorum, lecta, annotata, meditata rursus reddere debeat animus, tum eo maiori id perficere poterit alacritate, quam factum fuisset, si singula memoriæ mandata, tanquam in thesauro abscondito sibi soli asservasset. v. BARTHOLINVS de *libris legendis pag. 146. seq.* Plura ad hoc momentum dabunt BOECLERVS *Loc. cit. G. ARNOLD. de Corrupto historiæ studio, ZACH. HOEGLIVS in Manu duct. ad hist. univers. J. DAN. GRUBER in Diss. de Cultura hist. univ. JO. G. ECCARD in Diss. de historia univ. contemptu sui vindicante.*

MO











MOMENTVM II.  
DE  
FIDE HISTORICA.

## I.

ECquidem hanc, de fide historica materiam, sicco prætere po-  
tuissimus pede, quippe quod laborem hunc præoccupata-  
tum sciamus, a viris doctrina & eruditione celebratissimis, pu-  
ta: IO. EISENHARTO speciali *Commentario*, in quo ex in-  
stituto hanc materiam absolvit, LAC. PERIZONIO in *Ora-  
tione Inaugurali*, in qua la Mothium Vajerium refutare aggressus  
est, CHRIST. THOMASIO in *Cautelis cap. V. §. 65. seqq.*  
IO. BVRC. MENCKENIO in *Diss. Inaugurali, de eo quod ju-  
stum est circa Testimonia Historicorum*, attamen, ut tyro noster,  
circa hanc quoque materiam, aliqualem prægustum saltem ha-  
beat, paucis ostendemus: 1. *Quid sit fides historica?* 2. *An ejus-  
modi fides detur?* & 3. *de opposito fidei historicae, scepticismo sci-  
licet seu Pyrrhonismo historico* breviter agemus.

II. Dicimus vero, fidem historicam esse præsumtionem  
veritatis, qua assensum præbemus narrationibus historicorum,  
ortam ex conjecturis & circumstantiis tam ipsius historici, quam  
rerum a se expositarum, quæ raro fallere possunt. Causas  
autem, quæ illam præsumptionem pariunt, & ad eam firman-  
dam concurrunt, prolixè exposuit EISENHART *Loc. cit.*  
*cap. 9.* Plenius id ipsum per discursum demonstrabitur, colla-  
tione instituta inter *Maimburgium & Seckendorffium*, quorum  
uterque *Historiam Lutheranismi* adornavit.

III. Dari autem ejusmodi fidem, nemo ausus fuerit ne-  
gare, nisi qui omnes historicos falsitatis arguere velit, id quod  
inhumanum utique dicendum esset. Nam etsi ultro conce-  
damus, non omnia adeo certa esse, ut nihil plane historiis  
falsi subesse queat, aut aspersum usquam putemus; propterea  
tamen omnem veritatem & fidem historicam negare velle, ut-  
pote quæ multis rationibus demonstrari potest, id stolidi ho-



minis iudicium merito reputandum esset. Quando enim spectata satis est, & elucet undique bona auctoris fides, quando eadem aliorum firmatur consensu, quando res ipsa nullam offert nobis justam satis dubitandi ansam, tum vero, licet forte in una aut altera levissimi momenti particula, error quispiam sedere possit, nihil certe causæ est, quo minus fidem illam sequamur, & nostro assensu dignissimam iudicemus, vid. PERRIZONIUS *Lac. cit. pag. m. 34.*

IV. His non obstantibus, sunt tamen nihilominus qui, si non omnes plerasque tamen relationes historicas in dubium vocant, adeoque in Pyrrhonismum seu Scepticismum historicum prolabantur, inter quos, recentiores præsertim, agmen merito ducit de la MOTHIVS VAYERIVS doctissimus Galus, cuius libellus *de Incertitudine Historiæ* germanice quoque prodiit 1704. 8. sub Tit. *von der Ungevvisheit der Historie.* Per exempla *Pyrrhonismum historicum* deduxit peculiari programme STRUVIVS; doctè quoque *de Pyrrhonismo Historico* egit ERID. VVILH. BIERLING, cui iugendus FRID. ARPEI *Pyrrho s. de dubia & incerta historia & historicorum veterum fide, argumentum, Kilia 1716. 8.* Observ. Hall. lat. T. XI. obs. 5. P. F. RP. *Pyrrhonismi historici*, in quibus pluscula huc spectantia leges.

### MOMENTVM III.

DE

### PRÆIVDICIIS IN STUDIO HISTORICO EVITANDIS.

I.

PRæiudicia per omnes eruditionis humanæ partes, ceu pestiferam luem grassari, tam est notissimum, ut is, qui hoc inficari præsumeret, merito hocce eodem morbo laborare, dicendus sit; demonstratum id ipsum liquido dederunt, quotquot de communi hoc malo scriptis egerunt, medelamque eo infectis facere voluerunt.

II. In











II. In genere quidem omnes, qui medicinam menti præscripserunt, hanc quoque materiam debita sede attigerunt, speciatim vero theologice de præjudiciis egerunt IO. HENR. BARTHIVS & CHRIST. MATTH. PFAFFIVS, philosophice vero IO. CHR. LANGIVS & THEOD. ZVINGERS, quibus jungi meretur GOTTL. SAM. TREVER *de principiis & remediis præjudicorum*, MATTH. GEORG. SCHRÖDER *de præjudiciis merito & falso suspectis*, quoad *historiæ partes*, licet tenui admodum vena, IO. LEONH. FROEREISEN tribus Dissertationibus Jenæ habitis.

III. Cum itaque omnes relationes historicæ, hominum opera in literas sint congestæ, adeoque humana fide nitantur, facile hinc concludi potest, si quo alio eruditionis genere, revera in studio historico, multa apud multos regnare præjudicia, quemadmodum innumeræ illæ disceptationes, triæ ac disputationes historicorum, rem clarissime eloquuntur.

IV. Dicimus vero, præjudicia historica esse opiniones erroneas, fundatas vel in autoritate, vel fide & præsumptione illius, quem nimium amamus, adeoque ab ejus nutu, coeco dependemus studio; vel etiam in passione voluntatis nostræ, quando pro dispositione nostra & affectu in nobis prædominante solummodo judicamus, de ipsa historia, rebus historicis, earumque veritate vel falsitate, adeoque de his rebus iudicium ferimus, non prout in se sunt, sed secundum præconceptas nostras erroneas opiniones.

V. Atque pestiferum hoc malum, cum per omnes historiarum partes sese diffundat, quis valeat singulas ejus species communerare? interim ut hoc etiam loco, diligens historiarum cultor cognoscere queat, quæ circa studium historiciæ civilis præjudicia, imprimis sint evitanda, sequentia exempli loco dare e re visum fuit.

1. Præjudicium est, credere, *historias etiam sine rei literariæ, geographiæ & chronologiæ notitiâ atque adjumento, adisci posse*, cum enim omnes res historicæ hominum opera in  
liter



vid p45.258

litteras sint congestæ, adeoque fide humana nitantur, is, qui testimonium perhibet, ut in<sup>o</sup> iudicio utique cognoscendus est, non enim testimoniis, sed testibus se crediturum, dicere solebat Imperator Adrianus, qua de re pluribus suo loco; Deinde, cum omnia quæ fiunt, certo loco & tempore fiant, utique Geographiæ & Chronologiæ notitia opus est cultori historiarum, quarum illa locorum situm cognoscendum præbet, hæc ad annorum seriem singula disponit, sine quibus rerum gestarum relationes, nec mente concipi, nec memoria comprehendendi possunt, ceu pluribus demonstratum dabimus Cap. sequenti.

2. *Historiarum studium illis saltem competere, qui ex professo illi sese manciparint, cui erroneæ opinioni obviam ivimus supra Cap. I. Art. V.*

3. *Ad historiæ culturam requiri, non tam bonum iudicium, quam bonam memoriæ, cum res historica sint res memoria, sed falsum hoc esse præiudicium, ex fine historiæ elucet, qui est veritas, qui autem verum a falso discernere velit, illi omnino iudicio opus est, conf. dicta ad pag. 36. seq.*

4. *Omnes historias ita comparatas esse, ut in plerisque merito dubitare de illarum certitudine queas, sed contrarium demonstravimus supra Momento II. de fide historica; valet hic illud: omnia probate, certiora tenete.*

5. *Historiarum usum eo cum primis spectare, ut habeamus quibus otium pellamus, animumque recreemus, aut, quæ in conversationibus recitare possimus, cum tamen finis historiæ longe sit alius, ut evictum pluribus dedimus supra pag. 13. & 24. & 39.*

6. *Historiam civilem non tam illos decere, qui Theologiæ partibus sese manciparunt, quam potius illos, qui Jurisprudentiæ & Politicis studiis navant operam, at vero hujus quoque præiudicii falsitatem deteximus supra pag. 21. seq. ubi demonstratum fuit, quam late hist. civilis usus, per omnes fere disciplinas sese diffundat, neque ullam esse facultatum superiorum, quæ carere possit historia.*

7. *Vete-*







Jon 3 & 4. observationibus  
Halleri



7. *Veteres historiarum conditores, infallibiles & ab omni errore fuisse immunes, cum tamen contrarium pluribus demonstratum dederint, qui omnes & singulos historicos in examen vocarunt.*

8. *Scriptorum christianorum libros, gentilium vel ex ea ratione anteferendos esse, quod illi fidei christiana fuerint addicti, cum tamen multis exemplis probari queat, & christianos scriptores non semper ab affectibus fuisse immunes.*

9. *Scriptores a secta nostra alienos, protinus non esse legendos, nec ullam illorum relationibus habendam esse fidem, cum tamen constet, exemplisque possit demonstrari, & alterius sectæ viros, veritatis fuisse amantes, licet interim concedamus, eos cum iudicio esse legendos.*

10. *Illos Scriptores, qui acrem subiere censuram, vulgoque male audiunt, pari ratione & qui erroris cujusdam convicti vel levi macula notati sunt, plane non esse legendos, cum tamen experientia edocti sciamus, nonnullos vel ex ea ratione odium incucurrisse, quod veritatem nude proposuerint; insuper etiam nullus liber tam malus sit, qui non aliquid boni in se contineat, nemoque reperitur qui ab omni parte perfectus esse possit, præsertim in historicis; denique etiam dispiciendum sit, an ex destinato, an vero ex imbecillitate peccaverit.*

11. *Non opus esse examine aut inquisitione in ea, quæ ex ore viri magni ac celebris accepimus, sufficere enim illius præsumptionem, & quam habet famam atque auctoritatem, cum tamen & magnus quandoque dormitet Homerus, denique is demum de veritate certus esse possit, qui ipsemet in eam inquirat.*

12. *Neotericorum scripta & dictata, tam esse exasciata & limata, ut antiquorum scriptis, adeoque fontibus exhauriendis, supersedere queamus, cum tamen dulcius ex ipso fonte hauriantur aquæ, quam ex rivulis sæpe turbidis minusque salubribus.*

13. *Denique pestiferum merito dixeris præjudicium, credere velle, tunc nos sufficientem nobis acquisivisse historiarum cognitionem, si discursus præceptorum calamo diligenter exceptos*  
G
atque



atque descriptos cista includamus, tanquam thesaurum absconditum, cum tamen illud demum sciamus, quod memoria tenemus, adeoque quod papyro dicto modo tantum inscriptum tenemus, merito dici queat cognitio papyracea. Plura non addimus, cum inter discursus amplum dicendi nobis relictum esse locum, sentiamus, hæc interim exempli loco sufficere poterunt incipientibus.

#### MOMENTVM IV.

DE

#### CAUTELIS IN STUDIO HISTORICO DILIGENTER OBSERVANDIS.

I.

**E**X iis, quæ hætenus de natura & constitutione historice civilis, pro instituti nostri ratione breviter dicenda fuerunt, diligens historiarum cultor facile perspicere potuit, quam caute suscipiendum tractandumque sit historiarum studium, ne vel nimia credulitate nubem pro Junone arripiat, adeoque verba sibi dare patiatur, aut majori quam par est dubitatione, in Pyrrhonismum s. Scepticismum incidat historicum.

II. Ut igitur inter scyllam atque charybdin, secundis ventis, in hoc cursu transfretare queat, cautionibus illi tanquam pyxide nautica, opus est. Dicimus vero, ejusmodi cautiones seu cautelas esse regulas seu canones directorios cursus nostri historici, quibus præmunitum esse oportet eum, qui inoffenso pede hoc, quod ingressus est, decurrere velit curriculum.

III. Has, quum THOMASIVS in suis *Cautelis cap. V.* & ALSTEDIVS in *Encyclop. Lib. XX. cap. 5. seqq.* laudabili & egregia opera nobis detexerint, ab hac quidem opera abstinere nobis poteramus, verum, ut de hac etiam materia disserendi nobis suppeditaretur occasio, sequentia hanc in rem adponere placuit:

I. Ante











1. Ante omnia sedulo dispiciendum est, *ubi & quo tempore historicus vixerit*, qui enim vel a principe vel populo, cuius historiam scribit, dependet, de ejus ingenuitate merito dubitandum, neque enim is placere posteris potest, qui presentium captat gratiam.

2. *Historici authentici, praeferendi sunt non-authenticis*, illi sunt, qui ex archivis, actis & instrumentis publicis iisque genuinis scripserunt.

3. Tenendum, *an historicus privato ausu, an vero jussu superiorum historiam scripserit*, mercenarii enim & ollares, ut plurimum venalem habent calamum.

4. *Historicos Latinos Graecis sepe veraciores esse*, ac proinde majoris auctoritatis, Graecia enim, ut est in proverbio, ut plurimum mendax fuit.

5. *Illi historici nullatenus probandi, qui perpetuo laudes & virtutes, nulla vero vitia commemorant, & contra, bonus enim historicus, etiam in hoste laudare virtutes, & in gente sua vitia culpate est obstrictus.*

6. *Historia humana, licet scripta a viro probato & integro, attamen humanam tantum meretur fidem*, id est talem, quae homini credit, non ut Deo, aut angelo fundenti oracula.

7. *Historicus, qui ea quae narrat, vel ipse viderit, vel habet ab aliis, qui viderunt, si probi sint, meretur fidem*, sique de ipsius candore satis constet.

8. Falsum est, quando *Possevinus in Biblioth. Lib. XVI. cap. 5. asserit*, illi scriptori, cui ecclesia auctoritatem adjungit, utique fidem adhibendam, contra vero cui ecclesia derogavit fidem, ei quoque & nos fidem derogare debere, cum satis constet, multos mendaces scriptores, publica auctoritate receptos, multos bonos esse rejectos.

9. *Si discrepant historici recentiores, recurrendum est ad fontes & textum originalem*, nec versionibus mordaciter inhaerendum, tentanda quoque est conciliatio, & ita statuendum, fieri non posse, ut in omnibus circumstantiis conveniant historici.



10. *In historiæ lectione neque credulum oportet esse, neque incredulum, non illud, quia qui facile credit, facile decipitur, non hoc, quia si nemo alteri crederet, vinculum humanitatis dissolveretur.*

11. *Historici legantur in lingua originali, aut si aliquis ignarus sit linguæ, ex optima versione illos legat.*

12. *Historiæ veritas vel falsitas, non ex multitudine suffragantium dijudicanda, multitudo enim errantium errori non parit patrocinium.*

IV. Denique sub calcem hujus discursus, appendicis quasi loco, breviter ad quæstionem respondebimus, quo scilicet *curriculi academici tempore, historiæ univers. studium suscipi debeat?* ad quam quæstionem diversimode respondent docti; & licet summam ejus necessitatem atque utilitatem, omnes utro fateantur & agnoscant, non tamen conveniunt de tempore quo hæc suscipi debeat opera. Nos illorum sententiæ merito subscribimus, qui putant, inchoandam esse sub initium statim curriculi academici, quippe quod historiæ Eccles. Juris civilis, publici atque canonici, & præsertim historiæ juris, germanicæ item & aliarum historiæ particularium studium, mancum & elumbe sit futurum, nisi historia universalis lucem quadantenus affundat necessariam, confer *scriptores pag. 44. §. 19. citatos.*

## CAPVT II.

DE

## ADIVMENTIS HISTORIAE CIVILIS.

**P**erlustratis usque huc iis, quæ in materia de præcognitis historiæ civilis, *Rudimentorum* classem conficere debuerunt, porro nunc ex methodo & ordine hujus tractationis supra a nobis factæ, *Adjumenta* cognoscenda præbemus.

II. *Adjumentorum* vero nomine nobis veniunt, *adminicula*, *media seu subsidia* illa, quibus is instructus esse debet, qui

qui



Wahrheit gesuchte bittende Vers  
Dinge finden sich die sind die Vorsicht wahrlich  
die selbstsüchtige der die sind nicht alles glaub







qui dextre legere & percipere, feliciter retinere, & fructuose ad usum transferre velit historias.

III. Ejusmodi vero præsidia seu adminicula sunt; 1. *Lingua*, græca, latina, cuique vernacula, & cum primis pro præsentis seculi genio, gallica, aliæque linguæ exoticæ. 2. *Discipline* nonnullæ, ut historia literaria, geographia, chronologia, genealogia, heraldica & politica. 3. *Alia quedam adminicula*, ut studium antiquitatum, res nummaria & diplomatia, notitia inscriptionum, sigillorum, imaginum, & quæ sunt reliqua, speciali nunc cura a nobis perlustranda atque exponenda.

## ARTICVLVS I.

DE

LINGVIS IN STUDIO HISTORICO  
NECESSARIIS.

**R**erum gestarum annales, pro diversitate linguæ, quæ scriptori aut vernaculæ fuit, aut præ aliis placuit, qua historiam suam consignaret, varios quoque & diversos ab invicem esse, ipsa liquido comprobat experientia, hinc est, ut magna copia connumerare possimus historicos, qui vel latino, vel græco, italico, hispanico, gallico, vel germanico dictionis genere, res in orbe gestas posteritati reliquerunt.

II. Ex quo prono consequitur nisu, primum inter subsidia historiarum civilis locum habere, *Notitiam linguarum*, tanquam instrumentorum in omni eruditionis parte, ut quemlibet historicum in originali, ut loquuntur, textu, quo scriptum suum adornavit, legere & intelligere queamus. Et quamvis forte dicas, extare hodie, græcorum præsertim historicorum præcipuorum, optimas translationes, adeoque non tam necessariam esse linguam græcam, quin ea carere possimus, respondemus, id quidem negari contra experientiam minime posse, attamen vero dulcius ex ipso fonte hauriri aquam, hic rebus edocti optime norunt; accedit etiam, quod versiones

G 3;

lices.



licet quæ optimæ reputantur, ab ipso textu authentico in multis sæpe discrepent, ceu ex collatione plerorumque veterum historicorum, planum habemus atque perspectum.

III. Atque ita quidem se res habet, quoad linguam Græcam, quamrum vero ad *Latinam*, aliasque modernas exoticas linguas, imprimis *Gallicam* attinet, quibus ut plurimum res gestas consignari experientia novimus, earum cognitionem historiarum cultori absolute necessariam esse, audacter affirmamus, nec quemquam melius edoctum, cum ratione nobis adversari posse, merito putamus. *Vernacula* cujusvis accurata notitia per se præsupponitur. Reliquas cognoscere nihil attinet, nisi forte *Italicam* & *Anglicam* excipias, quibus nostri ævi res gestæ, apud illas gentes communiter exponi, constat. Illud extra dubium, quo maiori linguarum notitia animum tuum imbuis, eo minori impedimentorum mole te premi senties, in hoc studiorum genere. Atque hæc de studio linguarum dixisse sufficiat.

## ARTICVLVS II.

DE

### DISCIPLINIS QVIBVSDAM IN STUDIO HISTORICO NECESSARIIS.

OMnium humanæ eruditionis partium, naturale quoddam inter se esse vinculum, nexumque vere sororium, adeoque singulas ita comparatas esse, vt semper hæc illi, illa huic operam manusque quasi adminiculatrices ferre debeat, perspectum omnibus est, qui totius eruditionis systematis accuratam habent notitiam. Idem hoc & de historia civili dicendum, sunt enim nonnullæ aliæ disciplinae, quæ eidem suaviter adminiculantur, imo tam arctum cum ea habent nexum, vt e-lumbis sit omnis historię tractatio, quæ sine accurata illarum ac sufficienti cognitione suscipitur.

II. Harum vero disciplinarum historię adminiculantium classem







Stroum und  
Heimann



classem ingregiuntur, vt prædiximus 1. *Notitia literaria*,  
2. *Geographia*, 3. *Chronologia*, 4. *Genealogia*, 5. *Heraldica* &  
6. *Politica*.

III. *Historia literaria* auctorum & scriptorum omnium  
præbet notitiam, deque illorum scriptis iudicat, ex quo neces-  
sitas atque usus hujus scientiæ in historicis, liquido patescere  
potest. Cura enim omnes historiæ fide humana nitantur, ne-  
cesse est, vt illius, qui historias consignavit, accuratam habe-  
amus notitiam, ceu pluribus hanc in rem edisseruimus pag. 40.  
Hinc rectissime BACO VERVLAM *de Augmentis Scient. Lib. 2. cap. 4.*  
censuit, scribens, historiam mundi absque historia literaria,  
similem esse statui Polyphemi eruto oculo, cum ea pars imagi-  
ginis desit, quæ ingenium & indolem personæ maxime refe-  
rat. Qui vero ad comparandam historicorum notitiam pro-  
desse nobis possant, supra pag. 23. ex debito laudauimus, nunc  
quoad scriptores historiæ *seculi XVII.* adijcimus CHR. GRUY-  
PHII *Apparatum de scriptor. historiam seculi XVII. illustrantibus.*

IV. *Geographia*, alter in classe adjuventorum historiæ  
civilis, merito debetur locus, quæ locorum situm atque no-  
ticiam præbet, cujus tanta cum historia cognatio est & affinitas,  
vt dicente BODINO *de Method. hist. cap. 2.* altera alterius  
pars esse videatur. Cum enim omnia quæ fiunt, certo loco fi-  
ant, vtique locorum in quibus res gestæ sunt, situm cognitum  
habere debeo, aliter enim narrationes nulla ratione concipe-  
pere, aut de rebus gestis debitum conceptum animo formare  
potero, quin imo omnis rerum gestarum narratio, non adiectis  
loci & temporis circumstantiis, fabula potius quam historia di-  
ci mereatur, verba sunt doctissimi MEGERLINI *in Commentario  
chronolog. in Tabulam Mathematico-Historicam pag. 1. seq.*

V. Cum vero *Geographia* alia sit *Generalis* s. mathema-  
tica, alia *Specialis* s. historica; hæc vel *antiqua* est, vel  
*mediæ ævi* vel *recentior*; singularum harum *Geographiæ* specie-  
rum sufficientem cognitionem habeat necesse est, qui cum  
fructu amœnissimos *historiarum campos perlustrare velit.* A

*Gene-*



*Generali* initium utique faciendum, quæ ipsum globum terra-  
queum in genere, secundum omnes eius affectiones, confide-  
rat, ut totius univèrsi, partiumque singularum inter se & cum  
toto rationem, conspiciere prius queat, antequam ad particula-  
rem partium terræ lustrationem progrediatur; cui operæ juvan-  
dæ, adhibita sphaera vel planiglobio, cum fructu succurrere  
poterit BERNH. VARENII *Geographia generalis*, scite & methodi-  
ce adornata. *aut Liebnichtii Compend. Geographiae generalis.*

VI. *Specialis* Geographia omnes & singulas globi terra-  
quei partes, speciali cura perlustrat, earumque notitiam hi-  
storix affinem præbet, adeoque in perlustrandis regionibus ac  
provinciis occupatur, ostendendo illarum situm, habitudinem  
naturalem, incolas, eorumque genium & ingenium, urbes,  
montes, fluvios, limites denique ac confines provincias, ma-  
ria item, insulas, & quæ sunt reliqua, historiarum cultori om-  
nino prænoscenda; hac autem opera adhibere quoque debet  
mappas provinciarum geographicas ac topographicas, inque  
iis locorum, de quibus historia narrat, situm diligenter in-  
tueri, quo fiet, ut ex lectore, rerum gestarum quasi spectator  
reddi queat. Ex magna librorum Geographicorum copia,  
hoc labore, cum fructu uti poterit IOH. GODOFR. GREGO-  
RII (adscito nomine MELISSANTES dictus) *Geographia*,  
quæ aliis compendiis instructior est, adeoque commendanda,  
præsertim, si novissima uti velis editione. Qui tabulas amat,  
adhibere utiliter poterit SAMVELIS GROSSERI *Otium*  
*Ulyssæum* quod latine & germanice prostat. Mapparum per  
omnes & singulas orbis provincias, optimo instituto contexuit  
catalogum, idem quem laudavimus GREGORIUS, in *den*  
*Gedancken von den Land Karten*, & qui locupletius nos edocet  
H.VBNERVS in *Museo geographico*.

VII. Atque ea quidem, quæ hætenus dicta sunt, de geo-  
graphia recentiori sunt intelligenda, scilicet, quæ regionum  
ac prouinciæ faciem cognoscendam præbet, qualis ea fuit  
ab seculo XVI. ad præsens tempus; medii ævi geographia do-  
ctorum operam & oleum adhuc sitit, quod ea, quæ orbis fa-  
ciem

cicm



Antipodis Hübneri junioris Neupfändiger Geographie 2<sup>te</sup> Editione recentiori

2<sup>te</sup> de Hauberum in Historie der Landkarten



Köblers Einleitung zur alten Geographie und der mittelsten Zeiten  
1730 in 8 mit 12 Plänen gezeichnet

\* Auch in ejuo Compendio Geographiae veteris. Hacten  
pedat Terrarum Regia Geographica.



ciem a seculo III. ad XV. præter propter, cognoscendam præbere nobis debeant, vix a quoquam tentata fuerint, vid. G V I L I E L M I T V R C K I I *Diff. de Geographia Germania mediæ ævi*, quæ adjecta est *Hachenbergii Germania mediæ ævi*, editione recentissima Halleusi, an. 1709. 4. S I M. F R. H A H N in *Diff. de mediæ ævi Geographia uberius excolenda*. C. I V N C K E R V S tentamen saltim habet in *der Anleitung zur Geographie der mittlern Zeiten*. Doctissimi D e l' I S L E *Théatrum orbis* duabus mappis constans, statum orbis, qualis circa annum Christi cccc fuit, ob oculos nobis ponit. Conf. omnino J. C. S P E N E R I *Notitia Germaniæ antiquæ & mediæ*.

VIII. *Antiquam*, quæ orbis notitiam præbet, qualis is a primis temporibus, quantum scitur, usque ad seculum IV. fuit, enixiore industria excoli, a genuino historiarum cultore volumus, propter scriptorum veterum, historicorum & poetarum intelligentiam; cum enim hodie omnium orbis partium antiqua illa faciès mutata protinus existat, veteres autem historici, de statu illo provinciarum antiquo loquantur, facile hinc est colligere, quam summe necessaria illi sit geographiæ antiquæ notitia, qui cum fructu historiæ veteris suscipere velit tractationem. Hoc vero labore libri & mappæ necessariae sunt. Antiquam & novam geographiam *mixtim* conjunxerunt, C L V V E R I V S, B R I E T I V S & L V Y T S I V S, illam summa diligentia & speciali cura tradidit C H R I S T O P H. C E L L A R I V S in *Notitia Orbis Antiquæ* & particulariter quoad *Europam* C H R I S T O P H. H E I D M A N N V S; qui in tabulis mнемоневticis totam Geographiam veterem lustrare velit, ei commendamus N I C O L A I S A N S O N I I doctissimi Galli, *Tabulas totam Geogr. veterem exhibentes*, quæ & *Argentorati* prodierunt 1672. fol. Altero oculo mappas geographiæ veteris intueri debet, quisquis aliquos fructus in hoc studiorum genere facere velit, inter quas optimæ sunt, quæ in G E O R G I I H O R N I I *Atlante s. Orbis Delineatione* comparent, & quæ laudati C E L L A R I I auspiciis, separatim prodierunt numero LVIII. nec mi-

H

nus



nus elogium meretur *Atlas*, qui ex officina Weigeli opera v. C. 10. DAV. KOELERI Noribergæ prodiit.

IX. Alter historiae oculus est *Chronologia*, imo anima, sine qua non spirare historiam posse, merito dixeris; quemadmodum enim, quæ in mundo fiunt, non tantum certo loco sed & certo tempore fiunt, ita minime in studio historico sufficit, locorum circumstantias nosse, verum etiam, quo quævis res memorabilis gesta sit tempore; prout igitur Geographia exponit ubi hoc vel illud gestum sit, ita Chronologia docet quando gestum sit, proinde res gestas ordine digerit, & in certos limites & periodos disponit, ut eo felicius memoria comprehendere queant, animasque, quam primum rei alicujus gestæ mentio fiat, confestim reminisci queat, ad quam temporis periodum s. intervallum pertineat.

X. Ejusmodi autem *Periodi* vulgo vocantur *Aera*, *Epochæ*; illius vocis originatio non ita certa, vid. FABRI *Thesaurus*, & imprimis SPANHEMIUS in *Chronol. Sacra* P. 1. cap. 23. hanc græcam esse constat, & derivatur ab ἐπέχειν h. e. *fixando* vel *remorando*; Epochæ enim sunt quasi temporum rerumque gestarum retinacula, quibus velut signis & terminis præfixis, historiae continentur, ne sine meta & cancellis vagentur; proinde animus discipulorum, per epochas & intervalla invicem se excipientia, res gestas comprehendat necesse est, quæ uno quasi hiatus comprehendere minus potest.

XI. Quicquid autem tironi nostro, in materia de chronologia scitu necessarium est, ad tria redigi potest capita:

1. *Quæ celebriores atque magis usitatae sint Aera atque Epochæ?*
2. *Quomodo majora illa intervalla, in speciales ac minores rursus dispesci soleant periodos?*
3. *Quid de Tabulis Chronologicis aliisque subsidiis mnemoneticis tenendum?*

XII. I. Celebriores aerae, quas nosse necessarium est, sunt vel *sacra* vel *profana*, illæ respiciunt res sacras & ecclesiasticas,

ut



Hic lege Mederi Introductionem in Chronologiam uni-  
versam 1724 in 8°, Liber in primis vni atq; utilis.  
Porro lege Treiberi tractatum Historicum Chronologi-  
cum qui exhibet sequens introductionem in Chronolo-  
giam universam.

2. Johannem Gravium in tractatu de epochis celebrioribus



Vide in opus Chronologicum in praefatione Editionis in folio



ut aera creationis mundi, diluvii, nativitatís Christi, & reliquæ; hæ in historia politica habent locum, ut aera Nabœ nassarea, Olympiada, Urbis Romæ conditæ, Hegyra Turcica &c. vide eas in unum collectas apud chronologos, *Calvisium, Spanhemium, Stravchium*, alios, *Grævium de Epochis celebrioribus Europæorum et Asiaticorum*

XIII. Epocha *Mundi Conditi* incipit ab initio creationis & extenditur ad præsentem annum; quod si vero quæras quem annorum numerum hoc intervallum conficiat? sunt qui respondent, hanc quæstionem plane inexplicabilem esse, adeoque epocham mundi conditi constituere velle, inter impossibilia numerari debere, cui tamen opinioni respondet STRAVCHIVS in *Breviario Chronolog. Lib. IV. cap. I. qu. 1. seq.* Quicquid interim hujus sit, illud certum atque indubium, chronologos ac historicos, in annorum mundi computo vehementer discrepare, ut Cl. FABRICIVS in *Bibliographia Ant. cap. 3. §. 9.* potuerit CXXXVI. diversas sententias, annorum mundi ad natum Christum recensere, quarum prima seu minor in illa tabella, est annorum 3616; ultima s. maxima, annorum 6484. inter quas accuratior putatur Scaligeri & Calvisii, ex quorum computo, a mundo condito ad Christi annum natalem sunt anni 3947. Monemus igitur hic in universum semel, nos in sequentibus *Calvisii* calculum semper esse secuturos, qui licet titulis & honoribus aliis haud major, imo vix par fuerit multis, (fuit enim scholæ collega & cantor apud Lipsienses) fama tamen & eruditione, & computo suo multos superavit; hypothesis enim hujus viri non solum auctoritate scripturæ sacræ historicorumque præcipuorum nititur, verum etiam ad motum luminarium cælestium, tempora, annos & menses distinguendum fundata est, adeoque & usui magis quam aliorum accommodata. *Legi hic Jacq. Historiam Aerae Christianæ qui hic constat omnium*

XIV. Aera *Diluvii* incidit in annum mundi 1656. ubi tamen rursus multa inter chronologos controversia, an illi a condito mundo ad diluvium anni, pro completis haberi debeant,



beant, nec ne? vid. CALVISIVS in *Opere chronol. in Isag. præmissa cap. 35.* STRAVCHIVS *Loc. cit. c. 3. qu. 6.*

XV. *Epocha Nativitatis Christi* extenditur a nato salvatore ad præsentem annum, estque vel *vera* vel *vulgaris*; hæc alias dicitur *Dionysiacæ*, ab auctore *Dionysio Exiguo*, Abbate Romano, qui a. C. 526. annos a Nativitate Christi numerare docuit, & exemplo suo aliis prævit in *Cyclo Paschali*; ex cujus calculo præsentem hunc annum, a nato Christo, millesimum, septingentesimum, vicesimum nonum numeramus. Interim, Dionysium in suo computo a vero nativitatis anno aberrasse, plerisque chronologis persuasum est, quot vero annis eam justo longiorem vel breviorer fecerit, magna & hoc passu inter chronologos discrepantia, ut videre est apud SPANHEMIVM patrem in *Dubiis Evang. P. II. Dub. I. §. 26. seqq.* & filium in *Chronol. Sacra T. I. Opp. pag. 206. seqq.* CALVISIVS *Loc. cit. cap. 46.* multis rationibus demonstravit, æram Dionysii *biennio* breviorer esse, quam verus annus nativitatis permittat. Conf. post Chronologos HAMBERGERVS in *Diss. de Epochæ Christianæ Ortū. IO. GVIL. IANVS in Historia Aetæ Christianæ*, & qui de *anno natali* salvatoris disputarunt VOSSIVS, TILL, KEPLERVS, LANGIVS alii, conf. HEINECCII *Diss. de genuina nativitatis christi æra.* Ceterum, illud etiam breviter notandum, de *usu publico* hujus æræ, & quando fuerit introducta, disputare doctos; illud indubium, Bedam seculo VIII. in Anglia hunc computum adhibuisse, qui demum in vicina Gallia passim invaluit, ac sic porro aliis etiam successive in locis, donec seculo XV. Papa Eugenius IV. publico edicto mandaret, ut omnes christiani, in designando tempore, æram christianam adhiberent, qui antea, pro diversitate locorum, diversimode tempus signarunt, vid. citati.

p 102 .  
XVI. Atque hæc de epochis sacris; inter *Profanas* celebriores sunt æra *Nabonassarea*; hæc profani scriptores sæpissime utuntur, adeoque ejus cognitionem, præ omnibus aliis epochis, magnam utilitatem ad historicum studium feliciter tractan-



Lege hic Anonymi commentum de Dionysiarum festinatione  
et secundum

Fidem in dissertatione de Historia Cyli Dionysiaci







tractandum conferre, scribit & statuit STRAVCHIVS in *Breviario Chronol. Lib. IV. cap. 18. qu. 5.* licet de origine ejus & occasione taceant historici, vulgaris opinio est, cœpisse hanc æram a restauratione regni Babyloniorum per Nabonassarem, quæ incidisse dicitur, ex calculatione *Calvisii*, in annum mundi 3203. ante Christum 745.

XVII. *Olympiadum* æra apud Græcos imprimis celebris, quæ originem cœpit a ludis *Olympiadicis*, quos diu intermissos Iphitus additis peculiaribus statutis, innovavit, quinto semper anno impofterum celebrandos. *Olympias* igitur est quatuor annorum græcorum inæqualium spatium, quo elapso agones illi & ludi in orbem redibant, cum itaque hæ olympiades admodum celebres essent apud Græcos, factum deinceps est, ut Græci seriem rerum gestarum, in monumentis publicis, juxta numerum Olympiadum perscribere instituerent, (quod primus ordinarie fecisse *Diodorus Siculus* dicitur) ante quas nulla apud Græcos accurate scripta historia; incidit vero Olympias prima acta, juxta *Calvisium*, in annum. M. 3174. a. C. N. 774. quo vero tempore Olympiadicæ epochæ celebritas desierit, disputatur, nonnulli cessasse putant circa a. C. 312. temporibus Constantini M. cujus auctoritate successerit epocha *Indictionum*; *Cedrenus* contra diutius continuatos esse ludos Olympicos testatur, ultimam Olympiadem faciens ducentessimam, nonagesimam tertiam, quæ procul dubio acta est a. C. 393. verba sunt STRAVCHII in *Breviario Chronol. Lib. IV. cap. XVI. qu. XI. conf. 10.* CHRIST. ARTOPŒEVS in *Diff. de incertitudine Notationis temporum per Olympiadas*, NEV in *Accessionibus ad Whearum pag. 28. seq.*

XVIII. Sequitur epocha *Urbis Romæ conditæ*, quæ etsi omnium celeberrima fuerit, nihilominus tamen eandem quoque non carere dubiis, chronologi annotarunt, interim hæc æra incidit, ex computo *Calvisii*, in annum M. 3197. ante C. N. 751. conf. CALVISIVS *Loc. cit. sap. 10.* STRAVCHIVS *Loc. cit. cap. 17.*

XIX. Epochæ Turcica, quæ vulgo *Hegira* h. e. *fuga s. exilii*.



dicitur, Muhammedanis in usu est, cœpit vero ea a tempore fugæ Muhammedis ex vrbe Mecha, dum novas ibi in religione opinionones disseminaret, adeoque exorto tumultu, fuga sibi consulere necessum haberet, a quo *Regifugio*, sequaces Muhammedis æram suam ordiuntur, quæ incidit in annum Christi 622. *vid p122*  
*F. J. 16 July*  
*vid. CALVI SIYS loc. cit. c. 13. STRAVCH. loc. cit. c. 41. F. vult.*

XX. Atque ista de præcipuis epochis prælibasse sufficiat. Illud adhuc addimus, nervum totius doctrinæ de tempore eiusque mensuris, in eo consistere, si scias, quomodo datum unius epochæ annum, ad alterius annum traducere atque referre, unamque æram cum altera combinare debeas ac possis, cui instituto, magnus ille *Scaliger* excogitavit epocham illam artificialem, quam *Periodum Iulianam* appellavit, eo, quod annos Iulianos pro fundamento huius computi posuerit, v. STRAVCHIVS *Loc. cit. Lib. 3. c. 5.* JO. THEVERLEIN in *Diss. de Periodo Iuliana. Böhm in disquisitionibus de modo colligandi æras*

*Epochas ad annos mundi.*

XXI. His ita absolutis sequitur, vt breviter quoque doceamus, quomodo periodi maiores illæ, epocha præsertim mundi conditi & nati Christi, in particularia rursus & minoræ intervalla dispesci solcant, memoriam juveni causa; ubi monemus, chronologos in intervallis particularibus ordinandis, non minus inter se discrepare, quam in intervallis majoribus designandis; alii enim per *millenarios*, alii secundum certas ætas singula digerunt, alii insigniores & præ aliis memorabiles attendunt *eventus*, alii illustres ac celeberrimas personas respiciunt, inque iis terminos intervallorum particularium figunt, alii rursus alios ineunt modos, ceu ex intuitu scriptorum lucipublicæ expositorum, & ex SPANH. *Chronol. Sacra P. II. c. 18.* patescere potest. Divisionem secundum *IV. Monarchias*, exploratam discas ex doctissimi ABELII *historia Monarchiarum*. Quæ nobis, totius historię civilis systematis secundum majora & minoræ intervalla arrideat distributio, ex sequenti cognosci potest tabella; scilicet, omnem historiam civilem, inde ab orbe condito ad nostra tempora dispescimus, in historiam

I. AN-



Et in dissertatione de computo Turcico Arabico.







	<i>Anni mundi</i>	<i>Anni ante Christum.</i>	<i>Anni in- terval- lorum.</i>
I. ANTEDILUVIANAM, quæ res ab orbe condito, usque ad diluvium gestas commemorat, estque annorum fere completorum - -	1656.	2292.	1656.
II. SUBDILUVIANAM, quæ ipsam diluvii historiam præbet, secundum omnes circumstantias, usque ad diem illam, qua Noachus Jehovæ soteria immolavit, & signum clementiæ divini, arcam coelestem in nubibus accepit, estque anni I. & XVII. dierum, computando scilicet cum <i>Calvissio</i> , a XXI. Nov. anni M. 1656. ad VII. Dec. anni M. 1657.	1657.	2291.	I. dies 17.
III. POSTDILUVIANAM, quæ dividitur in			
I. <i>Integram</i> , hæc complectitur quicquid a diluvio ad dispersionem operarum turris Babylonice contigit; hac periodo orbe nondum diviso, Noachus in universum genus hominum, ut pater in liberos naturale habuit imperium, omnia tunc adhuc erant communia & indivisa omnibus, una quoque adhuc omnibus lingua; qui status durasse dicitur per integrum seculum. - -	1757.	2191.	160.
II. <i>Divisam</i> ; hanc dicimus, quæ			



	<i>Anni mundi.</i>	<i>Anni ante Christ.</i>	<i>Anni intervalorum.</i>
quæ singula illa complectitur, quæ a cœpta & continuata divisione orbis, in mundo contigerunt, usque ad nostrâ tempora. Hæc dispescitur in			
1. <i>ANTIQUAM</i> , quæ res, a dispersione Babylonica, usque ad initium seculi Christiani IV. in orbe gestas complectitur, estque annorum 2593. Hoc vero magnum temporum intervalum, in sequentes minores periodos dispescimus, scilicet:			
<i>A Nimrodo ad Cyrum</i>	3412.	536.	1656.
<i>A Cyro ad Alexandrum M.</i>	3620.	328.	208.
<i>Ab Alexandro ad Iulium Cæsarem</i>	3905.	43.	285.
<i>A Iulio Cæsare ad CHRISTVM</i>	3950.	P. C. N.	45.
<i>A CHRISTO ad Constantinum M.</i>	4261.	312.	311.
2. <i>MEDIÏ AËVI</i> , quæ res gestas complectitur a sec. IV. ad initium sec. XVI. & in sequentes periodos dispesci potest, videlicet:			
<i>A Constantino M. ad Carolum M.</i>	4749.	800.	488.
<i>A Carolo M. ad Rudolphum I.</i>	5222.	1273.	473.
<i>A Rudolpho I. ad Carolum V.</i>	5468.	1519.	246.
3. <i>NOVAM</i> , quæ res a sec. XVI. ad præsentem annum 1729. gestas			











gestas, comprehendit, & quidem			
<i>A Carolo V. ad Matthiam</i>	5568.	1619.	100.
<i>A Matthia ad Leopoldum</i>	5607.	1658.	39.
<i>A Leopoldo ad Carolum VI.</i>	5660.	1711.	53.
<i>A Carolo VI. ad presentem annum</i>	56189.	1740.	29.

XXII. Atque hanc tabellam industria incipientium meliori modo commendamus, ut memoriae diligenter eam tradant, numerum annorum, tam cujusvis epochae & periodi, quam intervalli, dextre animo imprimant, ita enim fiet, ut eo felicius res gestas memoria capere & conservare queant: imo hoc subsidio, animus noster reminisci facilius poterit, ad quod temporis intervallum pertineat, quicquid rerum in orbe gestarum vel legimus vel audimus.

XXIII. His ita absolutis, restat ut III. loco, propter affinitatem materiae, etiam de *Tabulis Chronologicis* earumque usu, pauca in medium proferamus, quae inter subsidia memoriae, in hoc studiorum genere non minimum habent locum.

XXIV. Quemadmodum enim per naturam impossibile est, ut res, uno quidem eodemque tempore, locis vero per orbem diversissimis gestae, ita in libris proponi atque commemorari queant, ut singula uno quasi intuitu conspici, paginarumque una facie complecti possint, optimo nec satis laudabili instituto, adinventae esse subsidia quaedam memoriae scimus, quibus contemporanea s. rerum diversis locis gestarum *synchronismus*, uno aspectu & obtutu representari solet, & id quidem per *Tabulas*, ut vocantur, *Chronologicas*; harum itaque diligentem usum, historiarum cultoribus de meliori commendamus, ejusmodi enim tabulae, suis limitibus, columnis atque cancellis, veluti quibusdam membris & articulis distinctae, omnem rerum gestarum ordinem ac synchronismum, in millenarios & secula dispositum continent, adeoque animum ac memoriam, ipsa distributione magis afficiunt, ut res gestae altius in mentem descendant, & cum caractere tempo-

I rum



rum per oculos recepto, memoria facilius conferventur, valet hic illud HORATII: *de Arte Poet.* 180. f.

*Segnius irritant animos demissa per aurem,  
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ,  
Ipse sibi tradit spectator.*

Ex harum tabularum numero commendamus *Schraderi*, quas novissime variorum studio & opera productas habemus, *Megerlini*, *Mascampii*, & v. c. *Koeleri*, quæ reliquis non solum ex hac ratione palmam præripiunt, quod instructiores sint cæteris, verum etiam ita adaptatæ, ut accurate partes illarum cohæreant, & parieti commode affigi queant, ideoque patente sui forma, majori sint usui, quam reliquæ, quas more consueto compingere tenemur; *Godr. Arnoldi* a nativitate Salvatoris initium capit, & producta est ad finem Sec. XVII. *Hagelgansii Atlas historicus*, novum opus & insigne, merito dicendus, in quo *tabulis XXII.* limitibus & cancellis distinctis, historiæ civ. & eccl. synchronismum, novo sane & eleganti instituto repræsentavit, intertextis non minus figuris & iconibus, sed & notis variis, quibus præcipua rerum momenta, oculis & menti eo tenacius imprimi possunt; explicationem vero & uberiores rerum expositionem peculiari libro proposuit, cui titulum fecit: *Allgemeiner Tugend- und Helden Spiegel.*

XXV. Ante vero quam ad alia pergimus, monendum heic esse duximus, non esse nobis mentem, quasi in studio historiæ universæ, a Tabulis chronologicis, initium esse faciendum putemus, verum illud volumus, ut, tum demum hasce Tabulas adhibeat diligens historiæ cultor, postquam totius historiæ civilis compagem, ad ductum justæ compendii aut systematis jam introsperit, nexumque materialium cognitum sibi reddiderit, ad perspiciendum, rerum diversis locis eodem vero tempore gestarum synchronismum, necessario cognoscendum.

XXVI. Hac autem opera, ita nostrum procedere volumus; primo quidem, laterculos tabulæ deorsum, dein per transversam adeoque a sinistra ad dextram tendentes, acuratori oculo inspiciat, intercapedines millenariorum, seculorum, & sic

sic



Qui Germanicas habet Leges Beumii Fructu Chronologia  
Tabellon 1725 fol. Hübnerei Tomos. in Tabulas redigunt  
Manzig in Inspruburgische Chronologie in 8 Tabellen.



\* Brunonis liber prodit sub titulo Historiæ Universalis  
nam die Historia Universalis bis 1095 in Bilden  
vorggetragen worden.

F Sed meliores hodie sunt. Malſchii Vespememoriales  
Historiæ Universalis ab eode condito usq. ad 1725. Canibens  
Fadistius Vespememoriales Julis Casare bis auf Carolum VI.  
Jungendern onw Julis Casare bis auf Carolum VI.  
Simonis memoriales der Kaiser und aller regierenden Königen  
zum Nutzen der Universal Historie 1722. Anibg adde  
Anonymi Chronologische Hinsicht auf die Welt von der Uni  
versal Historie 1725; Bonmisteriæ Cesareologia metrica



sic porro, diligenter observet; porro, quæ laterculis & cancellis inscripta sunt, debito modo memoriæ imprimat; ut autem eo majori cum fructu singula ista absolvi queant, necessarium utique erit, socium studiorum hac destinatione sibi adjungere, qui sodali tabulas perlustranti quæstiones moveat, ad quas alter respondeat, v. g. quid rerum incidat in millenarium primum, secundum, ejusque sæculum vel primum, vel secundum &c. quæ apud Germanos, Romanos, contigerint millenario primo, secundo, tertio, & sic porro; quæ contemporanea incidant in millenarium quartum, quintum, eorumque juxta seriem secula; quem invicem sese exercendi & juvandi modum, si studiosi historiarum sequi velint, credant futurum fore, ut ludendo quasi, res in orbe gestas eorumque synchronismum, memoriæ facile imprimere, feliciterque animo retinere queant. Atque hunc procedendi modum, cum primis & præceptoribus privatis, in informanda juventute commendatissimum esse volumus.

XXVII. Tandem & de aliis memoriæ subsidiis mentionem ut injiciamus, locus iste postulat; qualia sunt: *figura & imagines*, in J. JUSTI WINCKELMANNI *Cæsareologia figuris ænigmaticis illustrata*, JO. BUNONIS *Idea Historiæ symbolica*; IAC. a MËLLEN *Archontologia pugillari*; porro *versiculi mnemonetici*, quibus series & nomina Imperatorum, Regum, Principumque, nec non res aliæ præcipuæ exprimuntur, ut RACHELII, STENDERI, LOSII, & quæ in compendiis suis hist. univ. adjecerunt HILDEBRANDVS, HOFFMANNVS, Quem ad Masoretarum imitationem excogitaverit *modum* WAGENSELIVS, videre est in ejus *Mnemonicæ historica*, quæ extat in *Pera librorum juveniliū Loculamento III. Part. 1.* Quibus inventis etiam nihil detractum velim, (quod fecerunt BARTHOLINVS *de Libris legendis pag. 148.* GRYPHIUS *in Apparatu de scriptoribus hist. sec. XVII. pag. 24. seq.* TENZELIVS *in Monathl. Unterredungen T. 1. p. 270. seq.* WAGENSEIL, *Loc. cit. Prefat.*) illud tamen affirmare haud erubesco, nonnulla multum adhuc scabritiei habere, alia vix in animum sese insinuare citra molestiam, alia duplici memoriæ onere gravare, re-



rum scilicet discendarum & figurarum, quibus res adumbrantur. Plura dicentur per discursum.

XXVIII. Porro inter auxilia historię locum quoque suum habet *Genealogia*, quę origines & progressus familiarum imperatoriarum, regiarum, principalium, harumque mutuos respectus, cognationes, stirpes, propaginesque explicat atque commemorat, vid. REINECCIUS in *Orat. de Historia ejusque dignitate, generibus, atque imprimis ea, quę de Gentilitatibus est*, RECHENBERGLVS in *Diss. de Studii Genealogici Præstantia*, REIMMANNVS in *Historia Literaria de Fatis Studii Genealogici*, DORN in *Diss. de Genealogia sine parente*. Quum enim nulla res præclare gesta, sine mentione personarum, a quibus illa profecta sit, memorari queat, insuper principes rerumque domini maximum in historiis momentum efficiant, facile hinc est colligere, magnam historiis lucem affundere *Genealogiam*, cujus peritia si quis haud instructus accedat, operam legendę historię minori cum fructu insumet. Et ut uno alterove exemplo, ea quę dicimus, comprobemus, quis, quęso, de successione Electoris Brunsvvicensis in regno Magnę Britanię, sine genealogię subsidio iudicium ferre queat? quis de jure & præensione Imperatoris in Hispaniam dabit notitiam, nisi eam genealogia suppeditet? vid. BOSEVS in *Notitia Rerump. cap. 17.* Hanc in rem commendamus HÜBNERI *Tabulas Genealogicas*, præsertim si diligens historię cultor jungat ejusdem *Quæstiones Genealogicas, & Supplementa*, quę successive prodire novimus; porro per opus est, ut tabulas illas papyro munda interserere curet, ad corrigenda errata, ut & colligenda supplendaque novissima & propiora; Nec sine fructu adhiberi poterit, quoad statum familiarum illustrium præsentem, *Das ietzt herrschende Europa, nec non die Durchlauchtige Welt*, in quo eleganti opere, origines & progressus familiarum illustrium, paulo plenius expositos cognoscere est. De reliquis scriptis genealogicis consuli potest REIMANNVS *Loc. cit.* & HÜBNERVS in *der Nachricht von den Scriptoribus Genealogicis*.

p238  
p224.











XXIX. Quintum in classe adminiculorum historię civi-  
lis locum occupat *Heraldica*, quę non solum insignium il-  
lustriſſimarum familiarum artificiose construendorum, iuxta-  
que regulas artis resolvendorum prębet notitiam, verum etiam  
iura & usum multiplicem in vita communi tradit; adeoque hu-  
ius scientię pręsidio examinantur controversię illustres inter  
familias subortę, de familiarum ortu, agnationum & cognati-  
onum gradu, successionisque iure debito, & firmantur hac ra-  
tione atque definiuntur quandoque successiones, & sic porro  
vid. omnino ARNDIVS in *Bibliotheca Politico. Heraldica pag. 454.*  
*seqq.* & quę dixi in *der Einleitung zur Wappen-Lehre*, nec non  
in *Diss. de Natura & Indole artis Heraldica pag. 33. seq.* Cum igitur  
insignia sint pręclarorum facinorum monumenta, Heraldica au-  
tem originem illorum indaget, adeoque eo ipso etiam origi-  
nem dignitatum illustrium cognoscendam prębeat, prono hinc  
sequitur nisu, & utile & necessarium utique esse, ut is, qui cum  
fructu historiam civilem tractare velit, & Heraldicę operam a-  
liquam impendat; quo instituto adhibere eum fructu poterit no-  
strum librum citatum, & propter figuras pręcipuorum insignium,  
TRIERE *Einleitung zu der Wapen. Kunst*; reliquorum scriptorum  
prolixam prębet notitiam ARNDIVS *Loc. cit.* ego etiam in *Diss.*  
*cit. pag. 38. seqq.* & in *Introduct. cit. pag. 55. seq.* Hęc tamen nec  
illud diffiteri possumus, heraldicam usum suum, non nisi in  
historiis familiarum particularibus ostendere, & id quidem non  
vltra tempora seculi XII. ex quo videlicet tempore, armorum s.  
insignium usus demum invaluit, lege quę in *Introduct. cit. scripti*  
*pag. 86. seq.*

XXX. Superest vltima ex classe disciplinarum quę hi-  
storię subsidio esse possunt, *Politica* scilicet, sive *Notitia Re-*  
*rumpublicarum*, quę de singulis imperiis, eorumque ortu,  
institutis, factis, provinciis, forma regiminis, & similibus,  
nos instruit; hęc cum historia civili tam arcte cohęret, ut a non-  
nullis scriptoribus, tanquam pars ad illam referatur, licet reve-  
ra ab historia distincta sit disciplina, ut probatum dedit docti-  
ſſimus BOSIVS in *Introduct. in Notit. Rerump. Cap. I.* Sed quicquid  
huius sit, nos illud dicimus atque probare sustinemus, & no-



ticiam rerumpubl. historiae haud exiguam affundere lucem, constat enim; multa, praesertim in historiis particularibus gentium ac populorum, occurrere, quae intelligi quidem pro dignitate haud possunt; nisi sciamus, quid in singulis regnis ac gentibus, hoc illove rerum statu obtinuerit; quis enim est, qui de variis multisque dissidiis iudicium ferre, aut demonstrare queat, qui fiat, ut in Gallia ne hincere quidem adversus regias constitutiones subditi audeant, quando in Anglia aut Polonia, aperta fronte saepe obnituntur ciues, nisi sufficienter edoctus, de regnorum illorum diuersa conditione, modoque regiminis; taceo multa alia in historiis obvia, quae sine praevia Rerumpubl. Notitia minime intelligi possunt, quo instituto inservire heic possunt *CHR. WEISII Politische Fragen, ANONYMI Politischer Nachrich, Die Durchlauchtige Welt, Der Europäische Herold. Confer Schmitzels Einleitung zum Naechst Anhang.*

## ARTICVLVS III.

DE

RELIQVIS HISTORIAE CIVILIS  
ADMINICVLIS.

I.

PRimum hic locum assignamus *antiquitatum studio*, quod est notitia rituum, morum ac consuetudinum, tam sacrarum quam civilium, & harum quidem, tam militarium quam domesticarum, quae olim apud celebriores gentes Ebraeos videlicet, Graecos, Romanos, aliosque in more atque usu fuere, quas intelligere iucundum non minus quam utile est & necessarium, pro recta scriptorum veterum intelligentia, vid. *LANGLETVS da FRESNOY Loc. cit. cap. II. §. 2.* Cum enim historici veteres ita passim loquantur, ut ritus, mores, consuetudines, aliaque id generis instituta saepe attingant atque imisceant, necessum est, ut infinitis in locis, quibus scilicet ad ea respiciunt, haereamus, nisi comparata antiquitatum notitia nos subleyet pariter atque instruat. Praefatur de utilitate & necessitate hujus studii post multos alios *GEORG. HENR. NIEVFORT*, sui que instituti seriem ac ordinem recenset,

cenfet,







Höpfnerz Graecia antiqua huc etiam pertinet.



cenſet, in præfatione Compendii *antiquitatum Romanarum*, qui liber perſpicue ordinateque, nec prolixè nimis ſcriptus eſt, prolixior eſt ROSINVS in *Antiquit. Rom.* quoad *Græcas Antiquitates* eruditum opus extat IO. PHIL. PFEIFFERI, quoad *Ebræorum*, GODWINI *Mofes & Aaron*, LVNDII *Jüdiſche Heilighümer*, reliquos diligenter recenſet J. ALB. FABRICIUS in *Bibliographia Antiquaria*, opere inſigni & utiliffimo.

II. Studium antiquitatum excipit *Res diplomatica*; ſunt vero Diplomata literæ patentes, ſive ſcripta publica, ſumma vel analoga poteſtate fruentium, quibus vel pacis tempore, varia jura, privilegia, immunitates, donationes, vel etiam res, certis vel perſonis, vel communitatibus, vel civitatibus conceduntur & confirmantur; horum notitia, cum hiftoriis gentium præſertim rerumque particularibus, haud exiguam afferant lucem & emolumentum, merito inter adju- menta & præſidia hiftoriæ civilis referuntur. Quemadmo- dum enim ſcriptores domeſtici exteris, illi, qui ætati de cujus hiftoria agitur æquales aut ſupiores fuere, recentioribus ac remotioribus, denique teſtes, qui rebus interfuerunt, cæteris qui ab aliis ſua acceperunt, præferuntur, hinc mirum non eſt, quod tantum ad fidem faciendam momenti habeant diplomata ſ. iſtrumenta auctoritate publica exarata. Qua propter factum videmus, ut multi celeberrimi viri, ſpecialim STEPH. BALVZIVS, PHIL. LABBEVS, IO. MABILLONIUS, & ex noſtris MELCH. GOLDASTVS, MICH. CASP. LONDORFIVS, GOD. GVIL. LEIBNIZIVS, alique, quorum catalogum lege in IANI *Schediaſmate de veritate Hiftorica pag. 5. ſeqq.* partim ex autographis primum in lucem ediderint, partim ab aliis jam edita collegerint, & in certum ordinem redegerint, ut taceamus eos, qui certas hiftoriæ partes, ex hujusmodi monumentis ſibi illuſtrandas confirmandasque ſumferunt. Cum vero diplomata, ſi ratione ſcripturæ originalis ea conſideres, ita comparata ſint, ut haud pauca vel plane non, pleraque vero difficulter legi poſſint, propter ductus & formas literarum barbaras & inconditas, quibus exarata ſunt; multa etiam sæpe in hoc genere recens conficta pro antiquis, & adul.



& adulterina pro veris venditari soleant, viri quidam eruditi, de certis regulis, præceptis & signis cogitare coeperunt, quorum notitia instructum esse oportet eum, qui ejusmodi monumenta legere, atque genuina a spuris discernere velit; inter quos imprimis ingenium atque industriam orbi erudito probaverunt DAN. PAFEBROCHIVS in *propileo Antiquario*, circa veri falsique discrimen in vetustis monumentis, præsertim Diplomaticis, observandum, speciatim IO. MABILLONIVS doctissimo de *Re Diplomatica* opere; plura hanc in rem dabunt HERTIVS in *Diss. de Fide Diplomatum*, EISENHARDT in *diss. de Jure Diplomatum*, IANVS *Loc. cit.* DU FRESNOT *loc. cit. pag. 274. seq.* Atque ista de diplomatibus latine exaratis intelligenda sunt, circa græca haud imparem diligentiam orbi erudito demonstravit MONTFAUCON, in *Palaographia Græca*, insigni & doctissimo opere.

III. Diplomatibus haud inutiliter jungi meretur *Notitia Sigillorum* s. signorum, quibus literæ patentes s. diplomata muniuntur & corroborantur, conf. CAROLVS du FRESNE in *Glossario* voce: *Sigillum & Monogramma*, peculiari de his & doctissima cura egit JO. MICH. HEINECCIUS in *Syntagma Historico, de veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis, eorumque usu & præstantia 1709. fol.* in quo cum de re sigillari in univrsam agitur, tum imprimis sigilla imperatorum, regum, principum, pontificum, episcoporum &c. describuntur, illustantur, æneisque figuris repræsentantur. Huc etiam spectant *Monogrammata* sub finem diplomatum loco subscriptionis reperiunda, hoc autem nomine venire solet, lepidus ille modus, quo regii aut imperatorii nominis literæ conjunguntur, combinantur, implectuntur, nunc in formam crucis, nunc quadratam, aliquando in aliam, *vid. citati*; & MATH. ZIMMERMANNVS in *Montibus Pictatis Romanensibus s. in Amenitatibus Hist. Eccl.* ubi eiusmodi monogrammatum figuras LXXVI. æri incisas inseruit.

IV. Perutile quoque subsidium hystoriæ est *Res numaria*, id quod insigni *de usu & præstantia numismatum opere* EZECH. SPANHEMIUS, & HENR. MEIBOMIVS peculiari *Programmate*,  
de



Imprimis hic commendandus est Baringius in clava Diplomatica Hanov:  
1737. Cui sic tandem jungenda Hartig et Eisenhardt, locis  
citatis







*de nummorum veterum in illustranda historia usu, aliique demon-*  
*strarunt; iis enim historia imperatorum, regum, principum,*  
*imo & civitatum atque populorum illustratur & confirmatur*  
*dēbite. Posteaquam enim metallo, longinquis abhinc tem-*  
*poribus, non solum valor datus est ex ratione bonitatis iuter-*  
*næ, in usum commerciorum communem, verum etiam ejus-*  
*modi metallum adhibitum fuit, ad conservandam sub imagi-*  
*nibus variis, notisque ac characteribus, rerum gestarum me-*  
*moriam apud posteros, factum inde est, ut numi etiam inter*  
*præsidia, quæ multum lucis historiæ affundunt, haud postre-*  
*rum occupent locum; nec vero potuissent cæsares, reges,*  
*principes, respublicæ, civitates, aliud commodius remedium*  
*æternandæ gloriæ suæ invenire numis, per quos in omnes*  
*terras missi sunt, ut præsentēs quasi ubique esse & cerni pos-*  
*sent, factorumque suorum magnitudinem, apud seram poste-*  
*ritatem explicare, & post plurium seculorum decursus osten-*  
*dere; conf. Du. FRESNOY Loc. cit. pag. 280. seq. IANVS*  
*Loc. cit. pag. 15. seq. Hanc in rem incipientes adhibere cum*  
*fructu possunt IO. CHRISTOPH. OLEARI *Curiose Münz-**  
*vvissenschaft, PATINI aut IOBERTI *Introductionem ad No-**  
*titiam Numismatum, & quæ prolixè non minus quam doctis-*  
*sime hanc in rem exposita prostant im Münz-Cabinet des er-*  
*öffneten Ritter-Platzes. Catalogum vero scriptorum in re nu-*  
*maria dabunt PHILIP. LABBEVS in *Bibliotheca Numaria,**  
*Dn. MENCKII *Catalogus Bibliothecæ suæ, & plura der eröff-**  
*nete Ritter-Platz, Loc. cit.*

V. Præter diplomata & numos, *Inscriptiones quoque la-*  
*pidares antiquæ, ad corroborandam veteris præsertim histo-*  
*riæ fidem, tanto firmitus argumentum suppeditant, quanto la-*  
*pides iisdem signati, ad perferendas superandasque injurias*  
*temporum, durabiliores sunt. Quare haud dubie de re histori-*  
*ca optime meriti sunt, qui ad illas e saxis marmoribusque descri-*  
*bendas & colligendas, studium suum laudabiliter contulerunt,*  
*hinc multarum rerum memoriam, in chartaceis monumentis*  
*tantum non prorsus deletam, recentior ætas ex illis partim il-*  
*lustravit, partim restitutam vidit; inter illos vero, qui uti-*

K

lem



lem hac in parte navarunt operam, literatū orbis consensu principem facile locum tenet IANVS GRUTERVS, qui post aliorum particulares operas, (quos *Petrus Burmannus in Præfat. novæ* editioni operis Gruteriani præmissa, ex instituto recensuit) præclarum illud, & ut iure vocatur, æternum *Opus Inscriptionum* nobis reliquit, post quem alii, ut *Reinesius, Spominus, Norisus, Ursinus, Fabrettus*, aliique diligenter supplerunt, quæ Gruteri industriam effugerant, vid. IANVS *Loc. cit. pag. 12. seq.* Du FRESNOY *Loc. cit.* BIERLING *de Prynthonismo hist. pag. 244. seq.*

VI. Ultimo tandem loco, inter subsidia historiarum, ex nonnullorum sententia, referri quoque debuerunt, *Imagines & Icones personarum illustrium, statuarum, aliorumque prisæ ætatis monumentorum celeberrimorum*, quas ad illustrandam veterem cum primis historiam, non parum lucis afferre posse, sunt qui persuasum sibi utique habent; unde & factum novimus, ut pretiosissimæ multorum scriptorum veterum editiones, ejusmodi iconibus ac figuris æri incisis exornatæ, lucem viderint publicam. Equidem utilitatem ejusmodi imaginum multis rationibus assertum ivit PILESIVS, cujus nomen, non solum inter pictores sed & eruditos Gallos satis celebre est, in tractatu *de l' utilite des estampes, s. de utilitate incisarum æri imaginum*, verum enim vero, quid docti de hoc historię subsidio judicent, constat ex acutissimi HEVMANNI *Actis Philos. Tom. I. pag. 363. 441. 535. conf. der Bücher-Saal. Tom. V. pag. 109. seq. Observ. Hall. Tom. IV. pag. 36.* Nec late-re potest his rebus edoctos, quæ KRIEGKIVS contra *Clarmundi Vitas* monuerit, occasione imaginis *Schubarti*, vid. *Nova Literaria Germania ad A. 1704. pag. 185. & 404.* Ex quibus illud discimus, ejusmodi icones, personarum cum primis, ne quidem probabilitatem aliquam multo minus certitudinem gignere posse, partim quod dubium sit, an ad vivum fuerint factæ, an vero ex suo finxerint ingenio pictores atque sculptores, partim etiam quæri possit, an etiam pictorum sculptorumque ea fuerit solertia, ut accurate hominum species ex-

pri-



Quantior editio de anno 1707 in Folio  
hujus tractatus de notis Romanorum imperis notandis quo Imperator  
episcopi ad omnes diligenter explicaverit.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

UNIVERSITY OF TORONTO

1871



primere potuerint; quod si enim ab iis hominum iconibus, quas nostra ætas producit, argumentum sit desumendum, fateri omnino necessum habemus, plerasque ita comparatas revera esse, ut personarum etiam nobis notissimarum facies vix agnosceremus, nisi adscriptum esset nomen. Qui ea noscere cupit, quæ *jus imaginum* concernunt, cum utilitate legere potest IO. FRIDEMANN. SCHNEIDERI Dissert. de *Jure Imaginum Hala 1703. habitam.*

## CAPVT III.

DE

LINEAMENTIS HISTORIAE  
CIVILIS.

I.

ABSolutis iis, quæ hætenus de rudimentis atque adminiculis historię civilis, ratione instituti breviter exponenda fuere, sequuntur nunc *Lineamenta*, tanquam tertia pars protheorię historię, ex ea, quam supra totius commentationis nostrę fecimus, partitione & distributione. Dicimus vero *Lineamenta* esse *synopsin, hypotyposin epitomicam, & adumbrationem* totius systematis historię civilis universalis, a mundi exordio usque ad nostram ætatem, secundum præcipuorum imperiorum ac regnorum dynastias ac periodos, methodice & perspicua brevitate adornatam.

II. Necessitatem æque ac utilitatem ejusmodi synopticę adumbrationis, nemo his rebus edoctus inficiabitur, cum inter omnes doctos conclamatum sit, historię cultori non statim ad ingentia historię universalis volumina abeundum esse, verum proponendam illi primum esse, communem veluti omnium temporum rerumque tabulam, nudam illam & simplicem, in qua intueri possit mundi origines, imperiorum ac regnorum, quæ a principio mundi magis claruerunt, initia, progressus, vicissitudines, res gestas, & sic porro, quæ singula per brevissimos tantum apices & delineationem cognoscat, antequam ulterius progrediatur.

K 2

III. Cum



III. Cum vero dux, universalis historię nexum tradendi reperiantur vię, una, qua imperii ac gentis cuiusque initia, progressus, res gestę, mutationes ac vicissitudines, a primordiis, ad eius vel interitum, vel pręsentem statum, *separatim*, uno videlicet tractu & nexu commemorantur, altera, qua juxta temporum seriem rerumque concursum, *mixtim & conjunctim* singula proponuntur; placuit nobis impręsentiarum priorem ingredi viam, idque ex duplici potissimum ratione: primo, quod posteriori hac, quę secundum *συνχρονισμόν* fieri solet, methodo, rerum gestarum tela unius regni aut gentis, propter concursum aliarum rerum sæpius abrumpatur, adeoque diuersis locis, res unius regni aut populi gestę exponantur, quo sane modo, memoria rerumque gestarum nexus haud leviter interturbatur; id quod nostra, quam ingressuri sumus via, minime contingit, quando videlicet cuiusvis regni historiam uno nexu & continua serie, a capite ad calcem, secundum certas periodos divisam, exponimus, quo ipso, utique memorię magis consulitur; deinde, quod posterior ille cognoscendi res historicas modus, ex *Tabulis*, ut vocantur, *Chronologicis* facile hauriri queat, repete dicta ad pag. 66. seq.

IV. Ne autem hac etiam via, immensum hoc rerum pelagus ingressi, magnitudine illarum ac multitudine, fluctibus quasi obiectis hinc inde agitemur, vel penitus etiam laboris naufragium faciamus, cynosuram quandam nobis statuemus, ut secundum hanc navigationis nostrę cursum per orbem terrarum dirigentes, portum cognitionis optatissimum læti reperiamus. Ea vero erit *Geographica*, cuius ductu singula imperia & regna, secundum maiores orbis partes perlustraturi sumus, eo videlicet ordine, quem in globo terraquo ex situ locique circumstantia invicem habent. Hoc instituto primum *Asia* gentes magis illustres percurramus, his perlustratis *Africam* ingrediemur, dehinc speciali cura res *Europa* nostrę exponemus, ac tandem ultimo loco in *Americam* transfretabimus, adeoque omnium & singulorum orbis populorum maxime illustrium historias, certis periodis distributas

butas







¶ Varias gentiliuz opiniones de origine mundi generisq[ue] humani  
lege in Diodori Siculi Bibliothec[ae] Lib. 1.

Lege hic Kircherum de arca. Poae Cap III Sennebrunus Giese Wette in  
Dissertatione de gigantibus ad Genes. Cap VI § 4. Deuter. Cap XIII § 24.  
Josuae Cap 14. § 15.



butas, synopticeque cognoscendas, studiosæ juventuti propi-  
nabimus. Reliqua ex ipso rerum contextu cognosci atque  
perspici possunt.

V. Atque ex hac a nobis facta methodica dispositione,  
sequitur nunc historia præcipuorum regnorum ac gentium

I. ASIAE, inter quas ex variis rationibus primo statim loco  
commemoramus res gestas

I. HEBRAEORVM, & quidem, quatenus illæ contigerunt  
ætare

æ *Antiqua*, scilicet ab O. C. ad sec. IV. christianum.  
Quod intervallum dividi rursus potest in IV. *ætates*,  
quarum est

I. *Potestatis Patriæ* sub Patriarchis ab Adamo ad Mo-  
sis vocationem a. M. 2452. a. C. 1496. hæc pe-  
riodus dividitur in

a. *Historiam antediluvianam* sub X. Patriarchis:  
*Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleelque,*  
*Iared, Enoch, vivax Mathusala, Lamechque,*  
*Noeque.*

Hac periodo notanda veniunt: *Origo mundi*  
*generisque humani; institutio conjugii & do-*  
*minii; status protoplastorum paradisiacus;*  
*lapsus eorum; promissio Messie, fratricidium*  
*Caini; cause diluvii & que illud præcesserunt*  
*alia. Porro hic quæri solet: num totus or-*  
*bis jam ante diluvium suos incolas habuerit?*  
*an in mundo illo antediluviano extiterint impe-*  
*ria politica? an artes & studia floruerint?*  
*an gentilibus de mundo illo antediluviano quic-*  
*quam constiterit? denique, quid de Præada-*  
*mitis, Cyclopibus sentiendum? & quæ sunt alia ex*  
*Script. S. ejusque Interpretibus, nec non Scripto-*  
*ribus Hist. Eccl. & Anno-*  
*lium V. & quæ Theologi in artic. de creatione,*

F Testamenti haurienda

a b c d e

K 3

ima







Großgebauers' Anfangsgründe der alle Geister

Sive exercitatio super epistolam ad Romanos cap. 1. v. 12, 13, 14, et  
in Systemate Theologico ex Praeambularum Hypothesi

Et quid est in illo loco ubi hodie mons Ararat <sup>in Armenia</sup> (hanc procul ab urbe  
describit. Videat Tavernier in primo Viaggio Confirmitate) Lib. cap. IV.  
Ararat in de Confirmitate primo Viaggio Cap. 18



Confer hic Doctissimi Galli Pelletieri tractatum non solum  
Abac. deum. Met. sed. inf. J. in. di. sol. ut. non. hab. ut.  
m. i. g. l. o. b. p. l. t. a. n. g. e. n. d. e. s. t. e. g. g. a. l. l. i. c. i. n. g. e. r. m. a. n. i. c. u. m. v. e. r. s. y.

Confer A  
Ab. Abul

5



NOÆ KIRCHERVS, HOSTVS, alii, STURMIVS in der Erklärung etlicher Schrifft Stellen; curiosum non minus quam jucundum experimentum de navī ad symmetriam arcæ Noæ exstructa, lege in HORNII *Arca Noæ* pag. 24. seq. Plura dabunt *Annalium & Systematum Eccles. V. T.* scriptores.

γ. *Historiam postdiluvianam*, eam dispescimus in

I. *Integram* sub Patriarchis sequentibus V.

*Semus & Arphachsad, Sala, Heber*, deindeque *Peleg*.

Hoc intervallo contigit *nova generis humani propagatio; origo gentium; occasio & causa turris babilonica*, de quibus momentis, præter ea quæ Script. S. commemorat, parum certū habemus, vid. MOSES ejusque *Interpretes, Annalium & Systematum Eccl. V. T.* conditores, BOCHARTI *Geograph. Sacra*, KIRCHERVS, ZENTGRAF. COLUMBVS, STURMIVS *Loc. cit. de Turri Babel*, HARTI *Ephemer. Philolog. Disc. 3.* VITRINGA in *Observat. Sacr. L. 1. c. 1.* alii. Rabbīnorum commenta propinat WAGENSEIL. in *Synopsi Hist. Univ. Conf.* ABEL *Loc. cit. Un. a* LUDWIG in *Diss. de historia sine parente.*

II. *Divisam*; hæc enarrat ea omnia, quæ a dispersione generis humani, occasione turris babilonicæ contigerunt; hæc notanda veniunt, ipsa *linguarum confusio*, doctorumque de illa variæ sententiæ, *diversorum populorum ex illa confusione exorta species ac instituta migrationes*; & quæ sunt reliqua, de quibus tamen parum certū potest affirmari, vid. citati. Nos hoc loco specialiter *originem & historiam Hebræorum* attendimus, de reliquorum gentium


*in Historia Universalis.*



a b c d tium natalibus & originibus, suo cujusvis dicetur loco. Nomina Patriarcharum his versibus comprehenduntur :

Regu, post Serug, Nahor, Tharaque Abrahamus, Isaac, (Hagarides) Jacob qui frater Esavi, Ruben & Simeon, Levi, Iuda, Sebulonque, Isaschar, Dan, Gad, simul Affer, Naphtali, Ioseph, Cui proles gemina Ephraim simul atque Manasse, Benjamin minimus, suboles carissima patri.

Genealogiam autem ex hac cognosce tabella :



De IV. prioribus Patriarchis, præter ea quæ Moyses commemorat, nihil scitur; Abrahamus relicta Chaldaea multum peregrinatur, in Palæstinam, Aegyptum, hinc reversus, in Cananæa sedem figit, magnisque beneficiis a Deo augetur, promissionibus, foedere gratiæ speciali, cujus signum circumcisio, denique foecunditate prolis & mul.

Confesat hic hanc differtat.  
de uxoribus Abrahami  
Ur in Chaldaea tabulam  
de uxoribus Abrahami  
Abrahami hanc invenio.







Comp  
se  
ull  
noro  
phia



a b c d & multiplicatione ejus; *Isaacus* Rebecca ducit, & ex ea *Esavum* & *Jacobum* suscipit; *Jacob* in Mesopotamiam proficiscitur, *Leam* & *Rahalem* exinde uxores adducit, ex quibus ut & ancillis earum, prolem utriusque sexus procreavit. *Iosephus* a fratribus venditur & in Aegyptum abducitur a. M. 2217. a. C. n. 1731. ubi post dura fata ad summam dignitatem evehitur. Fratres sui fame in Cananza pressi in Aegyptum descendunt a. M. 2238. a. C. n. 1710. qui ex debito prius vexati, tandem dimittuntur, & cum parente *Jacobo*, totaque sua familia ad *Iosephum* in Aegyptum migrant; hic reverenter habentur, quam diu *Iosephus* in vivis superesset; eo autem a. M. 2309. a. C. n. 1639. demortuo, populus Israeliticus interea mirum in modum auctus, gravem subire debuit servitutem atque persecutionem, ex qua *Moses* divinitus excitatus cum eduxit a. M. 2453. a. C. n. 1495. vid. post MOSEN ejusque *Interpretes, Annalium ac Systemat. Eccl. V. T.* scriptores, *HEIDEGGERVS in Hist. Patriarcharum*, aliique multi particularium materiarum; *Talmudistarum* & *Alcorani* fabulas propinat *WAGENSEILIVS Loc. cit.*

II. *Potestatis Iudicariae* a *Mose* ad *Saulem* h. e. ab a. M. 2452. a. C. n. 1496. ad a. M. 2875. a. C. n. 1073. Hæc periodus dispelci potest, secundum res gestas sub

a. *Ducibus, Mose* puta & *Iosua*, qui præfuisse censentur per annos LXVI. *Moses* post edita miracula, Israelitas ex Aegypto educit a. M. 2453. a. C. n. 1495, morantur in desertis Arabiæ, & singula contigerunt, quæ in *Libris Mosis* quatuor posterioribus commemorantur, usque ad a. M. 2492. a. C. n. 1456. *Mosis* emortualem.

L

Cui




a	b	c	d
			Cui <i>Iosua</i> successit dux Israelitarum, qui eodem anno populum Dei per Iordanem in terram Canaan traducit, quam a. M. 2499. a. C. n. 1449. dividit, & moritur a. M. 2518. a. C. n. 1430.
			β. <i>Judicibus</i> proprie dictis, quorum nomina his versiculis continentur: Post <i>Mosen</i> , <i>Iosua</i> , <i>Othoniel</i> , longævus <i>Ehudus</i> , Cum <i>Debora</i> , <i>Baracus</i> , <i>Gideon</i> , post <i>Abimelechus</i> , Hinc <i>Thola</i> , <i>Iairus</i> , <i>Iephtes</i> , <i>Ebzanque Ajalonque</i> , Excipit hunc <i>Abdon</i> , <i>Samson</i> , <i>Eli</i> , <i>Samuelque</i> .
			<i>Judices</i> XII. priores ab <i>Othoniele</i> ad <i>Samsonem</i> regnasse perhibentur per annos circiter ccc & quod excurrit; sub quorum regimine, cum multi ad cultus idololatricos deficerent, beneficiorum divinorum plane immemores, corruptissimus in ista gente fuit status; hinc frequens <i>servitus</i> , sub <i>Mesopotamenis</i> , <i>Moabitis</i> , <i>Cananæis</i> , <i>Midianitis</i> , <i>Ammonitis</i> & <i>Philistæis</i> ; hinc <i>ἀναρχία</i> , <i>bella</i> & <i>motus civiles</i> , <i>caedes</i> , <i>latrocinia</i> , aliaque scelera; qui status duravit, usque ad a. M. 2810. a. C. n. 1138. quo, cum summo pontificatu <i>Eli</i> , & principatus est combinatus, contra legem divinam; cui muneri & ministerio satis funesto præfuit totis annis XL; isto potestatem administrante, domi forisque labefactata est respublica, usque dum ipse Pontifex, accepto de clade Israelitarum nuncio, de sella retrorsum cadens protinus exspiraret. Successit ei <i>Samuel</i> propheta a. M. 2851. a. C. n. 1097. qui collapsam utriusque status faciem restituit, & summam rerum administravit usque ad electionem <i>Saulis</i> , per XXV. annos, licet nec deinceps reipublicæ curam abjecerit, quam diu in vivis superesset. vid. Liber <i>Iosua</i> , <i>Judicum</i> , & priora <i>Lib. 1. Sam.</i> capita, <i>Commentatores</i> ad hos libros, <i>Systemata Hist. Eccl. 10.</i>

WOLFII.











a b c d WOLFII *Historia Iosua & Iudicum*, ABEL *Loc. cit. cap. 5.* I. M. LANGIVS in *Diff. de funesto Eli ministerio.*

III. *Potestatis Regia*, sub regno instituto, novo plane ausu & exemplo; ubi enim Samuel confensusset, &, ex nonnullorum mente, dignitatem magistratus, in suam familiam jure quodam hæreditario transferre videretur, ansam populo præbuit, ut regem sibi dari postularet pertinacius, neque a proposito, divina licet indignatione sese absterre pateretur. Ergo de jure regio Deus multis per Prophetam præfatus, tandem concessit quod populus petebat, mandavitque Samueli, ut Saulem in regem inauguraret. In historia itaque novi regni Judæorum notamus

L *Initium* ab a. M. 287<sup>75</sup> a. C. n. 1067<sup>73</sup>.

Reges, qui regnarunt

a. *Ante schisma*, Saul, David, Salomo; sub quibus integrum mansit regnum, duravitque annis XCIV. Saul corpore & animo præstans, varia bella gessit cum vicinis gentibus, propitio Numinis favore: eo autem excidit in bello contra Amalekitas, a. M. 2879. a. C. n. 1069. quo David ad regnum accersitus, feliciter contra hostes pugnat, sed & Saulis odium ac persecuciones incurrit varias, duraturas ad huius usque interitum a. M. 2890. a. C. n. 1058. Nec sic tamen universi præesse poterat genti David; regni enim competitorem sensit Isbothum Saulis filium, cui XI. tribus adhærebant, Davidi vero tribus Iuda, ex qua dissensione, civile bellum exortum, biennio duraturum ad Isbothi usque interitum. Quiete a bello civili facta, Syrorum inpetum sensit David,

L 2

quos

*Experiunt illud Nam Saul  
de quorum verborum sensu  
multum disputab. vide  
citatos p. sequenti.*

*Confer. Schottii Regum  
S. 1067*

*ad p. 80*








Quintus adde. Gessoldus et Cyprianus de jure regio Samuelis.

Rarissimus ferre optimus liber in Historia hanc est.







a b c d e f *de Navigatione Ophirica* VARERIVS, LI-  
PENTIVS, WERNERVUS, WICHMANS-  
HAVSEN, alii. Rabbinorum traditiones  
propinat WAGENSEILLIVS *Loc. cit.*

B. *Post schisma*; Salomoni successit filius *Reha-  
beam*, quem cum populus rogaret, ut onera pu-  
blica, a parente suo imposita laxaret, is vero  
non solum populi preces reiiceret, verum etiam  
graviora minaretur, stolidi hac levitate effecit, ut  
*decem* tribus, excepta tribu *Juda, Simeon & parte  
Beniamin*, ab eo deficerent a. M. 2969. a. C.  
n. 979. adeoque *Schisma* contingeret nunquam  
rursus sanandum; *divisum* itaque Iudæorum re-  
gnum fuit, in

I. *Regnum Israelis*; initium incidit in annum,  
quem signavimus; Regum XIX. nomina  
& series, his continentur versibus:

*Ieroboam, Nadab, hinc Ellaque, Zamri,  
Omri, Achabus, Achafias, Ioramus, Iehu,  
Ioachas, Ioas, tum Ieroboam, Zacharias,  
Sellum, Menahem, Pekaia, Pekabus, Hofeas.*

Summa rerum gestarum in hoc regno huc re-  
dit: ex laceratione illa, lacer quoque sta-  
tus regni fuit, sub regibus impiis plerisque  
& idololatriæ patrocinantibus; hinc bella  
civilia & externa, cædes & crudelitatum va-  
riæ species, hinc invasiones *Syrorum* per plu-  
sculos annos; post mortem Ieroboami tu-  
multus bellici contigerunt, longo tempore  
duraturi. Postremi reges, parricidiis, regni  
thronum commaculant, seque invicem facti-  
onibus e medio tollunt. Pekahus arma  
iungit cum Syris, Iudeamque hostiliter va-  
stat, Achab igitur Rex Iudæ, Assyriorum

L 3

regem

Conf. p. 129















a	b	c	d	e
				& iteratis expeditionibus Ioachim & Zedekiam in vincula coniectos, cum multitudine Iudæorum in Babyloniam transfert.
				III. <i>Finem</i> utriusque regni, <i>Israelis</i> quidem incidit in a. M. 3227. a. C. n. 721. <i>Judaici</i> vero diversimode a chronologis ponitur, Calvisius a. M. 3349. a. C. n. 599. assignat, quem vide in <i>Opere Chronol. P. I. cap 31. seq.</i>
				<i>Επιχειρις</i> : Circa historiam horum regnerum monemus, multas hic & varias inter chronologos esse disputationes, partim de regibus, quot & qui rempublicam in utroque regno, usque ad utriusque subversionem tractarint, partim, quot annis singuli præfuerint, quando inceperint & desierint regnare; porro, quomodo conciliandi & conferendi sint anni regum Israelis cum annis regum Iudæ; denique, a quo anno, initium captivitatis Babylonicæ sit auspicandum, & quæ sunt reliqua, addiscenda ex CALVISIO <i>Loc. cit.</i> SPANHEMII <i>Chronol. Sacra, Epocha VI.</i> STRAVCHII <i>Breviario Chronol. L. IV. cap. 21. seq.</i> ZAVNSCHLIEFERI <i>Tract. cit.</i> quem imprimis commendamus, nec minori elogio IVNGMANNVM in <i>Daniele referato L. 1. Sect. 1. c. 1. &amp; L. 2. Sect. 1. c. 1. seq.</i> H. G. REIMII <i>Dissertationibus</i> , quibus <i>Harmoniam</i> Davidis, Salomonis, & nonnullorum Regum Iudæ & Israelis contexit, CELLARIO in <i>Diff. de Captivit. Babylonica. Scriptores</i> ad hoc interval- lum spectantes, sunt <i>Libri Regum &amp; Chronicorum</i> , ut & <i>Propheta</i> , qui illo ævo docuerunt, usque ad Haggæum, Zachariam & Malachiam. Conf. post <i>Commentatores &amp; Systemata Hist. Eccl. V. T.</i> IOSEPHVS in <i>Antiq. Iud.</i> imprimis vero ZAVNSCHLIEFER <i>Loc. cit.</i> Quæ deli-
a	b	c	d	e



e b c d e deliria multa & heic afferant Talmudistæ, w A-  
 GENSEILIVS *Loc. cit.* nos edocet.  
 IV. *Statum Iudeorum durante Captivitate per LXX.*  
 integros annos, ex prædictione Ieremiæ 25, 11. seq.  
 Heic autem distincte loquendum,  
 1. de exulibus in *Assyria*,  
 2. de captivis in *Babylonia*,  
 3. de residuis in *Palestina*.  
 I. Quorsum, traducti a Salmanassare *Israelita X.*  
*tribuum* locati fuerint, in quæstione versatur non  
 minus, quam, an eorum exilium *perpetuum* fuerit?  
 an ex illis, *Tartarorum* hordæ asiaticæ aquilona-  
 res ortum acceperint? nec desunt quoque, qui il-  
 las tribus in *Americam*, alii in *Chinam* vsque pene-  
 trasse, alii denique protinus periisse contendunt: alii  
 tamen haud spernendis rationibus affirmant, *Israelita*  
 una cum reliquis *Judæis*, soluta LXX. annorum  
 captivitate *babylonica*, in *palestinam* fuisse re-  
 versos, v. FLETSCHERI *Tract. de Tartaris*, BOCHAR-  
 TI *Geogr. sacra*, WITSIVS & WILHELMI in  
*Diss. de X. trib. Israelis*, SCHICKARDVS in *Tarich.*  
 FULLERVS in *Miscellan.* BECMAN. in *Historia*  
*Geogr. c. 3. P. 4 S. 15.* WAGENSEIL in *Synopsi*  
*Hist. univ. Millenar. IV. p. 584. s.* vbi & modernorum  
*Judæorum* deliramenta legas, ABEL. in *Hist. Mo-*  
*narchiarum L. c. 5.* illud indubium, vastato sic *Israelis*  
*regno*, novos colonos illuc<sup>t</sup> inductos fuisse, agri-  
 culturæ causa, qui mixti *Judæis*, & mixtam ex gen-  
 tilismo ac iudaismo religionem hæreticam introdu-  
 xerunt, nempe *Samaritanismum*; duravit mixtura  
 illa ad vsque Apostolorum tempora: interim cum  
*Judæorum* originem iactarent, horum æmulatione  
*templum* in monte Garizim prope Sichein exstru-  
 unt a. M. 3628. a. C. n. 330. post ducentos an-  
 nos destruendum, vid. CELLARII *Hist. gentis, &*  
*reliq.*

sic

p. 92



Lege hic omnino Hebraei Judoque Mordechai Lib. V. Cap. 13 ubi plura  
hanc in rem appant.



Leyes bei Warneri Duffel: de Samanitanis et corad in monte  
Sartem Lemplo.



a b c d *religionis Samarit. CVNAEVUS de Republ. Hebr. L. XI. c.*  
*10. SIGONIUS de Republ. Hebr. L. 2. c. 5.*

II. De statu *captivorum in Babylonia* parum certi potest affirmari, quæ ex scriptura sacra certo constant, in vnum egregie collegit ZAVNSCHLIEFER *Loc. cit. p. 82 seq.* exinde discimus, exulem populum oeconomiam instituisse, opificia exercuisse, insuper etiam ordinem ecclesiasticum continuasse; reliqua quæ de eorum magistratibus, iudicibus & *ἀποστολία*; satis magnifice Iudæi tradunt, nemo facile crediderit, nisi qui fabulosa *Sufanna* historia sibi imponi passus fuerit; habuisse præfectos s. seniores ex sua gente, constat, sed quanta illorum fuerit potestas, incertum; & quam perturbata ibi fuerint omnia, testantur Ieremias, Ezechiel & Daniel passim, v. CVNAEVUS & SIGONIUS *Loc. cit. BVDDEVS in Hist. Eccl. V. T. Tom. 2. p. 860. seq.*

III. Heic notandum initio est, non omnes Israelitæ, neque etiam omnes Iudæos ab hostibus suis abductos esse, sed multos eorum in patria sua remansisse, profugos, vel ex itinere, vel qui belli tempore se alio receperant, vel qui ob infirmitatem & inopiam neglecti in patria remanserant; hic itaque reliquiis triumphator babylonius, quendam ex Iudæis *Gedalia* præfecerat, ad hos ex captivitate dimissus Ieremias propheta venerat; sed cum brevi post *Ismael* quidam, conspiratione facta *Gedalia* occidisset, plerique Iudæi metu pavidi, consarcinatis reculis in ægyptum fugiunt, reclamante frustra Ieremia, quem secum abducentes lapidibus ibidem obruunt nefarie, vid. ZAVNSCHLIEFER, ABEL, WAGENSEIL *Loc. cit.*

IV. *Potestatis variæ post captivitatem babylonicam, quæ fuit*

a b c

M

A. Præ-



a b c A. *Præsidum* s. *Ducum*, a *Zorobabele* ad mortem *Mata-*  
*thie* h. e. ab a. M. 3419. a. C. 529. quo *Cyrus* *Iudæis* <sup>vid. p. 110</sup>  
 veniam concessit redeundi in patriam, ad a. M. 3783.  
 a. C. n. 165. *Matathie* emortualem; quorum XVI.  
 numerantur, licet parum certi de plerisque dici  
 possit; pari ratione & de serie, auctoritate & annis  
 illorum disputatur; sunt, qui eos pro belli duci-  
 bus tantum habent, directorium vero politicum  
 summis Sacerdotibus tribuendo; illud indubium,  
*summam potestatem penes Persarum Reges* mansisse,  
 qui stationarios milites in *Iudæa* habuerunt, v. *SIG-*  
*ONIVS* *Loc. cit. cap. 4.* *BECKMANNVS* in *Ana-*  
*lect. Hist. p. 100. seq.* & imprimis *IOSEPHI* *Antiq.*  
*L. XI. c. 4. seq.* Ceterum hac Periodo *Iudæi* ex cap-  
 tività redeunt, non vero simul & semel; funda-  
 menta *templi* jacta anno reditus secundo, absolvi-  
 tur post multa impedimenta & pausas a. M. 3533.  
 a. C. n. 415. operas urgentibus *Haggeo* & *Zacharia*  
 prophetis. *Esa* *Hierosolymam* advenit a.  
 M. 3551. a. C. n. 397. *Nehemia* a. M. 3565. a. C.  
 n. 383. qui ecclesiam & politiam confirmant, ur-  
 bemque restaurant intra annos XIII. etiam si a vi-  
 cinis arma minitantibus impediretur; quibus per-  
 actis, *Nehemias* regnante *Artaxerxe* ad regem in  
*Persiam* redit, cito rursus in *palæstinam* revertens, re-  
 vocatus a *Iudæis*, quod illo absente omnia in pe-  
 jus ruere inciperent. Tandem post devictum ab  
*Alexandro* *Darium*, a. M. 3618. a. C. n. 330. *Alex-*  
*ander* *Hierosolymam* venit, & *Iudæos* in dedi-  
 tionem accipit, insolita munificentia eos profecu-  
 rus, si vera sunt, quæ *IOSEPHVS* *Antiq. Iud.*  
*L. XI. c. 8.* habet de *ἀπονομία* concessa, tributo-  
 rum immunitate &c. reservata sibi summa <sup>tantum</sup> potesta-  
 te; ex quo tempore sub *Macedonum* fuerunt impe-  
 rio; postea vero quam *Alexandro* rege defun-  
 cto

vid. p. 118











157.

a b c d Et duces græcorum in partes discederent, nova regna condentes, Ptolomæus rex ægypti factus, a. M. 3638. a. C. n. 310. Palæstinam sibi subjicit, & Hierosolymam insidiosè capit, multosque Iudæos secum abducit; atque sic *Aegyptiorum* dominationi fuere subjecti, varia sibi uli fortuna, usque ad tempora Ptolomæi Epiphaniis, cujus præsidia in arce Sionis diu a *Syris* obsessa, annitentibus Iudæis ab Antiocho M. ejiciuntur, qui exhinc totam *Syriam* cujus pars Iudæa habita, sibi subjicit. Antiochus Epiphanes spe ægypto potiundi frustratus, ac in *Syriam* reversus, a. M. 3780. a. C. n. 168. seqq. Iudæam vastat, Hierosolymam intrat, moenibus eam nudat, templum spoliat & profanat, multis Iudæis abductis & occisis. Longa calamitatum series hoc Iudæorum statu, quibus ut finem imponeret Matathias, divino zelo percitus, convocatis civibus quam plurimis, ad liberandam patriam omnem movet lapidem. Cujus posterii vestigia ejus secuti, cum principatum in gente Iudaica tenuerint, seriem & numerum eorum hoc loco proponimus;

*Matathias*

I. Iudas, II. Ionathan, III. Simon, Iohannes, Eleazer

IV. Ioh. Hircanus, Iudas, Matathias,

V. Aristobolus I. VI. Antigonus I. VII. Alexander I.  
uxor Alexandra.

IX. Hircanus. X. Aristobulus II.

XI. Alexander II. XII. Antigonus II.

Mariamne Aristobulus III.

ux. Herodis.

Judas feliciter contra Syros bellum gerit, templum purgat, dum interea & motus civiles de pontificatu summo contingerent.

M 2

B. Sa.



a  
b c } B. *Sacerdotum summorum, qui simul & Duces summi fuerunt, ab a. M. 3791. a. C. n. 157. ad a. M. 3845. a. c. n. 103. Alcimo demortuo, cum nemo esset ex familia summorum Pontificum, Judas Maccabæus dux & præfectus, pontificatum quoque obtinuit; qui, æque ac successores bellum cum Syris continuant; dum interea Onias ex Judæa in ægyptum profugus, Ptolomæi regis permissu, templum in urbe Heliopoli exstruit, Hierosolymitano simile a. M. 3798. a. C. n. 150. destruendum post CCC. annos. Simon, Syris bello civili implicatis, magnas res gerit; sub Joh. Hircano Syri Hierosolymam obsident, & Hircanum ad duras pacis condiciones impellunt; qui audita morte Antiochi, Syriæ urbes proximas multas occupat, templum in monte Garzim destruit a. M. 3829. a. C. n. 129. Idumæos, circumcissione ab illis suscepta, inter Judæos numerat.*

C. *Regum, qui datum sunt generum*


a b c d e } 1. *Reges & Pontifices simul, ex gente Judaica, ab Aristobulo ad Antigonum, ab a. M. 3845. a. C. n. 103. ad a. M. 3913. a. C. n. 35. Antigono emortua- lem. Defuncto Hircano succedit filius Aristobulus, qui non contentus consuetis honoribus, regium nomen & diadema sumit, cujus initia sanguine fratrum conspurcavit. Iudæi ab aliquo tempore forinsecus satis securi, intestinis sectis dissidere coeperunt, unde Pharisei, Saducei & Esseni prodierunt, v. DRVSIVS de Sectis Iudæ, BVDDEVS in Hist. Eccl. V. T. T. 2. p. 1200. REIMANNI Historie der Iüdischen Theologie. Alexander crudelis æque ac vaser, crudeliter regnat, post cujus fata uxor Alexandra, quæ & Salome, regnat, filioque Hircano summum Pontificatum confert. Hic, matre defuncta cum fra-*

fra-











a b c d e fratre Aristobulo de summa rerum certat; uterque Romanos bello Mithridatico occupatos implorat, qui accepta ab Aristobulo pecunia, auxilia huic subministrant. Pompeius a. M. 3887. a. C. n. 61, in Judæam movet, Hierosolymamque admissus, templum expugnat, Aristobulo catenis Romam abducto, Hircanum ea lege regnare permittit, ut in fide & clientela Romanorum maneret. Alexander, corruptis ibi custodibus, vna cum patre Roma profugus, regnum recuperare student, sed vincuntur, Aristobulus enim cum altero filio Antigono captus Romam rursus deducitur, dimissi vero a Cæsare a. M. 3901. a. C. n. 47. ut Pompejanis negotia facerent, sed in itinere veneno extinguuntur; alter filius Alexander, quod denuo arma conquireret, Antiochiam deductus securi percutitur paucis post mensibus.

2. Reges peregrini non-sacerdotes, ab Antipatro Idumæo ad Archelaum h. e. ab a. M. 3903. a. C. n. 45. ad annum Christi 7. Hic dicendorum ratio postulat, Herodiadum progeniem & genealogiam spectandam exhibere, quæ ita se habet:

*Antipater*

*Phaselus, Herodes M. Iosephus, Pheroras.*

1. Antipater, 2. Alexand. 3. Aristobulus, 4. Herod. Philipp. 5. Archelaus,  
Herodes Agrippas, Herodes, Herodias 6. Herod. Antipas,  
Agrippas, Bernice. 7. Philippus.

Antipater Idumæus vir pecuniosus & magnæ tunc auctoritatis, quod Cæsaris partes opera & consiliis juvasset, præfectura Syriæ & Iudææ donatur, Hircano pontificia dignitate relicta. Iudæi impatientes peregrini domini, veneno Antipatrum tollant, cæde illa commissa, Antigonus Aristobuli filius,

M 3

asci,



a	b	c	d	ascitis Parthis, Phaselum capit, Herodem eicit, quo tumultu Hierosolyma crudeliter diripitur; atque sic Antigonus regnum & sacerdotium occupat, Hircano aures amputat. Herodes interim Romam fugit, & pollicitatione obsequii & pecuniae ita permovet Senatum, ut rex Iudaeorum declararetur a. M. 3910. a. C. n. 38. Reversus in Iudaeam, cum Antigono belligerat sequenti triennio, usque dum Antigonus a romanis captus occiditur; Aristobulus vero ab Herode pontifex creatus, brevi post in balneo suffocatur. Hircanus interea apud Parthos haerebat, audiens vero Herodem regnum stabilivisse, in Iudaeam rediit, ubi honorifice habitus ab Herode; sed cum rursus fugere conaretur, occiditur senex octogenarius & ultimus ex gente Maccabaeae; factum hoc a. M. 3919. a. C. n. 29. Dehinc Herodes regnum ab Augusto confirmatum, contra Arabes defendere coactus fuit; domi interim, in uxorem, filios & amicos crudeliter saeviens; ut autem populum leniret, fame a. M. 3926. a. C. n. 22. ingruente vehementer pressum, suis sumtibus frumentum ex aegypto advehi curat; porro, filios Alexandrum & Aristobulum, Romam mittit, ut romanis moribus assuescerent, quo instituto gratiam Augusti & novas regno accessiones promeruit; & ut populum etiam Iudaicum satis sibi invisum placaret, templi Hierosolymitani instaurationem suscipit a. M. 3931. a. C. n. 17. licet multum disputetur, an plane novum extruxerit, an tantum Zorobabelicum splendidius exornaverit, vid. I. F. MAYERI Diss. de Iudaeorum templo tertio; tandem domesticis seditionibus afflictatus, post varia crudelitatis specimina in familiam & senatum Iudaeorum commissa, moritur anno post Christum fere integro. Filiis ejus regnum divi-
---	---	---	---	--

divi-



Kaustab  
und  
Kauf  
2de Sa

N. de stat.  
intro







a<sup>1</sup> b<sup>1</sup> c<sup>1</sup> d<sup>1</sup> divisit Augustus, ut Archelaus Iudæam, Idumæam & Samariam haberet, non tamen regis sed *Etnarchæ* titulo; Philippus Iturææ sive Trachonitidis, Antipas Galilææ & regionis transjordanis *Tetrarchæ* essent; ex his Archelaus, ubi tyrannidis a Iudæis accusaretur apud Augustum, regno privatur & in Galliam relegatur, bonis ejus in fiscum reductis, a. C. 7. Atque sic Iudæa provincia fit romana, Syriæ accensita, & per Procuratores recta deinceps fuit. Quæ ecclesiam christianam spectant, Historiæ Eccl. transmittimus.

D. Sub Romanorum dominatione, & insecuta deinceps dispersione, ab a. Christi 7. per multa insecuta tempora. Ab hinc res Iudæorum, secundum secula christiana dispositas breviter enarrabimus. Hoc itaque intervallo, & quidem

Seculo II. Iudæa tanquam provincia romana, Syriæ accensita, per Procuratores recta fuit, ita tamen, ut Herodis M. posterius, vulgo Regum nomine insigniti, certas Tetrarchias, concedentibus Imperatoribus Romanis, administrarent; horum ultimus Agrippa Junior, anno uno & aliquot mensibus excidium urbis Hierosolymorum supervixisse, censetur. Hoc rerum statu Iudæi, solutione tributorum, non tantum Herodiadum ambitioni, imo & non nullorum paupertati satisfacere, sed & avaritiam Præsidum Syriæ non minus ac Procuratorum Iudææ, a quibus varie divexati fuerunt, satiare, insuper etiam alia multa perferre hætenus insueta debuerunt, quo factum, ut sæpius rebellarent jugumque excutere tentarent, licet irito semper conatu, usque dum anno seculi LXX. Hierosolyma funditus everteretur, Iudæorumque natio, ultima hac clade affecta, in omnes orbis partes successive disjiceretur. Quæ circa initia christianismi in Iudæa contigerunt, pagina sacra N. Test.

*in tractatu  
Confr. hic Oedermannum &  
Trachonitide & Wichmannshausen  
in dissert. de Galilæa & de Sa  
maria.*

*Videat libro de vi dissert. de statu  
Iudææ sub Procuratoribus*

*vid. p. 134.*



a b c Novi Test. suppeditabit, juncta Historia Eccl. hujus ævi.

*Sec. II.* initio, sub Trajano concitata a. 114. seq. seditione, rursus tumultuantur in Palæstina, Mesopotamia, Africa, Cypro, orisque vicinis; iidem & sub Adriano circa a. C. 133. arma capiunt, antesignano Barcocab impostore, aut biennio post ingenti strage vincuntur, addito Imperatoris edicto, ne quis Judæus vel a longinquo patrium solum adspiciat. Habuerunt interea suas scholas in Joppe & Tiberiade, omnisque illorum opera occupata fuit, in conscribendo Talmude *Hierosolymitano* sub finem seculi.

*Sec. III.* status Judæorum ad incitas fere redactus fuit, licet Imperator Severus iis a. 223 ex gratia concederet, ut in Palæstina habitarent suumque præfectum haberent, postquam eos sub initium seculi rebelantes, magna clade compressisset. Talmud Hierosolymitanum absolvitur, & Scholæ ex Palæstina circa a. 230 sublatae, in Babyloniam transferuntur. Sequitur Historia

*Medii Aevi*, quæ extenditur ab initio sec. IV. ad finem Sec. XV. quam secundum ordinem seculorum continuabimus

*Sec. IV.* sub Constantino & reliquis Imperatoribus christianis, variae contra Judæos in occidente dispersos leges latae, in utroque Codice obviae. Equidem sub Iuliano templum politiamque restaurare conantur, sed cœlitus prohibiti, exules esse debuerunt, paucis in Palæstina relictis; continuarunt interea extorres studia sua in Persia, Babylonia, ubi imprimis scholæ celeberrimæ, Sorana & Pumbeditana,

*Sec. V.* Tumultuantes a. 415. Alexandria, male mulstantur; in Creta an. 432 a Mose quodam impostore, ac pollicito suis reditum in Palæstinam per-

ex-

vid p 99



one  
Sech

2  
Codic Theodosiano et Gregoriano







a b c exsiccatum mare, decepti, misere in aquarum fluctibus  
 pereunt, qua occasione multi fiunt christiani. Talmud  
*Babylonicum* post 73. annos, sub finem seculi ab-  
 solvitur, scholis illorum, indultu Principum christia-  
 norum relictis. Prima circa a. 408. mentio *Calico-*  
*larum*, sectæ vel Judæorum vel judaizantis. Videat. Schmidt in *Dissertatione De Secta*  
*Calicolarum*

Sec. VI. Sub Justiniano a. 529. Judæi in Palesti-  
 na rebellant, sed & duce suo Iuliano interfecto, in  
 ordinem cito rediguntur; a. 556. iidem Samaritanis  
 juncti, impetum in christianos faciunt, hinc multi oc-  
 cisi, reliqui in exilium ejeti, hinc *Leges* latæ in Cod.  
 & Novellis reperiundæ. Noyum inter ipsos doctorum  
 genus, quos *Geonim* h. e. sublimes, excellentes, ju-  
 ris & Talmudis doctores appellarunt, insurrexit; hoc  
 sec. in Gallia & in regno Burgundiæ, & forte primum in  
 Europa reperiuntur.

Sec. VII. Varias per orientem & occidentem excitant  
 seditiones, Antiochiæ præsertim a. 609. In Persia  
 hostes Christianorum existunt, sed ab Heraclio a. 628.  
 graviter mulctati; in Hispania cum Judæis africanis  
 conspirant sub finem sec. sed detectis conjuratis, pœ-  
 nas dederunt perfidiæ suæ, inter quas perpetua servi-  
 tus. Pressi etiam fuere in Arabia tempore Mahum-  
 medis novam religionem orienti obtrudentis. In Gal-  
 lia florent sub initium seculi, tandem pressi & ejeti, in  
 Burgundia recipiuntur.

Sec. VIII. Hoc ævo floruerunt adhuc eorum scho-  
 læ in Babylonia. In oriente passim, Africa & Hispa-  
 nia, conspirant in perniciem christianorum cum Sara-  
 cenis, quibus adjutores proditoresque se adjungunt,  
 hinc imperatorum regumque in Judæos edicta. In  
 Gallia partibus inferioribus magno numero hærent.

Sec. IX. Judæorum res hæc ætate commemorasse vix  
 pretium est operæ. In oriente celebrantur eorum  
 scholæ, in Africa & Hispania Saracenis permixti, in



a b c christianos odia foverunt, quos etiam subinde in mancipia divendebant. Imprimis vero hoc ævo usuris & divitiis dediti fuerunt, quem morem posteri diligenter sunt secuti. In Gallia fovetur a Carolo M. ejusque successoribus.

*Sec. X.* Accrescente hoc ævo magis magisque Muhammedanorum potentia, servilis in oriente Judæorum fuit conditio & collabens indies, qua etiam factum, ut defecerit illorum schola Sorana, subsistente adhuc altera Rumbeditana cum suis Geonim doctoribus. In occidente nihil de illis memorabile.

*Sec. XI.* Persecutiones passim hoc ævo in Judæos excitatas, Judæi proditori christianorum imputare debent, qua Saracenos præmonuere de expeditione Hierosolymitana, hinc nec adeo mirum, quod milites cruciati, passim crudeliter eos tractarent, in tractibus ad Rhenum præsertim. A. 1009, templi hierosolym. destructionem procurarunt. In oriente per Saracenos eversa sunt Judæorum in Babylonia scholæ, qui studia sua in Hispania Gordubæ, Toleti, Hispali, & alibi continuarunt.

*Sec. XII.* Pulsi superiori sec. ex Babylonia, hoc ævo ex universo Saraëenorum imperio ejiciuntur, occasione pseudomesiæ in Persia exorti; admissi in Hispania, ubi in partibus Lusitaniæ florent, frequentes scholas habentes. Quamvis vergente seculo, graves in illos excitatæ sint persecutiones, in Gallia præsertim, occasione gravium in Judæos accusationum; florentibus interea illorum scholis in Aegypto. Turbæ quoque inter Judæos Gallos & Hispanos enatæ, occasione libri Maimonidis sub Tit. More Hannevochim, qui derogare consuetis Judæorum doctrinis censebatur.

*Sec. XIII.* Afflictæ ubique Judæorum res fuere, in oriente hostes habuerunt Turcas, Tartaros, ipsosque Græcos; in occidente pulsi sunt Gallia, Anglia, His-

*i.e. Doctor f. Præceptor perplegum*

a b c

His-



Interim hic notandum tempore Ottonis III imperatoris in germania  
Judaeos reperiri licet non constat, quo pacto tempore aut via Ger-  
maniam sint ingressi videat Pöpfingeri V. Anst. Tom III p 1275 ~~Legg~~

Conferat Lant de Pseudomessis Judaeorum



Hoc enim tempore jam invaluerat inquisitio illa terribilis contra  
omnes qui non essent Professione Christiani, hinc facile poterant accu-  
sationes elangi contra Iudeos sub variis praescriptis Videat Limburgig  
in tractatu de inquisitione.

Differetia in eo consistit quod Caraitae penes Scripturam Sacram  
et Traditionem pro norma sequuntur, Rabbinatae vero tantum  
Scripturam Sacram in doctrina et moribus sequuntur Videat  
Schubart de Secta Caraitarum, Carpzovius in introdu-  
ctione in Theologiam Judaicam



a b Hispania, Germaniæque partibus, ubi hætenus flo-  
ruerunt, maxime in Galliis; imo & vexati carceri-  
bus, suppliciis, exactiõibus: causæ fuerunt usuræ  
illorum immodicæ, fraudes circa rem monetariam, ac-  
cusationes seu veræ seu fictæ, infanticidiorum, cruci-  
fixionum &c.

Sec. XIV. Continuatae sunt in illos excitatae ubique  
persecutiones, tam vehementer, ut gens ista finem  
jam suum venisse crederet in Gallia cum primis sub  
initium seculi, ubi tamen rursus admissi ultra medi-  
um hujus ævi; circa quod tempus etiam in Hungaria *et Germania*  
ejectos legimus; obtentus fuerunt, accusationes præ-  
cedenti sec. memoratae, nempe inquisitoribus aut re-  
gibus nunquam defuerunt accusationum capita &  
causæ, exuendi Judæos facultatibus, aut vi ad sacra  
papistica adigendi. Interim hoc ævo inclytos habue-  
runt in Hispania scriptores. In Polonia hoc & supe-  
riori seculo magnis donantur privilegiis.

Sec. XV. Neque hoc sec. mitius cum Judæis in oc-  
cidente actum, præsertim in Portugallia, Hispania,  
Italia, Gallia, erecto cum primis locis illis inquisitio-  
nis tribunali, a quo aut Christum recipere, aut exu-  
lare jussi sunt. Apud Venetos, ut dignoscerentur,  
certa signa in vestitu gerenda iis mandantur. Ma-  
gnæ quoque hoc ævo inter ipsos dissensiones, occa-  
sione duarum sectarum Carraitarum & Rabbanita-  
rum, aliquot seculis jam ante exortarum, quarum il-  
la Sadducæorum, hæc Phariseorum propago. Sequi-  
tur historia

a. Nova, ab initio seculi XVI. ad nostra tempora.

Sec. XVI. Hoc ævo per omnes fere orbis partes dispersi  
Judæi, varias passim fortunæ vices fuerunt experti, di-  
vitiis & usuris ubique intenti. In Portugallia compluri-  
mi ad suscipiendam fidem christianam vi, fuere coacti,  
a b in Italia ejecti, a Turcis contra suscepti, *ubi imprimis*  
*estimati fuere.* N 2 Sec.



*Sec. XVII.* Eadem fortuna Judæorum & hoc ævo fuit, expulsi variis locis, in aliis, ipsa etiam Roma recepti sunt. In oriente circa a. LXVI. ab impostoribus *Sabbatai Sevi* smirnenfi, & *Nehemia* polono, pro messia se gerentibus, deluduntur ut sæpe antea, v. LENT in *Schediasm. de Pseudomessias Judaorum. Sectæ Carraitarum & Rabbanitarum* inter eos adhuc vigent, quæ se mutuo persequuntur. In Dania hoc ævo mox ejeti, mox iterum admissi; paria fata habuerunt & in Hungaria ditionibusque Austriacis.

*Sec. XVIII.* Ab initio hujus sæculi ad præsens nostrum tempus, per omnes orbis partes dispersi, more consueto, lucro tantum captando intenti, delitescunt. Passim modo tolerati, modo ejeti, modo instar fungorum habitæ, quos emungere ex debito & impune possent egregii christiani, vid. J. T. DIETERICI *Diss. de jure & statu Judæorum in republ. christiana*, C. WILDVÖGEL in *Diss. de tolerantia & receptione Judæorum. SCHÖNBORN in Politicæ L. 3. c. 36. Scriptores* huc spectantes pro diversitate temporum & periodorum variæ sunt, nos generales tantum attendimus. Post *Historiam sacram V. T. Libros Maccabæorum*, legendus est IOSEPHVS in *Antiquit. Jud. & in Tr. de bello Judaico*; EBERI *Hist. gentis Jud. post captivitatem babyl.* BASNAGE *Histoire des Juifs*, FRIBEAUX in *Hist. V. & N. Test.* quæ & germanice prostat. SCHVDTVS in *den Jüdischen Merckwürdigkeiten*. Multa quoque habet HOTTINGERVS in *Hist. Eccl.* & alii, quos recenset *Catalogus Du Fresnoy c. X.*

II. *BABYLONIORVM*, circa horum historiam notamus

I. *Extinctionem*. Scilicet, nihil quicquam in historia aut chronologia obscurius, magisque inter eruditos controversum, quam æram imperii Babyloniorum constituere, hinc tantæ inter historicos lites, tamque diversæ opiniones, ut vix ac ne vix quidem appareat,

cui



Confer hic Anonymi historiam de laby famosis impostoribz nupre  
Halae recensam

statione

<sup>N</sup>Seu melius Chaldaeorum quia absurdum est totam gentem ab urbe regni primaria et  
nō a regni nomine appellare.



140 Herodotus et Ctesias ~~et~~ diversas opiniones habuerunt de regno Chaldaeorum  
nec dicit reges omnes in uno regno post ordinem regnasse. Ille vero dicit tria  
fuisse diversa regna et ideo etiam diversos reges. Ergo etiam sunt eruditiorum  
sententiae variae, ut etiam amoverat Herodoti, Huber et alii Ctesiae, sed  
meo iudicio Herodoto etiam maxima est fides adhibenda.



a b c cui in tanta inter se pugnantium sententiarum copia, tuto subscribere queas. Omnis autem controversia exinde profuit, quod scriptorum antiquissimorum, *Herodoti* videlicet & *Ctesie* relationes mirum in modum hic variant, deque eorum auctoritate admodum disputent historici recentiores; porro, quod alia regum nomina in Scriptura sacra, alia in profanis scriptoribus occurrant, quæ si conciliare velis, rem plane difficilem suscepturus sis. Qui in hoc certamine vires suas periclitari velit, legat scripta polemica huc spectantia, puta, *HUBERI Dissertationes VII. de vera etate Assyriorum*, *CELLARIVM* in *Diss. de Principio regnorum illi opposita*. *J. F. SCHROEERI Imperium Babylonis*, *ARTOPOEIVM* de *Summis orbis Imperiis*, *SCHVRTZFLEISCH*, in *Diss. de Assyrio-Chaldaorum primordiis*, & in *Diss. de Nino Urbe*, præ omnibus tamen breviter & doctè differentem *ABELIVM* in *Hist. Monarchiarum Lib. 1. c. 7. seq.* & *DUFRESNOY Loc. cit. cap. 6.* Interim tamen, cum una ex tam diversis sententiis impræsentiarum sequenda esset hypothesis, nos illorum sequi voluimus sententiam, qui *Babyloniorum imperium diuersum, nec conjunctum cum Assyriorum regno* fuisse statuunt, licet bene nobis constet, nec hanc omnibus ad palatum esse sententiam, imo forte nec nobis etiam ipsis, quid enim dissimulandum, in rebus summa difficultate & obscuritate involutis.

2 Originem nationis; qui vulgo ab vrbe præcipua *Babyloniæ* dicti, vero vocabulo *Chaldae* vocati sunt; vnde vero id nominis habuerint, æque incertum, ac illorum origo controversa est, vid. *ABEL* in *Historia Monarchiarum L. 1. cap. 8.* qui a *Chasedo* Nakhoris filio deducit, -cujus posterî *Chasdae* appellati, unde græci propter euphoniâ *Chaldaeos* fecerunt, plura lege in *SCHROEERI Imperio Babylonis pag. 86. seq.*

N 3

3 Inii

Videat Cellario in Dissertatione  
de Clasae Hypobole



a b c 3. *Initium regni*, quod statuitur in a. M. 1718. a. C. n. 2230.

4. *Reges*: horum seriem & numerum, qui certis rationibus ostendere & demonstrare vellet, nã eum plus quam oedipum merito dixeris, propter ineluctabiles controversias, quæ heic sese nobis offerunt. Nobis sequens dispositio placuit, ex libertate, qua erudita respublica, in dubiis & certis gaudet.

*Nimrod* regnum condidisse fertur post dispersionem babylonicam.

*Successores* Nimrodi per duo secula & ulterius obscuri.

*Amraphel*, Abrahami temporibus rex fuit in Sinear, quo nomine olim Chaldæa fuit appellata.

*Arabes* in Chaldæa regnant per CCXVI. annos, sub VI. regibus.

*Belus* extinctis Arabibus regnat.

*Successores* diversimode assignantur usque ad Nabonassarum; alii Chaldæos Assyriis, alii Medis tunc fuisse subjectos dicunt.

*Nabonassar* imperium restaurat, excusso Assyriorum dominio, ex quo celebris *era Nabonassaræ* initium capit a. M. 3203. C. n. 745.

*Successores* obscuri & varii adducuntur. Inter quos *Merodach* in scriptura sacra memoratur, Hiskia ex morbo liberationem gratulatus a. M. 3229. a. C. n. 719. *Esai. 39, 1. 2. Reg. 20, 12.* Porro unus inter est *anonymus*, qui Manassem regem Judæ in vincula Babylonem duxit, 2. *Chron. 33, an Assarhadinus* fuerit, disputatur. Imo Herodotus & *Semiramidem* in hæc tempora imponit Lib. 1. c. 184.

*Nabopollassar* societate armorum cum Medis, Sardanapalum adortur, & Ninivem expugnat a. M. 3345. a. C. n. 603. quo bello durante, & omnes

in

vid. Genes. cap. 14.

vid. p. 60.

a b c



BABYLONIORKVII.



III



a b c

in oris vicinis qui supererant reges, Judæorum, Palæstinorum, Idumæorum &c. ipsius imperio subiecti fuerunt, licet cito rursus deficere conarentur.

*Nebucadnezar* successit a. M. 3346. a. C. n. 602. is superstitie adhuc patre, res in Syria administraverat, & rebelles Judæos, Palæstinos &c. ad officium redegit, vid. pag. 86. seq. Aegyptios magno proelio vicit, tandem in senecta, ingentis suæ superbix pcenas insania & victu siluestri dedit, qua de re varix variorum sententiæ, v. ARTOPŒVS in *Diss. de furore Nebucadnesaris*, LÖSCHER, KIRCHMAIER *de Metamorphosi Nebucadnezaris*, IACOB. THOMASIVS *de transformatione hominum in bruta*, & omnes interpretes ad *Danielis* cap. IV.

*Evilmerodach* succedit a. M. 3389. a. C. n. 559. qui pro patre mentis impote regnum administrabat, Jechoniam ex captivitate dimisit, triennio antequam succederet.

*Neriglissar*, antecessori per insidias perempto succedit, licet de isto rege multa sit controversia.

*Laborosardochus* juvenis, nono statim dominationis anno trucidatur.

*Nabonnedus*, aliis *Belsazer* Daniellis, aliis *Darius Medus*, alii utrumque falsum esse dicunt; quicquid hujus sit, hoc certum, ultimum fuisse regem, quem *Cyrus* bello captum devicit.

[5. *Finem*, qui contigit a. M. 3412. a. C. n. 536. si vero de duratione hujus regni quæras, varias variarum accipies responsiones, ut patescere potest ex scriptoribus supra pag. 101. in medium adductis; quibus adde PERIZONIVM in *Originibus Babylonicis*, STRAVCHII *Breviar. Chronol. cap. 24.* SCHVLTETV.M in *Diss. de Dario*

a b Medo..

III. AS

vid p 110



## a III. ASSYRIORVM; hic rursus notamus

1. ἑπιχειριων; quod pag. 100. seq. de historia Babyloniorum diximus, idem & hic de Assyriorum monendum est; mira enim & in rebus Assyriacis, inter historicos veteres & recentiores discrepantia, qui neque in regum numero & successione, neque in assignanda imperii duratione consentiunt; nec in iis Assyriorum regibus, quos scriptura Sacra memorat, res cuncta expedita, cum interpretes tam in numero quam ordine & ætate illorum maxime differant, nec dilucide ostendere possint, an ante, an vero post defectionem Medorum flourerint, ceu videre est apud citandos infra suo loco, obscura enim omnia & pleraque dubiæ sunt fidei, quæ de Assyriorum rebus traduntur.
2. Originem & natales nationis; Assur Gen. X, 10. pro factore hujus gentis vulgo habetur, at vero, cum interpretes mirum in modum disputent, an vox Assur de homine, an vero de regione accipi debeat, in incerto manet, quicquid etiam de prima Assyriorum origine controvertitur, v. BOCHARTI *Phaleg*, L. 4. c. 12. PERIZONIUS *Loc. cit.* c. 4. ABEL in *Hist. Monarchiarum* L. I. c. 7. SCHROEER in *Hist. Imperii Babylonis Sect.* 2.
3. Initium regni, quod alii ab Assure, alii a Nino deducunt, res omnino inexpedita.
4. Reges, hos in duas dispescimus classes
  - A. Qui in historia profana recensentur
 

*Belus*, qui primus rex a nonnullis nominatur.

*Ninus* patri successisse dicitur, sed quot annos regnaverit, incertum est & manebit.

*Semiramidis*; res imprimis torquent eruditos, alii singula fere inter fabulas referunt, v. WALCHII *Diss. de fabulosa Semiramidis historia*, alii famosam hanc foeminam plane in virum transformant, v. ABEL *Loc. cit.* c. 7. §. 7.

Ninyas











a b c d *Ninyas* otiose & voluptuose vixit, cuius  
*Successores* XL. ultra mille annos, nil nisi nomina  
 reliquerunt, apud *Eusebium* aut *Syncellum* legen-  
 da. Hinc sunt, qui putant, regnum Assyrio-  
 rum, modica vi intra Nini mœnibus fuisse in-  
 clusam; retinent vero & commemorant illa  
 nomina scriptores compendiarîi nonnulli, ut  
 filum sint, ad quod historia reliquorum gentium  
 contemporanea decurrere possit.

*Sardanapalus*; nec circa hujus regis historia minor  
 occurrit controversia; alii non nisi unum Sarda-  
 napalum agnoscunt, alii duos fuisse statuunt,  
 unum mollem ac effoeminatum, alterum stre-  
 num & virilem, & ultimum huic tempori vin-  
 dicant; hinc quicquid *Ctesias* de isto rege ejus-  
 que antecessoribus habet, & quæcunque de ejus  
 epitaphio afferuntur, ut & ejus generis aliis, com-  
 menta otiosorum ingeniorum reputantur. Sed  
 quicquid horum sit, illud ex vulgari sententia  
 tenendum, regnum Assyriorum sub Sardanapalo  
 exspirasse, licet in re ipsa æque ac in circumstantiis  
 mirum in modum variant scriptores.

[B. Quorum in *Scriptura S.* mentio fit, sequentes sunt:  
*Pbul*, cui circa a. M. 3180. a. C. n. 768. Manahem rex  
 Israel tributum fert, 2. *Reg.* 15. 1. *Chron.* 5.

*Tiglatpilesar* a. M. 3209. a. C. n. 739. tribum Naphtali  
 & finitimos Judæos abducit, 2. *Reg.* 15. 1. *Chron.* 6.

*Salmanassar* a. M. 3227. a. C. n. 721. reliquos Israelitæ  
 in Assyriam traducit, 2. *Reg.* 17. seq.

*Senacherib* a. M. 3233. a. C. n. 715. Hierosolymam  
 frustra obsedit, 2. *Chron.* 31. seq. 2. *Reg.* 18. seq.

*Affarhaddonis* mentio fit *Et.* 37, v. 38.

5. *Finem*, qui vulgarem sententiam sequuntur, in Sar-  
 danapalo illo effoeminato puta & molli, funditus exspi-  
 rasse regnum Assyriorum tradunt; alii tamen negant  
 O Assy.



c b Assyriorum imperium sub Sardanapalo, quem As-  
sarahaddonem esse putant, deletum, quin imo diu post  
Medorum defectionem superfuisse statuunt. Sed hæc  
potiora sufficiant de rebus Babyloniorum & Assyriorum;  
alia plurave, plures etiam & alii reges apud alios le-  
gantur, quibus nos, utpote in re inextricabili, litem non  
movemus. Legat cui volupe est *ARTOPOEVUM de*  
*summis orbis imperiis, Diss. I. & II. ELENDE in Diss. de*  
*Assyriaci regni primordiis, SCHURZFLEISCH. in Diss.*  
*de Nino urbe, & de primordiis Assyrio-Chaldaeorum, ABEL*  
*Loc. cit. L. I. c. 7. SCHROEER. Loc. cit. Sect. IV. 10.*  
*CRAVSIVS in Diss. de Ninive amplissima Assyria urbe.*

V. MEDORVM; Hæc quoque notamus

1. *Επιγειον*; nec in historia Medorum res cuncta ita  
expedita, quin diversimode hic etiam sentiant eru-  
diti; nos *Herodoti* auctoritatem sequimur, lege *AR-*  
*TOPOEVUM Loc. cit. Diss. III. ABELIVM Loc. cit.*  
*cap. 9.*

2. *Originem* Medorum, ex confessione omnium derivatur  
a *Medai*, filio Iapheti, qui gentis hujus autor existit,  
non vero a *Medo Iasonis* s. *Aegei* filio, uti græci fa-  
bulantur.

3. *Initium* regni Medorum ignotum est, nisi quod *Dio-*  
*dorus Siculus* L. XI. meminit *Pharni* regis, quem a  
*Nino* Assyriorum rege victum & cruce affixum tra-  
dit; *Medisque* tunc durissimum servitutis jugura  
impositum videatur; unde factum, ut *Medi* omni-  
um primi ab Assyriis defecerint, peculiare sibi reges  
creando; an vero sub *Sardanapalo* id factum fuerit,  
an sub *Senacheribe*, docti adhuc disputant, v. *ABEL*  
*Loc. cit.*

4. *Reges*; nec in numero ac successione illorum, histo-  
rici veteres æque ac recentiores conveniunt; nos  
*Herodotum*, ut jam prædiximus, sequimur. Postquam  
*Medi*, duce *Arbace* aut *Arbiane* defecissent, ali-

quan-



Ein Dissertatio de rebus Babilonicis et Assyriacis quarum  
scriptura sacra et Herodoty mentionem facit.







a b c  
 quandiu sub *autovouia* vixerunt, h. e. liberi & iu-  
 juris fuerunt; deinde, reges sibi elegisse feruntur, in-  
 ter quos primus

*Dejoces*, electus a. M. 3239. a. C. n. 709. qui novas  
 leges dedit, Ecbatanam caput regni ædificare coe-  
 pit, & regni limites extendit.

*Phraortes* (forte *Arphaxad*) succedit patri a. M. 3292  
 a. C. 656. is Ecbatanam absolvit, multas natio-  
 nes sibi subjicit, tandem, cum ipsos quoque Assy-  
 rios aggredereur, victus & occisus est.

*Cyaxares*, nonnullis *Asterus*, ab a. M. 3314. a. C. n. 634. pa-  
 rentis necem ulturus, bellum cum Assyriis conti-  
 nuat, eos vincit, & Niniven obsidet & expugnat;  
 Lydorum quoque regem Halyatten bello petit, pax  
 vero facta, Halys fluvius utriusque regni termi-  
 nus constituitur.

*Asyages* a. M. 3355. a. C. n. 593. succedit; & de hoc  
 rege variae variorum sunt sententiae, an antecesso-  
 ris fuerit filius, quibusque viis regnum adeptus sit,  
 & quae sunt alia si vera sunt, quae Herodotus nar-  
 rat, filia cum sollicitum reddidit, ne ipsum aliquan-  
 do regno deiceret, unde eam Persae cuidam in  
 matrimonium elevarunt, filiumque ex ea na-  
 tum Cyram, omni modo e medio tollere tenta-  
 vit; qui tamen mirabiliter conservatus, simul ac  
 adolevit, conspiratione facta, throno avum de-  
 jecit vitam tamen illi concessit.

5. *Finem*, qui contigit a. M. 3391 a. C. n. 557. *Scripto-  
 res* huc spectantes eosque recentiores, supra jam propi-  
 navimus; antiqui sunt *Herodotus Lib. I. Diodorus Siculus  
 L. 2. c. 32. seq. Iustinus Lib. 1. alii.*

V. LYDORVM, ubi notamus

f1. *Originem*; *Ludum Semi filium*, Lydis vicinisque gen-  
 tibus natales dedisse, non vane persuasum habent




- a b c nonnulli, licet alii aliter sentiant, ut legere est in HORNII *Arca Noe* pag. 78. seq. ABELII *Historia Monarchiarum* L. 1. c. 10. §. 6.
2. *Initium regni*; durante jam regno Babyloniorum & Assyriorum, regnatum fuisse apud Lydos, ex Herodoto discimus, licet difficile sit, regni hujus initium definire velle.
3. *Regum dynastias*, quarum est
- a. *Atysidarum*, in hac primus fuisse dicitur *Atys*; obscura hic omnia & incerta, neque constat quot eorum fuerint & quo ordine successerint; vulgo dicitur, hanc dynastiam durasse usque ad a. M. 2729. a. C. n. 1219.
- b. *Heraclidarum*, ab Hercule conditore hujus familiae, qui per annos CCCCXV. regnasse dicuntur apud Herodotum, adeoque usque ad a. M. 3234. a. C. n. 714. horum etiam ordo, series, numerus & nomina satis incerta, res vero gestae maximam partem incertae & incognitae.
- c. *Mermnadarum*, qui & ipsi Heraclidae, ex linea Agelai; horum primus *Gyges* a. M. 3239. a. C. n. 809. occiso Candaule, regnum ejus & matrimonium invadit, vicinos asiaticos bello petit & sibi subjicere conatur. Fabula de annulo Gygis.
- Ardys* patri successit a. M. 3272. a. C. n. 676. Prienen expugnavit, Mileti fines bello vastavit, a Cimmericis vero acie victus fuit, Sardibus quoque expugnatis praeter tamen arcem.
- Sadyattes* patris successor a. M. 3321. a. C. n. 627. Milesios bello sollicitat, ipse Cimmericorum tributarius.
- Alyattes* a. M. 3333. a. C. n. 615. bellum, quod pater contra Milesios gesserat, continuat, Smyrnam aliaque loca sibi subjicit, Cimmericorum jugum excus-



Videlicet III de Offic: cap 9 et quod in materia de annulis adducit  
Fabricius in Bibliographia Antiquaria cap XVIII porro videat Kirck-  
mannus et alij de annulis Gafarelly in Curiositatibus in auditis

Capitulum







a b c cussit, & potentior antecessoribus factus, multas parvas & confines nationes suæ ditionis fecit; cum Medis sexennale bellum magna atrocitate gessit ab a. M. 3338. a C. n. 610. tandem ubi uterque exercitus in acie staret, inopinata eclipsis solaris a pugna utrumque revocavit, pace insecuta, conciliatore Labyneto s. Nebucadnezare.

*Croesus* patri succedit a. M. 3388. a. C. n. 560. rex omnium sui temporis ditissimus; is statim omnes græcas civitates in minori Asia, armis sibi subjectas reddidit, Medos, Babylonios atque Aegyptios, confederatos habuit; Tandem Medis & Babylonis contra Cyrum opem laturus, æquo Marte primum contendit, deinde vero præter spem, in regia sua, Sardibus obsessus & a Cyro captus fuit. Quæ vulgo de Croesi colloquio cum Solone adducuntur, ficta esse, cordatiores affirmant.

5. *Finem*; Croeso prædicta ratione ad incitas redacto, & regnum Lydicum eversum fuit a. M. 3403. a C. n. 545. Scriptores huc spectantes sunt ex veteribus *Herodotus Lib. 1. Justinus L. 1. c. 7.* & ex recentioribus *DORNMEIER in Diff. de regno Lydorum, ABEL Loc. cit. MICRAELIVS in Hist. Polit. L. I. pag. 118. seq.*

VI. PERSARVM; in horum historia notamus

1. *Originem*; Persarum antiquissimorum natales ignoramus, quod ante Cyri tempora, neque Moses, nec alius quicumque scriptor sacer vel profanus, Persarum meminert, nomen Persarum enim Cyri ætate primum invaluit; ante illam, Persidis incolæ, *Elamita* dicti, quorum urbs *Elimais*, & regio *Elam*, magnam Persiæ partem complexa est; Elymæorum s. Elamitarum nomen repente in *Persas* transit, auctore Cyro, videlicet ab equestri studio, ex peditibus enim equites fecit; hinc pro Elamitis impostero dicti fuerunt *Persæ*, ab ebraico & arabico *paras*, quod

O 3

equum

*Persia hodie appellatur Persia*



a b c equum & equitem significat, hinc *Persa* idem ac *eques*, v. HORNII *Arca Noe* pag. 96. seq.

II. *Statum ante Monarchiam*; antiquis illis Elamitis semper proprii fuere reges, quorum mentio fit *Gen. 14, 1. Jerem. 25, 25.* & apud *Strabonem* Lib. 16. reliqui obscuro & incerti. Postea, Medis subiectos vel ad junctos fuisse Persas constat quod *Medi & Elymææ* frequentius in sacro codice connectentur, ceu pluribus comprobatur BOCHARTVS in *Pheleg. L. 2. c. 2.*

III. *Statum sub Monarchia*; ubi notamus

1. *Initium* monarchiæ autore *Cyro*, qui eam fundavit, devicto *Astyage Medorum*, & *Dario Babyloniorum* rege, ut supra pag. 103. & 107. edoctum.
2. *Reges*; neque hi commemorari possunt, quin etiam de doctorum diversis sententiis fiat mentio, præsertim vero quod *Cyrum & Xerxem* spectat, v. *ARTOPOEVVS* *Loc. cit.* & imprimis *Diss. de Xerxe*, *ABEL* *Loc. cit. L. 1. c. 9. §. 3.* Nos vulgari ordine & serie eos disponemus.

*Cyrus* a. M. 3391. a. C. n. 557. *Astiagem* debellat; a *Croeso* armis petitus a. M. 3398. a. C. n. 530. *Babylonem* capit *Dariumque* persequitur, & post VII. annos *Judais* potestatem concedit redeundi in patriam a. M. 3420. *Scythis* bellum infert, a quibus, sequenti anno victus & occisus vulgo dicitur.

*Cambyfes* succedit patri; is ob repulsam *Amastivæ* *Aegypti* regis filiam, armis hunc aggreditur a. M. 3426. a. C. n. 522. qui dum vita interim defungere-  
tur, *Psammenitum* proelio *Cambyfes* vincit, capit, regnumque *Aegypti* subjugat; ab *Acchiopibus* contra magna clade afficitur; Hæc dum fiunt, *Magi* in *Persia* regnum invadunt, *Smerde* (quem *Cyri* filium esse ajebant) in regem electo; quam injuriam



Trans Pontum Euxinum habitantibus specialiter nomine Maspa  
geti Tritis

Hodie Abyssinien

Hominum genus penes quos cultura artium respidebat vulgo Philosophi dicitur  
de quibus videatur Herodotus et Historia Philosophica



Intellige hic tractus ubi hodie Wallachia Transilvania Hungaria  
Bosnia in vicinis populis. Semper ipse vero describit Nepos  
in vita Miltradii

Hodie mons Sants in peninsula cuius isthorum Alpes perfodit  
hodie hic multe monasteria Graecorum videntur. Videat Luhnii  
dissertatio sub titulo Athos sanctus 1704.



a b c d  
 a b c d  
 juriam ubi Cambyfes vindicare studet, in Syria  
 suo ipsius gladio vulneratus, moritur.

*Darius Histaspis*; cum Persarum proceres impo-  
 suram Magorum cognovissent, coniuratione  
 facta Pseudosmerdem interficiant, Darium re-  
 gem sibi creantes a. M. 3429. a. C. n. 519. Hic  
*Babylonios* rebellantes, quinquennio post ad of-  
 ficiam redire coegit. *Scythas* in Europa trans Istrum  
 habitantes a. M. 3439. a. C. n. 509. bello adori-  
 tur, aduerso tamen successu. *Iones* rebellantes, terra-  
 marique oppugnati, difficulter in ordinem redi-  
 guntur, quibus dum Athenienses auxilia mittunt,  
 bellum inter *Græcos* & Persas exoritur, in quo hi  
 ad Marathonem vincuntur a. M. 3459. a. C. n.  
 489. Quarto post anno *Aegyptii* a Persis deficiunt,  
 contra quos, cum Darius proficisci vellet interea  
 moritur.

*Xerxes* successor parentis a. M. 3664. a. C. n. 484.  
 sequenti anno *Aegyptios* adoriatur & in arctiorem  
 servitutem redigit; biennio post *Græcis* bellum  
 infert, montem *Athos* perfodit, cum exercitu nu-  
 merolissimo Hellespontum transit a. M. 3470. a.  
 C. n. 478. ad *Thermopylas* insigni clade vincitur  
 & fugatur, idem fatum habuit anno sequenti *Mar-*  
*donius*, dux Persarum in Græcia relictus; eodem  
 anno & classis Persarum a Græcis ad Mycalem, &  
 post novem annos ad fluvium Eurimedontem vin-  
 citur & profligatur.

*Artaxerxes Longimanus* patri interemto sufficitur  
 a. M. 3485. a. C. n. 463. fratrem *Darium* falso par-  
 ricidii accusatum trucidat, fraude vero detecta,  
 Artabanum auctorem e medio tollit. *Aegyptios*,  
 qui interim defecerant, per duces, post grave bel-  
 lum, in ordinem redigit a. M. 3490. a. C. n. 458.  
 Inter-

p. 1750

p. 156

p. 177

p. 177



a b c d Interea & cum Græcis pacem fieri jubet, rebus suis  
in summo discrimine versantibus.

*Xerxes II.* succedit parenti a. M. 3525. a. C. n. 423.  
quem sequenti anno

*Sogdianus* frater e medio tollit, & hunc anno se-  
quenti

*Darius Nothus*, hic foedere cum *Lacedæmoniis* invito  
copias & auxilia contra Athenienses mittit, eo tem-  
pore, quo bellum Peloponesium gerebatur. *p. 177 page*

*Artaxerxes Mnemon* patris successor a. M. 3546. a.  
C. n. 402. cui frater *Cyrus* de imperio negotia  
faceffit, Lacedæmoniorum auxiliis suffultus, sed  
triennio post vincitur; duravit dehinc per ali-  
quot annos bellum inter Persas & *Lacedæmo-  
nios*, usque dum pace Antalcida (a legato sic di-  
cta) lis omnis componeretur a. M. 3563. a. C.

n. 385. Sequenti anno *Cypri* regem *Evagoram*, *p. 305*  
bellum Persis attentantem, classe vincunt, & pa-  
ce insecuta eo adigunt, ut regis Persarum impe-  
rio parere cogeretur. Circa a. M. 3576. a. C.  
n. 372. ingenti manu contra *Aegyptios*, terra ma-  
rique Persæ movent, sed discedere coguntur;  
brevi ante mortem *Artaxerxis*, multi Asiatici po-  
puli, & Satrapæ nonnulli, a fide deficiunt, quo-  
rum tamen alios rex muneribus, alios armis ad of-  
ficiam redegit, quosdam fraude per alios e me-  
dio tollit. *Tachos* ægypti rex, dum contra Per-  
sas bellum gerit, regno domi exiit, sed adepta  
ab *Artaxerxe* præteritorum venia, & auxilia ad re-  
cuperandum regnum impetrat. *Conf. p. 156*

*Artaxerxes Ochus* succedit patri a. M. 3589. a. C.  
n. 359. crudelis & atrox; *Phœnices*, *Sidonii* &  
*Cyprii* rebellantes in ordinem rediguntur, deci-  
mo regiminis sui anno, & sequenti contra *Ae-  
gypti-*


a b c d

gypti-



ab excellentissima memoria sic dicto







a b c d gyptios movet eosque in ditionem recipit, Iu-  
dæos quoque illinc in Mediam transportat.

*Arses*, parenti veneno sublato, sufficitur a Bagoa  
militum præfecto a. M. 3611. a. C. n. 337. quæ  
sentiens periculum sibi imminere, regem cum li-  
beris, quadriennio post e medio tollit.

*Darius Codomannus* a Bagoa in regnum collocatur  
a. M. 3614. a. C. n. 334. quem Darius cogit, ut  
venenum ipse bibat, quod regi propinare insti-  
tuerat. Dehinc nuntio accepto, de Græcorum  
apparatu adversus Persas bellico, exercitum con-  
trahit, adversa tamen fortuna usus, vincitur enim  
primo ad amnem Granicum a. M. 3616. a. C.  
n. 332. sequenti anno in Cilicia, biennio post ad  
Arbela in Media; Hinc Darius in Bactrianiam se  
recipit, ubi a Besso interficitur a. M. 3620. a. C.  
n. 328.

3. *Finem*, qui contigit devicto, & ut prædiximus, in-  
terfecto Dario.

**IV. Statum post monarchiam sub variis dynastiis,**

1. *Macedonum* sub Alexandro M. qui postquam vi-  
cticia ubique arma, quaqua versus circumtulisset, Baby-  
loniæ moritur a. M. 3627. a. C. n. 321. quo defuncto,  
ducibus provinciæ imperiî administrandæ dantur; qui  
dum in partes eunt, armisque se invicem petunt, Anti-  
gonus Persiam sibi subjicit, eamque in Prouincias distri-  
buit a. M. 3635. a. C. n. 313. quam & Seleucus tenuit,  
ejusque successores reges Syriæ.

2. *Parthorum*; hi, duce Arsace (hinc Arsacida reges di-  
cti) inter ciuiles Syriæ regum dissensiones, rebellant, &  
Persiam invadunt circa a. M. 3710. a. C. n. 238. atque  
sic Arsaces rerum in Persis potitur, cum successoribus  
xxv. per aliquot secula; qui cum Syris & Romanis varia  
& gravissima bella gesserunt; seriem, nomina & res ge-  
stas optime recensuit MICHAELIUS in *Historia Politica*

P

Lib. 3.

p 178

p 129

p 131 2 135



a b Lib 3, p. 461. seq. conf. Tom IV. Hist. Puffend. c. IV. plura lege in REINECCIUS *Syntagmate de familia regum Arsacidarum.* Duravit hæc dynastia usque ad a. post. C. 228.

3. *Persarum.* Artaxerxes tenui sorte natus apud Persas, rebellat, & post aliquot proelia Artabanum fundit a. C. citato; atque sic genti Persarum vetus imperii gloria restituta est. Habuit itaque Persia ex gente sua reges XLIII. ad a. C. 632. quibus cum Romanis, Græcis, ac tandem cum Sacracenis diu multumque fuit belligerandum. Nomina, seriem ac res gestas propinat MICRAELIVS *Loc. cit. p. 465. seq. Tom. IV. Hist. Puffend. Loc. cit. p. 407. seq. & pluribus P. BIZARVS in Hist. rerum Persæ. qui omnia ex antiquis collegit, SCHICKARDIVS in Tharich. conf. p. 118.*

4. *Saracenorum;* huiusmodi Persarum regi Iezdegirdo inferunt bellum duce Otmanno, qui victoria potitus, regem ad oppidum Mergam occidit, proinde Persiam occupat; cuius memoriæ ergo *axam* instituerunt, quam Iezdegirdicam appellarunt, & adhuc ea Persæ hodierni utuntur. Persia dehinc Caliphæ Babylonio fuit adjudicata, duravitque hæc dynastia usque ad a. C. circiter 1040. Quemadmodum vero omnis Saracenorum historia intricatissima est, pari ratione & sigillatim de rebus in Persia gestis, parum aut nihil certi scitur; qui igitur hic sitim velit restringere suam, is scriptores rerum Saracenicæ. Turcicarum haurire debet, & colligere, quæ ad rem præsentem forte occurrunt. Illud nos addimus: seculi IX. medio, Iacobus quidam, tenui sorte natus, summam sibi acquilivit potestatem, Persiamque Caliphæ eripuit, eamque nomine *Sultanatus*, ad fratrem Hamerum transmisit, quem evertit circa finem seculi Calipha Matazed. Sub initium sec. X. Persæ iterum peculiare sibi reges præfecerunt, qui eam rexerunt usque ad medium sec. XI.

a b V. MICRAELIVS. *Loc. cit. p. 481. seq. Lehrs in Hist. de monarchia Saracenicæ e nummis 5. Tur. multa ex regis habet ad Hist. seculi VIII & IX pertinentia*

*Cardo Strabonum in Tom. pendio Chronologicis ubi plura*

*p. 235.*

*p. 124.*



Intra hoc Cofraes / my qui sub initio Seculi VI regnavit eo regnante  
quidam privatus ingeniosus illud ludum quem Cath. Hinc vocamus  
invenit que cum sep ille admodum delectaretur, nomen illud Cath.  
Hinc adopto est.

dem,

ca  
ang



Et imprimis Mallenberg in de beschreibung der Oeffnen  
Kantonn, cujus etiam inspicere.

Probabile admodum videt, nomina ista orta esse à signis militariis,  
quibus istae factiones in vicem sese distingunt, pari ratione ut olim  
in Anglia audita est de factione rosa rubra et rosa alba vid  
p 237.



- a b 5. *Turcarum*. Dum <sup>de Persarum</sup> ~~Galipha~~ Babylonin Mahommed, Turcas, sub duce suo *Togrulbec*, (quem græci *Tangrolipicen* vocant) adversus <sup>et Saracenos</sup> græcos in auxilium vocaret, Turcz adversus <sup>Persarum</sup> Saracenos arma convertunt, Persiam Babyloniamque sibi subjiciunt, easque possident usque ad a. 1220.
6. *Tartarorum*, sub triplici dynastia <sup>148</sup>.
- a. *Ante Tamerlanem*; obscura sunt omnia, quæ de ista Tartarorum dynastia passim leguntur, nec enim in nominibus, multo minus in serie regum conveniunt scriptores, in eò tamen universalis fere consensus, sub initium sec. XIII. floruisse in partibus orientalibus principem quendam Tartarorum, qui *Zingis* vel *Gingiz Chan* vocatur, & Persiam, Sinam, aliosque vicinos tractus occupasse dicitur; huic perpetui successores adscribuntur usque ad seculi XIV. finem, sed tam diversa ratione, ut vix appareat, cui tuto subscribere possis, legat, cui volupe est, *HORNII Arcam Noe pag. 250. seq. MICRAELIVM Loc. cit. Lib. 3. p. 453. seq. Tom. IV. Pufendorffii Introd. p. 461. seq.*
- b. *Tamerlanidarum*; quem alii *Tamerlanem* vocant, is aliis *Timur* appellatur, nec in designando ejus genere & origine conveniunt scriptores, v. *BOECLERI Diss. de Timure, MICRAELIVS Loc. cit. pag. 456. seq.* illud indubium, ex Tartaris duxisse natales, eumque circa finem sec. XIV. res Tartaricas ad summum perduxisse fastigium, & postquam Bajazethem horribili clade vicisset 1499. omnes fere orientis provincias sibi subjecit, inter quas & Persia. Ejus posterì, cum internis dissensionibus se invicem premerent, ansam dederunt, ut circa initium sec. XV. Persia, Babylonia, alique tractus iis eriperentur a Tartaris Zagatais, duce *Caraisus*, Tamerlanis propinquo, factionis illius, quam *nigri arietis* vocant, nominis ratione incerta.
- c. *Post-Tamerlanidarum*; Sub medium sec. XV. Tamerlanis pronepos Abuzayd, Persiam recuperasse dicitur,

p 142 seq

repressis Saracenis laudem,

p 150 lege huius Mors. de la  
Gros Histoire de Zingis Chanlege huius Mors. de la  
Histoire de Timur

p 146



a b multisque provinciis auctam, Tartariæ iunxisse dicitur, quem tamen cito rursus ab *Usumcassane*, ex factione *arietis albi*, victum, captum & necatum fuisse, sunt qui tradunt, ex quo tempore *Famerlanidæ* e regno *Persia* exclusi dicuntur. Ex *Usumcassanis* posteris, qui varia, cum invasoribus, de summa rerum gesserunt bella, sub initium *sec. XVI.* celebratur *Schach* s. *Sophi Ismael*, quoad patrem ex factione nigri arietis, quoad matrem ex albi originem ducens, is passim locorum, doctrinam de *Haly*, *Mohammedis* generi mira vitæ sanctitate commendavit, eaque fraude effecit, ut confluentibus ad eum undiquaque sectatoribus, justum colligere posset exercitum, cuius ope magnam orientis partem occupavit, ipsam inter eas etiam *Persiam*, transmittendam ad posteros, quorum series hæc est: *Tahmas* successit 1528. voluptuosus, mercator potius quam miles, hinc multarum provinciarum jacturam fecit in bello cum *Turcis*. *Ismael* patri succedit 1575. sed quod cædibus fratrum procerumque regnum auspicaretur, inque hypotheses *Turcarum* videretur propensior, veneno necatus interiit. In ejus locum *Mahomet* frater 1576. susceptus ad regimen quidem parum aptus, oculis enim laborabat, nihilo minus per duces, *Turcas* a victoriarum cursu retraxisse perhibetur; Successorem habuit filium *Hesma* aliis *Hempta* 1584. manu tonsoris necatum post VII. menses, quem frater *Abbas I.* conduxerat, crudelis & in tres suos filios, quos excoecari & necari iussit; de cætero in bellis, quæ contra *Turcas*, *Indos*, & *Portugallos* gessit, admodum felix, & legatione ad *Rudolphum Imp.* 1600. missa, etiam apud externos aliquam sibi comparavit famam. Huic 1629 successit *Sefi*, nepos ex filio *Myrsa*, juvenis adhuc, crudelis tamen & infamis cædibus ac voluptatibus. *Ervam* urbem *Turcis* quidem eripuit, sed *Babyloniam* amisit; Successor ejus fuit *Abbas II.* filius & puer XIII. annorum, regnavit ab a. 1641. magna

p122

p146

magna



Notandum hic est. eam uxorem. Desponam, filiam fuisse Joannis  
Regis Trapezuntini, proinde natione Graecam et professione Xpi.  
anem, ex hoc matrimonio nata est, Mattha quam Matrimo-  
nio sibi junxit Hadueller, Pater Sophi Smellio.



Hujus postea circa annum 1737. ~~seu~~ contra Persas arma  
moverunt, sed vi Regis Persarum, post gravem obsidionem  
Candahar, in ordinem redacti fuerunt, principes vero illi in  
carceres suos conjacti

eo quidem cum successu ut anno 1729 Corasium claudibus afflictum  
episcopo bonumq. majorum conficere valuerit. Cum vero Rex brevi  
post cum Turcis pacem satis ignominiosam concludere niteretur,  
supremi militum praefectus Chulicab ad regem rebellionem  
concoctavit, oculisq. privatum carcere includit ac demum 1739.  
Regem cum tota familia in medio sustulit, posteaquam jam  
anno 1736 in Regem se proclamari Persas iussisset; de bello eij  
in Regno Mogulensi dictus p. 150.











b magna cum laude, sub cuius regni auspicio, Persia motu terræ vehementissimo, maximam oppressorum hominum multitudinem amittit; dehinc vino admodum deditus, crudeliter sævit, cum Indis feliciter pugnat, successorem relinquens 1666. *Sesium II.* filium, voluptatibus & solitudini magis quam rebus imperii addictum; hic, ex morbo gravissimo restitutus, novum *Solimanni* cognomen adsumsit, more orientalium superstitioso; 1674. Bagdadum obsidet, sed rejicitur a Turcis. Patri successit 1694. *Solimannus II.* voluptatibus maxime deditus, hinc incapax factus, qui debite regnum administraret: proinde varia subire debuit fata; 1718. Arabes hostiliter Persiæ fines invadunt, Ormumque obsident, sine tamen successu; ab a. 1720. passim contigerunt rebelliones variaz, quas in usus suos convertit Tartarorum, in vicina provincia *Candahar*, princeps *Way*, vulgo *Miriways*, qui valida manu Persiam adgressus, proelioque 1722. commisso, Persas vincit, regiam urbem invadit, regem cum regia prole capit, eumque vel obtruncat vel carceribus mancipat, utrumque enim dicitur; filius regis *Tahmas* fuga elapsus, exercitum conscribit, omnemque de regno recuperando movet lapidem; dum interea invalor regni 1725. fraude ducis hactenus sui, *Esref* dicti, e medio tollitur; hic, ducta regis dejectæ filia, regium sibi nomen & diadema sumit, eoque ad præsentem annum 1729. utitur, *Tahmasio* interea hinc inde cum affeclis oberrans,

*Scriptores* pro diversitate periodorum varii sunt. Ad antiquiora tempora spectant, quæ in prophetis *Daniele*, *Zacharia*, *Haggao* & *Malachia* huc pertinent; porro liber *Esdra* & *Nebemia*. Ex profanis *IOSEPHVS* in *Antiquit. Iudaicis*, *HERODOTVS*, *XENEPHON* in *Cyropædia*, *THUCYDIDES* in *Hist. belli Peloponnesiaci*, *DIODORVS SICVLVS*, *IUSTINVS*, *NEPOS* in *Vitis Imperatorum graecorum*, *PLVTARCHVS* in *Crasso*, *CURTIVS* in *rebus Alexandri M.*; *SVETONIVS*, *TACITVS*,

P 3

CITVS;

et fratris sui filii



CITVS, XIPHILINVS, HERODIANVS, ZOSIMVS, EUTROPIVS, & *Scriptores Historiæ Augustæ* suis locis; PROCOPIVS *de bello Persico*, AGATHIAS, NICEPHOR. CALLISTVS, CEDRENVS, alii. Ad ætatem Saracenorum & Tatarorum, usque ad medii ævi & recentiora tempora, pertinent *Scriptores rerum Persicarum* junctim editi 1601. f. & quæ collegerunt CVRIO & ELMACINVS in *Hist. Saracenica*, LEONCLAVIVS in *Hist. Musulmannica*, DRECHSLERVS in *Chronico Saraceno-Turcico*, THVANVS in *Hist. Sec. XVI.* & quos supra allegavimus. GOTHOFREDVS in *Archontologia*, OLEARIVS in *der Persianischen Reise-Beschreibung*. Ea, quæ nuperis & adhuc durantibus motibus gesta sunt, propinant *libri menstrui*; evolve si placet, quæ scripta in *der Einleit. zur neuesten Historie Tom. I. pag. 697. seq.*

VII. ARABVM; circa horum historiam notamus

- I. *Originem eorum & natales*; duplicem genti huic amplissimæ originem adsignat BOCHARTVS *Geogr. Sacre L. 2. c. 15. seq.* a Ioktane Semi filio, qui cum XIII. filiis itidem populorum conditoribus, in Arabia felici initio consedit, ut ex locorum gentiumque nominibus clarissime apparet; alteram a Chus filio Chamî, quoad reliquos Arabes & Saracenos; licet alii aliter sentiant, quod indicio est, de origine Arabum eorumque rebus antiquis, nihil certi posse tradi; id tamen extra dubium, ex magna illa colluvie Arabum & Saracenorum, infinitam illam multitudinem pullulasse, quæ a mari rubro, Asiæ partes usque in Indiam, versusque occasum, Africæ ac Europæ partes ad mare internum, occupavit. *vid p/120 seqq*
- II. *Varias appellationes*; Arabes, Saraceni, iudem sunt, qui in scriptura sacra Sabæi, Ismaelite, alibi Hagareni, & in Africa Mauri appellati fuere, unde verò hæc nomina derivanda sunt, variz variorum sunt sententiæ, veriora nos edocuit V. C. G. JAC. KEHR in

in



Hic adde. Gronicon peregrinantis, quod Professori Hodie Lipsiae  
exspecto publicabit et Anonymi Histoire de la dernière Revolu-  
tion des Pays, qui libris recentissimas Historiam de Pace  
faciunt.

Sed non nisi qui Mauritianam incoluerunt, Alijque hac appellatione  
non venerunt







a b c in Diff. doctissima de *Sagracenis*, ubi plura ad hanc rem legas.

III. *Res gestas* secundum historiam

1. *Antiquam*, ab origine Arabum, usque ad tempora Muhammedis circa initium *sec. VII.* christiani. Quoad hoc intervallum, parum certi potest affirmari. Inter antiquissimos Arabiae reges, Diodorus Siculus *Lib. 2.* meminit *Ariaci*, quem Ninus debellavit; Idem Auctor confederatos Assyriorum fuisse dicit; Chaldaeos subjugasse ex *Eusebio Scaligeri p. 14.* discimus. Xenophoni mentionem facit *Maragdi*, qui *Labyneto* contra Cyrenaei auxilia tulit. Scriptura sacra duorum regum meminit, quorum potentia magna fuit, *Zerab* 2. *Chron.* 14, 9. alter *Tirbaka* 2. *Reg.* 19, 9. terra *Chus* enim putatur fuisse Arabia. Vincuntur ab Azaria R. *Jud.* 2. *Chron.* 26, 6. *seq.* subiguntur a rege Senacherib. v. *Herodot.* L. 3. c. 141. Hircanus, a Ptolomæo rege aegypti imponitur Arabibus circa a. M. 3769. a. C. n. 179. v. *Joseph. Ant. Jud.* L. 12. c. 4. infestantur ab Judaeorum principe Hircano ultimo, circa a. M. 3822. a. C. n. 126. *Joseph. L. cit.* Alexandrum regem Jud. Arabes vincunt a. M. 3859. a. C. n. 89. *Joseph. L. 13. c. 21.* Aretas rex arabum, Coelestiriam sibi subicit a. M. 3864. a. C. n. 84. paulo tamen post a Pompejo vincitur, *Joseph. Loc. cit. L. 14. c. 9.* *Plutarchus in Pompejo c. 11.* Infestantur ab Herode M. a. M. 3918. a. C. n. 30. *Joseph. Loc. cit. L. 15. c. 8. & de bello Jud. L. 1. c. 14.* Reliqua vel incerta vel fabulosa dabunt *POCOCKIUS in Specimine Hist. Arab.* *HOTTINGERUS in Historia Orientali*, & alii. Vide reliquos p. 128.

2. *Medii aevi*, scilicet a seculo VII. ad XV. quo temporum intervallo, *Saracenorum* nomine celebres fuerunt Arabes; heic vero notamus sequentia momenta ::

I. *Eras-*



a b c

I. *Progressus stupendos & invasiones varias,*

*Sec. VII.* anno 32. occupant Persiam, 34. Damascum, 35. Aegyptum, 36. Hierosolymam, 48. Rhodum, 72. Constantinopolim obsident, 73. classe græco igne cremata ibi vincuntur.

*Sec. VIII.* anno 13. Rodericum Gothorum in Hispania R. vincunt, eamque, maxima sui parte, successive occupant. A. 18. Constantinopolim obsident sed depelluntur. Abidira duce a. 25. Galliam ab Eudone evocati, invadunt, sed a Carolo Martello funditus cæduntur. A. 28. Siciliam invadunt, a. 29. in Italia grassantur.

*Sec. IX.* initio, luctuosa cum primis Saracenoꝝ rum ex Africa & Hispania invasio in Siciliam, Sardiniam, Corsicam, misere depopulandas, quin imo Italiam pene omnem terroribus implent, ipsam Romam a. 34. & 46. obsident, cœnobiumque Casinense, opibus instructissimum a. 84. deprædantur, cum nemo esset qui vim repulsaret.

*Sec. X.* Licet in varias partes, ut infra dicitur, hoc seculo distraherentur, nihilo tamen minus invasiones continuarunt; circa a. 10. Apuliam & Calabriam rursus invadunt, sed a. 15. profligantur; cumque vexare Italiam pergerent, circa a. 34. magna clade vincuntur, & a. 29. a Ranimiro II. Asturiæ Rege, 80000. eorum cæduntur. Pariratione & a. 82. ab Imp. Ottone II. in Italia magna clade afficiuntur.

*Sec. XI.* Dum Saracenoꝝ imperium dissensionibus variis concutitur, occasio christianis suppeditata fuit, de recipienda Hierosolyma cogitandi. Hinc a. 96. expeditio cruciata suscepta, pulsis antea a. 15. & 51. Saracenis ex Sardinia & Corsica, per Pisanos & Genuenses, a. 63. ex Sicilia per Normannos.

*Sec. XII.*

a b c d

p114  
p137e-138  
p182

p221

p182

p295

p304

p23

p290

p290

p125

p304

p295

109



\* Mathematicus quidam graecus adinvenerat ignem an uadis marinis  
ardentem quem singulis machinis nauticis navibus hostium ap-  
plicatis navis officio successu incendebat. Vide Salmasium  
p. 6. in antiquis deperditis et recentis inventis.



4. Hinc egregie nobis ex Mahomedanorum scriptis proponit relandus  
in der Handschrift von der Maximilianischen Bibliothek cui jungit Fabricii  
Dissertationem sub titulo Mahomed Religionis Asiaticae Libri. Reliqua  
clabunt scriptores Historiae ecclesiasticae et Bofig loco citato.

♀  
Hoc enim tempore inter utriusque ecclesiae membra multum fuit  
cessatum, dum una pars alteram pro haereticis declarabat, qua de re  
videatur Histor. ecclesiastica



a b c d *Sec. XII.* Bellum factum contra Saracenos in Asia continuatur sed infeliciter, ob Græcorum perfidiam & christianorum discordiam, successu. In Hispania interim a christianis premuntur Saraceni circa a. 39. nec tamen prohiberi potuit, quo minus a. 95. ingens vis barbarorum ex Africa in Bæticam se de-  
nuo infunderet.

*Sec. XIII.* Cunctis in Palæstina deperditis, sola Ptolemais restabat, a. 91. a Saracenis expugnanda, christianis, qui adhuc supererant, in Armeniam, Ciliciam & Cyprum diffugientibus, quo etiam anno exspiravit christianorum in oriente imperium, quæ clades in Hispania compensatur a Castellæ & Arragoniæ regibus, dum a. 12. ducenta millia Saracenorum cædunt, ereptis deinceps Murcia, Valentia, Cordubæ, Majoricæ regnis.

*Sec. XIV.* Hoc seculo Saracenorum nomen & potentia ferme evanuit in oriente, Turcis & Tartaris magis ac magis incrementa capientibus, Saracenis in Arabia tanquam in angulo quasi inclusis. In Hispania quoque pergebant Saracenos vincere christiani, ubi solum regnum Granatense hostibus supererat.

*Sec. XV.* Saraceni in oriente, eadem fata ut superiori ætate habuerunt, in occidente quoque deterior illorum fortuna fuit, dum capta a. 92. Granata a Ferdinando Catholico, protinus ex Hispania eicerentur, postquam ea per annos 780. potiti essent. *Causse* vero tantorum, quos vidimus, progressuum variæ fuerunt, 1. *tenor religionis Mahomedicæ*, quo & judæos & falsos christianos lucrari poterant, v. BOSIUS in *Diss. de regno Turcico*. 2. *Græcorum internæ dissensiones & ignorantia summa*, unde factum, ut resistere in vicinis regionibus, mendacemque religionem nemo oppugnare posset; 3. *Dissensus inter Græcos*

Q

S



- a b c d & Latinos in rebus religionis, quo evenit, ut hi illis succurrere nollent; 4. *Persecutiones Iudaorum*, qui proinde cum Saracenis conspirabant & christianorum consilia prodebant; ac tandem 5. *vindicta divina*, qua Deus, malos ubique christianos flagello Saracenco punire volebat, v. *Hist. Ecclesiastica*. & praesertim *Hottengeri et Spanhemii*.
- II. *Schismata & distractiones varias*, ubi notamus:
- a *Rationem connexionis & ordinis*. Haecenus breviter res gestas Saracenorum in univ. ex-  
posuimus, quatenus in exteris oris contige-  
runt, sequitur, ut nunc de illorum etiam re-  
bus edisseramus, quae inter ipsos & domi qua-  
si, secundum distractionem in certas familias  
& caliphatus, passim acciderunt. &
- b *Statum Saracenorum ante schisma*, Mahomed-  
rerum a. 622. potitus inchoavit regnum Sara-  
cenorum, quo a. 633. demortuo, summas rerum  
fuit penes *Chalifas*, quae vox *Vicarios* signifi-  
cat; horum veram seriem ignoramus, partim  
propter continuas de successione discordias,  
partim quod multi scriptores, *Amiros* seu Prae-  
fectos provinciarum, cum *Chalifis* confude-  
runt, denique etiam exorto schismate, nomen  
*Chalifarum* ad plures principes transierit,
- c *Schisma* ipsum, cujus non una causa, nec una  
origo fuit; Hujus notamus
1. *Initium*, quod incidit in a. 633. Mohammedi  
emortualem, quo inter generum suum *Ali*, &  
soceros ejus *Abubeker*, *Omar* & *Ottoman*, de  
successione controvebatur.
2. *Incrementum*, illis sublatis, novae de successio-  
ne discordiae usque in Sec. VII, circa cujus me-  
dium, imperium Saracenicum in duas familias  
principes divitum fuit

a Om-

Factum est hoc ex singu-  
lari respectu erga Mahomedum  
quod non solum panem a se  
non demortuam reputabat, sed  
Chalifis comissa cura non tantum  
regni sed Religionis proinde  
Solidae etiam imperantes sed  
et pontifices



¶ Tandem etiam causa fuit conjugatio Turcorum cum Saccenis. Vnde p. 143/4  
fuit illorum vires in imperium multiplicatae.

<sup>M</sup>  
Doctissimus in Hollandia Theologus Spanhemius ita de persona Mahome-  
dis loquitur. Mahomed inquit ex familia nobilissima natus apud Arabes  
ortus forma et corpore praestans, ingenium sagax, in actionibus ex-  
ternis coracis, et qui pro se tulit singulari humanis divinis reve-  
rentiam: Verum ita, non est ut vulgo dicitur eum coactorem Camelorum  
fuisse, sed Mercator fuit et ita domicilium in Arabum

can

20







- | a | b | c | d | e  |
|---|---|---|---|--|
|   |   |   |   | α <i>Ommiadarum</i> , cujus caput <i>Muavia</i> , ab a. 657. Damasco imperii sede, &   |
|   |   |   |   | β. <i>Habbasidarum</i> , a Chalifa <i>Abu - Habbas</i> , & hæc alteram oppressit sub medium sec. VIII. Ommiadis in Africam pulsus; sedes hujus familiae fuit Bagdad, quam urbem male cum Babylone multi confundunt.  |
|   |   |   |   | 3. <i>Divisionem plenam</i> , successive tamen factam, vasta enim illa imperii Saraceni moles in V. Chalifatus divisa fuit, diversos & familiis & sectis; quorum unus sedem habuit   |
|   |   |   |   | 1. <i>Bagdadi</i> , quam urbem ad Tigridis, Euphratis & Sarati confluentem construxit Almanfor; hic Chalifatus successive in magnas angustias est redactus, defectione urbium & provinciarum, ita ut Chalifis nihil tere præter titulus relinqueretur, illorum ultimus a Tartaris extinctus est circa 1260. <i>p. 115</i>  |
|   |   |   |   | 2. <i>Cairovana</i> in Aegypto, secundum diversas familias, quarum vero res admodum sunt obscuræ; illud indubium, partes Africae orientalis ad hunc Chalifatum spectasse, & post varias dissensiones ab Aegypti Soldanis fuisse eversum, ut dicitur in <i>Hist. Aegypti. p. 159</i> <i>leg.</i>  |
|   |   |   |   | 3. <i>Fezza</i> , hic Chalifatus coepit a. 788. in quo deinceps secuta est multorum principum rebellio, hinc nova regna enata, <i>Tunetanum</i> , <i>Fezzanum</i> , <i>Maroccanum</i> &c. de quibus plura dicentur in historia Africana. <i>pag. 163</i>   |
|   |   |   |   | 4. <i>Andalusie</i> in Hispania, qui originem coepit circa a. 756. sede imperii <i>Corduba</i> collocata, post hæc intestinis dissidiis dilaceratus fuit hic Chalifatus circa a. 1000. ut numerum regnorum, regumque nomina & annos inire, protinus impossibile sit; interim discordiæ illæ occasio fuerunt, ut sensim a christianis attriti, & tandem Hispania ejecti |

Q 2

fus

*In regno Tunis supra Barcan*



a b c d

fuerint Saraceni, ceu in *Hist. Hispania* commemorabitur.

*Ἐπίκρισις.* Vastam illam Saraceni imperii molam, varie divisam & dilaceratam fuisse, nemo est qui inficietur, at vero, qui certam & accuratam harum rerum dederit noticiam, nemo haecenus repertus fuit; intricatissima etenim omnis est historia saraceni, ut inter tot discrepantes historicorum relationes, vix quidem adpareat, cui subscribere debeas sententiae, consulere interim harum rerum cupidi possunt *Hornium in Arca Noe pag. 310. seqq.* qui praeter aliis historiam Saracenicam, diligenter in compendio executus est.

III. *Turcarum cum Saracenis conjunctionem*, qui post multa bella, & pacem, & religionis societatem inierunt sub initium sec. VIII. plura dicentur in *historia Turcarum. pag. 143.*

IV. *Digressio ad bellum sacrum cum Turcis & Saracenis, de terra sancta gestum*; in cuius historia notamus

1. *Rationem connexionis & tractationis*; scilicet, cum bellum illud, quod vocant, *sacrum*, maximum in historia Saraceni faciat momentum, nec alias, nisi loco hoc convenienti commemorari queat, hinc e re visum fuit, belli illius adumbrationem haec breviter attexere.
2. *Varias appellationes*, vocatur bellum *sacrum*, quod de terra sancta, Palestina scilicet recuperanda, susceptum fuerit; *Expeditio cruciata*, quod milites in vestibus dextero humero, lanceam *crucem* purpuream assutam, pro insigni gererent, hinc Germanis *die Creuzfarthen*, Gallis *Croisades*; nonnunquam *Passagia*, & *Itinera Sacra* dicuntur.
3. *Causas impellentes*, rem urfit Imp. Graecorum *Alexius Comnenus*, eo quod Saraceni tunc imminerent

a b c

p128.



Fol. imprimis Tom. IV. Instruct. Ruffendorffii

¶ Ita dicta à locis sacris, in quibus præcipue actus vite salvatoris contigerunt  
videlicet locis natiuitatis, passionis, crucifixionis, sepulture, elevationis  
in scellum sive ascensionis. Videat Schmid in dissertat. De crucis dominice  
per Helenam inventionem, et Andrea in dissertat. De vestigiis pedum saluato-  
ris in monte Olivæ.



♀ Professione fuerat Mercator, sed qui pro more illius Sacerdoti in La-  
castinam deotionis causa liter instituerat, Tomum revesus  
se moe revelationem illam iactitaverat. licet Wulf Vrobenensis  
in Chronico ad annum 1090. Hinc Petrus dicit hypocrisis et im-  
postoriam nefandum

no Inno sua lingua, Al fanquis videat Ferrasii Legum Geogra-  
phicum ps 307 -



a b c nerent Constantinopoli; accessit *Petrus Eremita Francq. Gallq.*  
 cum sua jactata reuelatione, visus scilicet illi Chri-  
 stus a. 1090 Hierosolymæ, cujus hanc vocem audi-  
 vit: *Surge Petre! & suscita corda fidelium, ad pur-*  
*ganda loca sacra &c.* in Europam igitur reversus,  
 Papæ Urbano II. sese sistit, qui tandem totius belli  
 fax, rem promovit in concilio Claremontano a.  
 1095. habito, expeditione indicta & decreta.

4. *Scopum*, qui in speciem pius, recuperatio scilicet terræ  
 sanctæ, revera autem pessimus fuit, Romani enim Pon-  
 tifices nihil magis intenderunt, quam, ut sacro hoc  
 obtentu, tot exercitibus ac populis præessent, ut  
 capita, principes, eorumque regna exhaurirent opi-  
 bus & potentia, suam vero potentiam extollerent,  
 quæ eo plus roboris accepit, cum nemo esset qui ob-  
 sisteret, quo pauciores in Europa relictæ principes  
 erant, optimo quoque ad sacram se militiam ad-  
 dicente.

5. *Tempus* cæptæ expeditionis fuit annus 1096, qua  
*Franci* imprimis eminuere, (vnde factum, ut ho-  
 die adhuc in orientalibus partibus, Germani, Itali,  
 Galli &c. *Franci* vulgo appellantur) continuata  
 deinceps per vices fuit; primo expeditionis anno 1096,  
 octo diuersi exercitus iter illud ingressi sunt, per mare  
 & terras ingenti cum multitudine; continuarunt de-  
 inceps eam a. 1147. *Conradus III.* imp. & *Ludovicus*  
*rex Galliarum*; a. 1189. *Fridericus I.* Imp. a. 1227.  
*Fridericus II.* Imp. a. 1248. *Ludovicus IX.* rex Galliarum.

6. *Finem* belli Sacri, qui in a. 1291. constituitur, postea-  
 quam christiani penitus ex Syria totaque Palæsti-  
 na sunt eiectioni, finem iam ante adeptæ regno Hiero-  
 solymitano a. 1187. quod circiter 88. annos durave-  
 rat; eo bello ultra sexages centena millia hominum  
 christianorum, successive absumta creduntur. An-  
 tequam huic historiarum finem imponimus, e se uti-  
 que

*Idem Gallo*  
*Idem in Gallia*



que erit, breviter historiam regni illius Hierosolymitani adumbrare, propinantes primum, nexum genealogicum illorum regum:

*Eustacius Dux Boullognezus in Lotharinga*

<i>Godofredus</i>	<i>Baldwinus I.</i>	<i>Ida</i>
rex I.	rex II.	ux. Balduini
1099. † 1100.	1100. † 1118.	Com. Burgenfis

<i>Fulco</i>	<i>Baldwinus II.</i>
Com. d' Anjou	rex III.
	1118. † 1131.

<i>Fulco</i>	<i>Melusina</i>
rex IV.	ux. Fulconis.
1131. † 1141.	

<i>Baldwinus III.</i>	<i>Almericus I.</i>
rex V.	rex VI.
1141. † 1163.	1163. † 1173.

<i>Guido Lusignan.</i>	<i>Sibylla</i>	<i>Baldwinus IV.</i>	<i>Isabella</i>	<i>Almericus II.</i>
rex IX.	ux. Gvi-	rex VII.	ux. Al-	rex X.
1186. † 1196.	donis.	1173. † 1185.	merici II.	1196. † 1205.

<i>Baldwinus V.</i>	<i>Iohannes</i>	<i>Iolantha</i>
rex VIII. 1185. † 1186.	<i>de Brienne</i>	ux. Ioh. de
	rex XI.	Brienne.
	1210. † 1237.	

<i>Iolantha</i>
ux. <i>Frider. II. Imp.</i>
regis XII.

Regnum quod *Godofredus* 1099. adeptus erat, hereditario iure ad agnatos suos transmisit. Fratri successit *Baldwinus I.* qui vario eventu cum Saracenis pugnavit. *Baldwinus II.* postquam regnum satis cum successu administrasset, incautius castra hostium iustrans, capitur, libertatem magna numerorum summa adeptus. Huic successit *Fulco* gener, qui varia fortuna usus, bellum continuat, in venatione equo delapsus moritur, successorem relinquit *Baldwinum III.* pue-

a b c

310







# Maronitae adhuc dum in partibus Syriae, in tractibus montosis  
haerent, Catholicamque Religionem sequuntur, reliqui Mahometanorum Re-  
ligionem sequuti & memoriam hominum oblitterati sunt atque deleti.

# Paucissimi in Asia Graecia huiusmodi habitantibus Luffi Tomo 1. Describit  
hinc inde narratio rerum à regibus Hierosolimitanis gestarum.



III. puerum XIII. annorum, princeps fortuna & iu-  
 stitia, etiam apud hostes celebris; *Almericus* frater,  
 Aegypti Soldanum, amicum sibi bello petit, avaritia  
 & fraude percitus, hinc ab Aegyptiis vehementer  
 affligitur. *Baldunus IV.* puer XV. annorum succedit,  
 eo regnante turbulentus regni fuit status, ab extra &  
 ab intra, rege leproso & ad tractandas res inidoneo.  
 Successorem relinquens *Baldunum V.* sororis filium,  
 qui post octo menses a vitrico *Gvidone*, veneno, ut  
 creditur, sublatus fuit; *Guidonem*, ut regni in vasorem  
 oppugnarunt proceres, quas dissensiones *Saladinus*  
 in usum suum convertens, Palaestinam irruit, Hiero-  
 solymam a. 1187. occupat, *Gvidonem* capit, loca  
 sacra profanat, religionem Mahummedicam in templo  
 instaurat. *Guidoni* de fenestra palatii decidenti  
 successit *Almericus II.* Lacer hoc tempore fuit status  
 regni Hierosol. hoc enim rege extincto, insecutum est  
 interregnum V. annorum, usque dum *Johannes Brennus*  
 natione Gallus eligeretur, is in Aegyptum movet  
 sed adversa fortuna usus rejicitur, in Europam pro-  
 fectus, ad auxilia cogenda, *Jolantham Friderico II.*  
 Imp. elocat, qui Hierosolymam & crucem sanctam  
 recuperat; at vero cum Papa omnia ejus consilia dis-  
 turbarent, factum inde est, ut dissensionibus exortis,  
 res in Palaestina omni successu carerent; ac tandem  
 a. 1291. Ptolemaide a Saracenis vi erepta, omnes  
 christiani ex Syria & Palaestina ejecti fuerunt, ut su-  
 pra jam innuimus: quae in illis partibus reliquiae man-  
 ferunt, partim Maronitis, partim Saracenis permix-  
 ti, a majorum religione desciverunt; denique illud  
 etiam addendum, durante bello sacro, exortos fuis-  
 se certos ordines militares, ut *S. Johannis, Templariorum,*  
*Hospitaliorum* &c. Plura qui heic velit, legat *BON-*  
*GARSII Gesta Dei per Francos, RECHENBERGII*  
*Diff. de prima expeditione cruciata, BVDDEVV in*  
*Diff.*

vid p 230

Diff.



a b c Diff. de Expeditionibus cruciatis, GRYPHII *Nachrichte von den geist- und weltlichen Ritter-Orden*, Anonymi *Histoire des Ordres militaires*. *Contra Hübner Naab und Zwickung*

1. *Nova*, quæ res a Sec. XVI. ad nostra tempora complectitur. Hac periodo nihil habemus, quod de Saracenis dicamus, in oriente æque ac occidente ne quidem nomen amplius auditum; de regnis in *Africa* ex Saracenorū reliquiis, exortis, suo dicitur loco. *Scriptores* huc spectantes varii sunt; nos generales tantum attendimus, quales sunt POCOCCIVS in *specimine hist. Arab.* Ejusd. *Historia Orientalis*, ELMACINI *Hist. Saracen.* DRECHSLERI *Chronicon Saraceno-Turcicum*; & quos suo loco allegavimus. p119

VIII, SYRORVM. *Syria* nomen <sup>ἡσυχία</sup> *πολυσημίων*, complexæ olim, quicquid regionum esset, a Cilicia & Arabia, usque ad Tigrim fluvium, ipsamque Mesopotamiam, v. omnino egregie hic differentem ABELIVM in *Hist. Monarchiarum L. I. cap. 6.* In historia Syrorum notamus

1. *Originem*, ab *Aram* filio Semi creduntur orti, hinc *Arimi* s. *Aramai* dicti, antequam nomine *Syrorum* inclauerunt.

2. *Statum ante Alexandrum M.* Hac Periodo sex regiones in S. sacra *Aram* seu *Syriæ* recensentur, inter quas magis celebres.

a. *Nabaraim*, res Mesopotamiæ, & forte plura adhuc, complectens, cujus unicus rex nominatur *Cushan*, quem Arabem fuisse putat HORNIVS in *Arca Noë* pag. 76.

b. *Soba*, cujus maxima pars posteriori ævo <sup>24</sup> *Palmyrene* dicta. *Reges* commemorantur *Rechob*, & ejus filius *Hadadeser*, 2. *Sam. VIII. & IX. 1. Chron. XIX. 4. Razoni. Reg. XI, 23. 1. Sam. XIV, 47. 2. Chron. VIII, 3.* cum quibus belligerantur Saul, David & Salomo, eosque ita attriverunt; ut eorum memoria periret; hinc & apud profanos auctores mentio istius regni plane desperit.

γ. *Da.*

Lexicon

1163


135



¶ In arabice. Scripsit, sed quia Sprengel istam historiam latine vertit,  
ea sub Cyprii nomine saepe citatur.

¶ Cum ista regio maxime floverit post multa tempora legendy  
omnino Cobig in Dissertatione de Syria sota Salleri Arabum  
Lates non Palmyra cui adjecta est Cellerii dissertat. de  
imperio Palmyrae.







γ. *Damasci*, quæ sunt in *Coele-Syria*; eversa potentia regni *Syriae* solæ, *Rejus* *Damascum* invasit, ibique *Davidis* tempore regnum condidit, vid. 2. *Sam. VIII*, 5. 6. 1. *Reg. XI*, 23. seq. 1. *Chron. XIX*, 5. ejus successores partim in S. Sacra occurrunt 1. *Reg. XV*, 18. *XIX*, 15. *XX*. 2. *Reg. VIII. XVI*, 7. seq. *Esa. VII*, seq. *IX*, 11. partim ex *Nicolao Damasceno*, cujus quædam fragmenta *Josephus in Antiq. Jud. L. 7. c. 6.* servavit, discimus. Quæ *Justinus L. 36. c. 2.* habet, nullius sunt pretii. Ultimus regum *Damasci* fuit *Rezin*, sub quo regnum istud plane eversum est a *Tiglatpileser* rege *Assyriae*, 2. *Reg. XVI*. seq. a. M. 3209. a. C. N. 739. Hinc per *Satrapas* regebatur ad *Cyri* tempora, qui devicto *Assyriorum* rege, & *Syriam* suo subjecit imperio; in quo statu mansit sub *Persis Syria* omnis, usque ad *Alexandri M.* tempora. Reliquæ partes *Syriae antiquæ* fuerunt, *Paddan-Aram*, *Aram-Maacha*, & *Aram-Bethrechoh*, vid. quæ huc spectantia collegerunt *HORNIVS & ABEL Loc. cit.*

3. *Statum sub Alexandro*, devicto *Dario Codomanno* a. M. 3619. A. C. N. 329. *Alexandri M.* imperio subiecta fuerunt singula, quæ *Persarum* continebantur imperio, adeoque & *Syria* omnis; qui rerum status duravit, quousque in vivis superesset *Alexander.* p. 178

4. *Statum post Alexandri mortem*, quæ contigit A. M. 3627. A. C. N. 321. ubi notamus


a. *Ambitum & limites Syriae*, quæ hac ætate omnes orientis provincias *Macedonicas*, usque ad *Hypasin Indiarum* complectebatur, eamque *Seleucus* in *LXXII.* provincias divisit.

b. *Novi Regni Syriaci originem*; post *Alexandri* mortem, duces *Alexandri*, consentiente *Aridæo Alexandri* fratre, orbem *Macedonicum* dum inter se dividunt, *Syria* cum *Phœnice* *Laomedonti* obvenit, paulo vero post, ubi in partes discedunt duces, *Seleucus* a. R M. 3638.



a b c M. 3638. a. C. 310. subacta Babylonia, Media, Sufiana, & regionibus usque ad Indum protensis, victisque Antigono, Demetrio, Lyfimacho &c. novum idque amplissimum Syriae fundavit regnum, iturum a posteris.

γ. Reges, horum series & numerus ex seq. tabula cognoscitur:




*Ampliora hujus Genealogiae deductionem lege in Gebhardi Tabulis Genealogicis Tom III n. 49 pag.*

a b c Seleucus Nicator usque ad a. M. 3649. gravia bella cum











a b c cum Antigono Afiae rege gessit, quo anno eum vi-  
 cit; ab hinc multas urbes condit, in quas Iudaeos  
 transfert. Demetrium R. Afiae capit a. M. 3666. a.  
 C. n. 282. & triennio post Macedoniam occupat,  
 cui eodem anno interfecto succedit *Antiochus Soter*,  
 Gallatarum strage clarus; *Antioch. Theos* circa a. M.  
 3691. a. C. n. 257. cum Ptolomæo R. Aegypti bel-  
 lum gerit, per multos annos duraturum. Parthi de-  
 fectionem moluntur, & sub sequentibus regibus  
 plane deficiunt. *Sel. Callinicus*, novercam Beroni-  
 cem cum liberis e medio tollit, quo scelere, bello  
 se cum Aegyptiis implicat, & multas urbes ad rebel-  
 lionem sollicitat, quas cum in ordinem redigere ten-  
 tat, classe amissa in angustias maximas redigitur; pari  
 fortuna usus etiam in bello cum Aegyptiis, a quibus  
 vincitur a. M. 3709. a. C. n. 239. & quadriennio post  
 etiam a fratre Anti. Hierace Gallatarum copiis adjuto,  
 in quem tamen ipsum paulo post arma convertunt;  
 quibus discordiis, Attalus Pergami rex occasionem  
 arripit, multasque urbes capit. Interea Antiochus  
 novo proelio a Seleuco a. M. 3716. a. C. n. 232. vi-  
 ctus, in Cappadociam, hinc in Aegyptum profugit  
 ibique custodix traditur, & novennio post custodi-  
 bus deceptis elabitur quidem, sed in fuga trucidat-  
 ur; quibus fere diebus & Callinicus equo delapsus  
 moritur. *Sel. Cerannus* succedit a. M. 3725. a. C.  
 n. 223. quadriennio post in bello contra Attalum  
 occisus, regnum relinquit *Antiocho M.* fratri, qui pri-  
 mo statim anno, civili eoque gravi bello implica-  
 tur, victis vero rebellibus Molone in Media, & A-  
 chæo in Syria, in Aegyptios arma confert a. M.  
 3733. a. C. n. 215. sed vincitur & ad pacem peten-  
 dam cogitur; interea Achæum Sardibus inclusum ca-  
 pit magnisque cum cruciatibus occidit. Tandem Sy-  
 ria universa recuperata & ordinata, in Parthos movet  
 R 2 a. M.

p. 138.

p. 90.

p. 138.

p. 178.

p. 141.

p. 137.

p. 135.

p. 138.

p. 141.

p. 140.

p. 139.



a. M. 3741. a. C. n. 207. eosque vincit; eadem fortuna usus & contra Aegyptios anno post undecimo, quorum urbes & in Cilicia & Caria aggreditur, A. m. 3758. a. C. n. 190. Græciam cum classe adortur, sed anno seq. a Romanis pellitur, & in Asia a Scipione victus, omni cis Taurum Asia mulctatur a. M. 3760. a. C. n. 188. quæ inter socios Romanorum dividitur. Antiocho post triennium interfecto, *Seleucus Philopator* regnum adipiscitur, celebrior tamen princeps ante quam post adeptum imperium. Ei frater *Ant. Epiphanes* succedit a. M. 3774. a. C. n. 174. qui brevi post CoeleSyriam aggreditur, & Aegyptum tentat, sed abire coactus, Iudæam misere vastat; A. m. 3781. a. C. n. 167. iterum Aegyptios infestat, sed a. seq. vincitur, qua clade accepta, Palæstinam iterum intrat, variaque tyrannidis specimina edit, *vid. pag. 91.* cum vero & Dianæ templum in Elymaide spoliare vellet, magna clade repellitur a. M. 3786. a. C. n. 162. eaque accepta moritur, regnum relinquens filio puero *Ant. Eupatori*, qui bellum contra Iudæos continuat, sed a *Demetrio Philopatoris* filio captus occiditur; hic post grave bellum cum Iudæis, ab *Alexandro* Epiphanis filio, ut nonnulli volunt, putatitio, a. M. 3798. a. C. n. 150. proelio victus trucidatur; ab a. M. 3802. a. C. n. 146. bellum civile oritur, quo *Alexander Demetrius*, Soteris filium, Aegyptiorum ope suffultum, hostem experitur, a quo victus & interfectus est post biennium. Huic vero *Demetrio* se opposuit *Triphon* dux olim militiæ, qui *Ant. Eutheum* in thronum evexit, *Demetrio* interea a Parthis victo & interfecto; quo audito, ipse *Triphon* *Entheum* e medio tollit, regnumque occupat a. M. 3808. a. C. n. 140. quod cum tyrannica administraret, vidua *Demetrii* *Cleopatra*, ad regnum & matrimonium vocat *Ant. Sedesem*, qui a. M. 3812.

p 135 &amp; 136

p 174

p 190

p 129

p 90







Tractus iste terrarum quaerendus est, ad fluvium Euphratem ubi  
hodie urbs Arad, in his locis octo ex possessitate Antiochi super  
manserunt quoniam senem et res gephar beye in Gebhard Tab. Gen.  
Tom III. in 62.



a b c M. 3812. a. C. n. 136. Tryphonem obsessum in urbe Apamea capit atque trucidat. Is Iudæos variis modis vexavit, ac tandem bello Parthico pugnans occiditur a. M. 3820. a. C. n. 128. Successorem habuit fratrem *Demet. Nicatorum*; quem tamen triennio post, *Alexander Zebena*, ægyptiorum ope adjutus, regno pellit, qui Tyrum fuga elapsus occiditur. Equidem filius *Seleucus* diadema sibi sumit, at vero, quod matre insciente id tentasset, statim interficitur, quæ in ejus locum regem constituit *Ant. Gryphum*, qui a. M. 3826. a. C. n. 122, ægyptiorum auxiliis instructus, Zebenam captum e medio tollit. Gryphus brevi post, matrem sibi inimicam veneno interfecit, anno vero regiminis octavo, æmulum fratrem *Antiochum* cognomento *Cyzicenum* invenit, qui diuturno bello mutuis cladibus regnum lacerant, donec Gryphus a. M. 3854. a. C. n. 94. in insidias lapsus vitam amitteret, successorem relinquens *Seleucum*, qui cum Cyzizeno bellum continuat, quem anno seq. prælio victum captumque occidit: patris interitum filius *Ant. Eusebes* anno seq. vindicat, & Seleucum uno prælio tota Syria ejicit, qui in Ciliciam elapsus, cum familia & amicis vivus concrematur. Tandem cum Gryphi *Filii* novas turbas caussarent, Arabes partem Syriæ occupant a. M. 3864. a. C. n. 84. pars Armeniæ regem *Tigranem* evocat, qui circa a. 3880. a. C. n. 68. eam occupat, & per XVIII. annos retinet; tandem a Romanis victus ejicitur, qui regnum *Ant. Eusebi*, (is hætenus in Ciliciæ montanis latuerat) restituunt, Pompejus vero a. M. 3885. a. C. n. 63. ut indigno rursus ademit Syriam, eamque facit provinciam romanam, sola *Commagene* Antiochis, qui supererant, relicta, in qua usque ad Vespasiani Imp. tempora regnarunt.

R 3

Statim



a b } *Statum sub Romanis.* Syria, dicto modo in provin-  
 ciam rom. redacta, per *Præsides* deinceps administra-  
 ta fuit, quorum cum successio valde illustret histori-  
 am nativitat<sup>is</sup> Christi, (Palæstina enim Syriæ accen- <sup>ad p 95</sup>  
 sita fuit) illorum successiones scitu omnino necessa-  
 riæ sunt, accurate eas in compendio exposuit doctissi-  
 mus VITRINGA in *Hypotyposi Hist. Sacre pag. 161. seqq.*  
 Atque sub Romanorum dominatione permansit Syria,  
 florente illorum republica & imperio. In ea Pom-  
 pejus res gerit ab a. M. 3885. a. C. n. 63, per aliquot  
 annos; gubernata deinceps per *Prætores*, pars ta-  
 men superior per *Proconsules* ac tandem *Legatos con-*  
*sulares.* Ab a. M. 3896. a. C. n. 52. per aliquot an-  
 nos, theatrum belli fit inter Romanos & Parthos; hi,  
 occasione civilium dissensionum inter Pompejum & <sup>p 180</sup>  
 Cæsarem, Syriam invadunt, & circa a. M. 3909. a.  
 C. n. 39. fere omnem tenent, quos tamen Ventidius  
 felici successu, triennio post repellit. Antonius a.  
 M. 3916. a. C. n. 32. omnem Syriam cis Euphratem  
 dilectæ suæ Cleopatæ donat, quam tamen cum suo <sup>p 157</sup>  
 Antonio brevi post Octavius ejecit. Atque in hoc  
 statu mansit Syria per multa tempora sub dominatio-  
 ne Romanorum. Varus Syriæ Prætor Syros graviter  
 exhaustit a. M. 3948. a. C. 3. Herodis Agrippæ re- <sup>vid p 94</sup>  
 gnum, aliquot provinciis Syriæ augetur a. C. 41. be-  
 neficio Claudii Imp, Parthi a. 62. in Syriam irruunt,  
 vastantque ejus propinqua. Ab a. 66. per totam Sy-  
 riam magna calamitas, & turbulentus status ex inter-  
 nis <sup>Romanorum</sup> ~~Grecorum~~ & Iudæorum dissensionibus, quæ bel-  
 lum Iudaicum progenuerunt. A. 115. Antiochia  
 infinita hominum multitudo terræmotu periit. Cir-  
 ca a. 194. seq. Niger & Severus in Syria de summa <sup>p 192</sup>  
 rerum certant. Ab a. 241. Persæ Syriam invadunt,  
 quos Gordianus præliis vincit; post XI. annos rur-  
 sus irrumpentes omnia vastant, Antiochiam capi-  
 unt,

a b c



\* De Diversis his officialibus eorumque habitudine Veteris Rofingorū Antiqui  
tatis hominum et vicinioris Latini in Comentario De Republica  
Romana.



♀ Inveniente in tractibus in India in imperio Mogulensi hodie, siquis hoc natione graecorum fuisse colligit, et nominibus illorum graecis, haec veritas procul dubio rebus dicitur militares.



unt. *Zenobia regina Palmyrenorum* hostet, Persas  
ejicit a. 266. & seq. annis magnas res gerit, quam  
tandem a. 273. vincit Aurelianus. Quæ medio  
ævo in Syria contigerunt, peculiari infra laterculo  
propinabimus. Res in Ecclesia, a nato Salvatore ge-  
stas, dabit Hist. Ecclesiastica.

5. *Regna, ex variis defectionibus, in Syria illa veteri exor-  
ta.* Diximus, pag. 129. Syriam omnes orientis pro-  
vincias Macedonicas complexam fuisse; postea vero  
quam inter ipsos Seleucidas multæ exorientur discor-  
diæ, factum legimus, ut plurimæ orientis provinciæ  
deficerent, novaque regna constituerent, quorum,  
celebriora magis attingemus, qualia sunt

1. *Indorum.* Post obitum Alexandri, discordantibus  
inter se Macedonibus *Indiam Androcottus* qui-  
dam invasit, ex quo India peculiare reges habuit,  
de quorum tamen statu, rebusque gestis, per multa  
secula nihil constat, vid. HORNIVS in *Arca*  
pag. 136. seq. MICRAELIVS *Loc. cit. L. 1. p. 193. seq.*

2. *Parthorum.* De initio hujus regni disputant scri-  
ptores, auctor fuit *Arsaces*, genus ab Artaxerxe  
Persarum R. trahens, discrepantia ita conciliari  
potest, si dicamus, *initium* defectionis factum sub  
Antiocho Theo, *continuatam* sub Seleuco Gallini-  
co & Antiocho Hierace. Regnum hoc, multarum  
provinciarum accessione, ab Indo ad Euphratem  
productum fuit, hinc Imperatores Parthici sub se  
reges alios habuerunt. Catalogus illorum non  
ita certus. Multa & magna illis bella fuere cum  
Romanis & Persis, hi tandem prævaluerunt, Par-  
thiamque tenuerunt usque dum *Jezdegirdes* a. 632.  
a Saracenis victus, cum regno interiret, v. MI-  
CRAELIVS *Loc. cit. L. 3. p. 461. seqq.* REINEC-  
CIVS in *Syntagmate T. 1. p. 244. seq.* Tom. IV.  
*Puffendorffii p. 397. seq.*

3. *Ar-*

1128

1137

148

113

1131



a b c d3. *Armenicum*, Originem Armeniorum a *Togarmæ*  
 deducit HORNIVS *Loc. cit. pag. 110.* demonstrat-  
 que, regnum Armeniæ perantiquum fuisse. Con-  
 cesserunt inde Armenii sub Assyriorum, Medo-  
 rum, ac tandem Seleucidarum scepra. Victo a Ro-  
 manis Antiocho M. duo præfetti, *Artaxias & Zadriades* p132  
 regium titulum sibi sumserunt, a quibus  
 in *Majorem & Minorem* divisa fuit, illam Artaxias,  
 hanc Zadriades tenuit. Successores incerti  
 & obscuri. Mox a Syris oppressi, in Parthorum  
 potestatem venerunt, a quibus reges acceperunt  
 Armenii; tandem bello civili in Syria, *Tigranes* p132  
 evocatur, quem Lucullus a. M. 3881. a. C. 67.  
 vicit & ejecit; Pompejus Armeniam majorem fi-  
 lio Tigranis dedit, mox vero iterum ademit, mi-  
 nor *Dejotaro regi Galatiæ* data fuit, quod auxi-  
 lia Pompejo adduxisset. A. 51. *Pharasmanes rex*  
 Iberiæ, Armeniam occupat, sed cito rursus eji-  
 citur ab Armeniis. Posthæc de ea certarunt Ro-  
 mani & Parthi, usque ad tempora Saracenorum,  
 qui dum omnem orientem sibi subjiciunt, & Ar-  
 meniam occupant. Seculi tandem IX. anno 15.  
 novo Armeniæ regno fundamenta posuisse dici-  
 tur quidam *Melibus Armenus*, quod usque in Sec.  
 XV. durasse legimus, cujus tamen reges æque  
 ac eorum res gestæ, per sunt obscuræ, v. REINEC-  
 CIVS *Loc. cit. p. 258, seq.* MICRAELIVS *Loc.*  
*cit. p. 191. seq.* HORNIVS *Loc. cit. p. 248.*

a b c 4. *Reliquorum populorum defectiones a Syris, & re-*  
*gna minora exorta, breviter adumbrabimus.* *Ba-*  
*trianum* regnum condidit *Theodotus*, anno non ita  
 certo, qui suos successores habuit usque ad *Evcrati-*  
*dem II.* qui a Parthis victus fuit, ex quo tempore *Ba-*  
*triana* accessio imperii Parthici facta, v. REINEC-  
 CIVS *Loc. cit. pag. 252, seq.* De *Judeorum defe-*  
 ctione







V. Desch. Michaelis Dissertatio de Historia Pamaorens.



c tione dictum meminimus pag. 91. seq. Arabum defe-  
 ctiones & condita regna exponit HORNIVS *Loc. cit.*  
 pag. 145. seq. Ex iisdem Syriæ ruinis *Iturea* quoque,  
 in Arabiae confinio, regni titulo emerfit, licet obscu-  
 ra sint omnia, quæ de hoc regno leguntur apud HORN-  
 NIVM *Loc. cit.* CELLARIVM in *Historia Antiqua*  
 p. 203. & 206. seq. Tandem & in *Cilicia* diversis par-  
 tibus, in illa Syriæ dilaceratione, exorti sunt diversi  
 reguli, lege quæ collegit CELLARIVS *Loc. cit.*  
 pag. 55. seq. & HORNIVS *Loc. cit.* pag. 147. Reli-  
 qua minora regna, non attinet commemorasse, & si  
 foret, difficile id perfici posset, in tanta historiarum  
 obscuritate illorum regnorum.

¶ *Statum Syria sub medium ævum.* Posteaquam Sarace-  
 norum potentia, a tempore seculi VII. mirum in mo-  
 dum excresceret, factum inde est, ut Syriam quoque  
 imperio suo subjicerent a. 636. de qua, per multa  
 tempora illis belligerandum fuit cum Græcis, Ae-  
 gyptiis, imo & tempore expeditionis sacræ, cum  
 christianis eam continuantibus, quos tandem ejece-  
 runt Aegyptii a. 1291. Tamerlanes Syriam cum vi-  
 cinis tractibus occupat a. 1399. dehinc pars Persa-  
 rum, pars Græcorum dominationi fuit subiecta, us-  
 que ad 1516. quo Turcorum imperium subire debuit,  
 quicquid olim Syriæ nomine complectebatur.

¶ Restat ut commodo hoc loco, illorum quoque regnorum  
 mentionem injiciamus, quæ antiquissimis temporibus, Syriæ  
 finibus complexa, & in scriptura sacra commemorata  
 fuere. Talia sunt, quæ partim in Syriæ & Arabiae con-  
 finiis, partim ad maris interni litora situm habuerunt:  
 ad primam classem referimus regnum *Ammonitarum*, *Moa-  
 bitarum*, *Idumæorum*, *Amalekitarum*, *Midianitarum*; ad  
 alteram, *Palaestinorum* & *Phœnicum* s. *Tyrriorum*. De his,  
 quicquid ex omni antiquitate, edax omnium rerum tem-  
 pus nobis reliquit, diligenter collegerunt ABEL in *Hist.*

S

Mo.

p. 120, 133

p. 124 seq.

p. 115



*Monarch. Lib. I. c. 6. §. 10. seq. HORNIVS in Arca Noe pag. 65. seq. 72. seq.*

*Scriptores ad res Syriacas spectantes varii sunt: POLYBIVS, DIODORVS SICVLVS, IVSTINVS, APPIANVS in Syriacis, Parthicis, IOSEPHVS in Antiq. Iudaicis, PLVTARCHVS in Crasso, Pompejo, Antonio &c. Libri Maccabeorum, rerum item Romanarum ac Graecorum Scriptores ad illa tempora pertinentes; Denique Scriptorum belli sacri, & quos in historia Parthorum, Persarum & Saracenorum allegavimus. Ex recentioribus REINECCIUS Loc. cit. VAILLANT in Familia Seleucidarum ex Nummis, NORIS in Anno & Epochis Syro-Macedonum ex vetustis Syria Nummis.*

**IX. ASIAE regnum.** Historiae hujus regni locum, hic statim assignamus, quod Antigonus illud condiderit, eodem tempore, quo Seleucus Syriacum, Ptolomæus Aegyptiacum, & sic porro reliqui duces Macedonici, post Alexandri mortem, regna reliqua condiderunt. Circa istud vero regnum Asiae notanda sunt

1. *Ambitus & limites:* Complectebatur videlicet provincias Asiae minoris boreales, Bythiniam, Paphlagoniam, Pontum, Galatiam, Cappadociam &c.

2. *Initium.* Regnum hoc Antigonus, Eumene, cui Asia concedita erat, devicto, condidit, primusque ex Alexandri ducibus, regem se appellari iussit a. M. 3644. a. C. n. 304.

3. *Finis.* Expiravit hoc regnum in Antigoni filio Demetrio Poliorceta, postquam a. M. 3662. a. C. n. 286. a Seleuco genero victus & captus esset, provinciis partim ad Syros translatis, partim regulorum dominationi concedentibus.

4. *Nova regna, ex destructione asiatici exorta.* Qualia fuerunt


*i. Pont.*

*p. 178*



\* Hic non desolat magnam illam orbis partem, sed partem tantam,  
videlicet hanc minorem.







a b 1. *Ponticum*; quæ Bithyniæ, Paphlagoniæ & Cappadociæ objecta erat provincia, ad littus Euxini, Pontus dicta fuit; hoc regnum late per Scythiam extensum, Colchidæ, Isporthum, aliosque populos vicinos complectebatur. De primo regni hujus conditore variant auctores, imo neque numerus regum atque series extra controversiam sunt, V. REINECCIUS in *Syntagmate* T. 1. pag. 200. seq. & in *Tabulis* p. 26. CELLARIUS *Loc. cit.* pag. 48. seq. 219. seq. Nos certiora tantum attingimus, Mithridates rex, circa a. M. 3860. a. C. n. 88. occasione belli Italici usus, totam Asiam rapinis vastat, per totum quadriennium; seq. a. Bithyniæ regem Nicomedem, & Cappadociæ Ariobarzanem regnis pellit, dehinc a. M. 3862. a. C. n. 86. una nocte LXXX millia civium Romanorum trucidat, & in Græciam usque excurrit. Contra hunc a Romanis Sulla mittitur, qui a. M. 3864. a. C. n. 84. Mithridatis exercitum, in Græcia duplici clade vincit, pari fortuna post XIII. annos contra ipsum Mithridatem Lucullus utitur, quem biennio post e regno ejicit, & persequitur; post Lucillum, Pompejus res in Asia contra Mithridatem gerit, circa a. M. 3887. a. C. n. 61. quo anno rex nova consilia, de irruptione in ipsam Italiam, agitando, Gallo cuidam se occidendum dedit, cum animadverteret, a filio Pharnace mortem sibi parari, Pompejus hoc nuntio accepto, Pontum in provinciam redegit & Bythinæ prætori subiecit. Pharnaces invadit paternum regnum, sed a Cæsare a. M. 3902. a. C. n. 46. proelio victus ejicitur. Qui reges sequuntur ad *Polemonem II.* Romanorum gratia regnarunt, usque ad tempora Neronis Imp. qui rege illo ultimo concedente, Pontum rursus provinciam fecit. Atque in eo statu sub Romanorum & deinceps Græcorum mansit imperio Pontus, usque ad me-



a b c dii ævi tempora, dum Saracenorum invalesceret potentia, ex quo cum reliquis circumjacentibus tractibus, illorum imperio subire debuit.

2. *Pergamenum*, *Pergamum* & *Lydiam* primo complexum, dein latius *Cariam*, *Lyciam*, aliisque ad *Taurum* adjectis. Auctor regni fuit *Philaterus*, a. M. 3669. a. C. n. 279. gazæ *Lyfimachi*, in castro *Pergameno* custos, quam in suos usus rapuit, conductisque militibus, novum principatum constituit; quem fratris filio *Eumeni* reliquit a. M. 3688. a. M. 3688. a. C. n. 260. qui *Soterem* regem proelio vicit, nomenque dehinc regiam ac diadema sibi sumit. Successorem habuit a. M. 3709. a. C. n. 239. *Attalum* fratris filium *Attalum*, socium & amicum Romanorum in bellis contra *Philippum Macedonicum*; occasione belli civilis in *Syria*, regno suo haud parva incrementa adjecit. Succedit filius ejus *Eumenes* a. M. 3793. a. C. n. 155. & ipse Romanorum socius contra *Antiochum M.* a quibus *Asiæ* partem cis *Taurum* cum *Chersoneso Thracica*, in præmium accepit, filium relinquens minorennem, cujus loco regnavit patruus *Attalus*, qui post XXI. annos, fratris filio *Attalo* regnum reddidit; hic moriturus post quintum annum, populum Rom. bonorum suorum hæredem fecit a. 3817. a. C. n. 131.


3. *Bithynia*, hoc regnum condidit *Zipoetes* circa a. M. 3669. a. C. n. 279. Ejus filius *Nicomedes* *Pontum* & *Paphlagoniam* ope *Galatarum* adjecit, a quo tempore *Bithynia* & *Pontus*, uno *Bithyniæ* nomine censebantur, sed *Paphlagones* iterum peculiare reges habuerunt. *Prusias* parricida a. M. 3882. a. C. n. 146. & qui sequuntur duo *Nicomedes*, servi potius Romanorum quam reges fuere, ultimus sine liberis decedens eosdem testamento hæredes scripsit, atque sic *Bithynia*

nia











a b c nia in provinciam fuit redacta a. M. 3875. a. C.  
 n. 73.  
 4. *Paphlagonia* res incertae sunt & per obscurae; illud  
 indubium, habuisse regulos, quorum postremus  
*Deiotarus* fuit; hoc sine prole defuncto, Augustus Imp. to-  
 tam *Paphlagoniam* *Bithyniae*, ut partem provinciae ro-  
 manae, adiecit a. M. 3930. a. C. n. 18. *Cilicia* diversis  
 partibus reguli successere, qui tamdiu praefuerunt, dum  
*Vespasianus* Imp. in unam provinciam cogeret a. 74. quae  
 singuli haecenus possederant. *Cappadocia* permultos *Aria-  
 rathas* numeravit, qui cum vicinis regibus varia bella  
 gesserunt, plerique etiam sub tutela Romanorum fue-  
 runt; ultimus *Archelaus*, a *Tiberio* Imp. a. 17. evocatus  
 Romae obiit, quo decedente, *Cappadocia* major formam  
 provinciae romanae induit. Quae in minori fuerunt Dy-  
 nastiae, de illarum rebus, in tanta historiarum obscurita-  
 te nihil commemorari potest; sufficit nosse, eas successi-  
 ve sub Romanorum, demum Graecorum, ac tandem Sa-  
 racenorum ac Turcarum imperium redactas esse. *Galatia*  
 olim pars *Paphlagoniae* fuit, cum vero *Galatae* *Nico-  
 medi* I. *Bithyniae* regi, contra rebelles auxilia tulissent,  
*Paphlagoniam* iis dedit, quam occupatam *Galatiam* di-  
 xerunt; atque sic novum regnum emerit, cuius reguli  
 satis incerti & obscuri, illud indubium, eos clientelares  
 fuisse Romanorum, in quorum plenam potestatem suc-  
 cessive concessit & *Galatia*, Augusti praesertim aeo. Re-  
 liquas, vel incertas, vel minores ac obscuras Asiae minoris  
 dynastias ex instituto praeterimus, quod vix operae precium  
 sit eas commemorasse, nec si foret, id facile perfici que-  
 at, in summa historiarum obscuritate; qui interim ha-  
 rum rerum tenetur desiderio, evolvat *CELLARIUM* in  
*Hist. Antiqua*, & subjectis *Tabulis*, *HORNIVM* in *Arca  
 Noe* pag. 130. seq. & imprimis *REINECCIUM* in *Syntag-  
 mate* Tom. I.

p227







\* Ex ista appellatione colligit, Turcos et Arabes Sadi  
caliter non differes, si enim aequae ac illi se ita vo  
cant. conf. p 143

Majon



24  
Hinc ratio apparet duorum paginae precedenti, nisi enim  
utergo populi unam habuisset linguam impossibile erat, ut in  
in partem unam religionis formulam sequi potuisset



a b c  
a b c d

α. *Statum ante eruptionem in Asiam minorem* seculo V. qua ætate, Turcorum imperium præpotens fuit circa *Oxum & Iaxartem*, quod Turcæ, pulsis Tartaris, ibi stituerunt.

β. *Ipsam ingressam in Asiam minorem.* Ex Sogdiana, versus pontum Euxinum, migratione instituta sec. VI. intra *Caucasios* montes sedem fixerunt, hinc sub finem seculi VI. ab Imp. *Mauritio*, & sec. VII. ab *Heraclo* acciti, adversus Persas ac Saracenos primum, deinde sub ipsis Saracenis stipendia aliquot seculis meruerunt.

γ. *Ipsas factas possessiones.* Hactenus non tam possidendi quam prædandi causa irruptiones sæpius fecerant Turcæ, sec. autem VIII. in Albaniam & Armeniam progressi, has vicinasque provincias occuparunt, ex quo tempore, varia illis cum Saracenis & Persis bella, usque in sec. X. circa cuius medium & ultra, sedes illis in Asia, & pax data, his tamen conditionibus, ut religioni Mohammedicæ initiati, & armorum cum Saracenis societatem inirent, quod & duce *Dacaco*, viro animoso & prudente, factum esse legimus; qua mixtione Turcarum cum Saracenis facta, illorum nomen Saracenos cœpit præumbrare, ut post hac, Turci suo nomine sint noscendi.

δ. *Progressus Turcarum stupendos*, ex quo in Asia luce versari cœperunt. Occasionem dedit conflictum *Mohammedis* Persiæ regis infelicissimum, qui Turcas sub finem sec. X. aut verius, initium sec. XI. adversus Chalifam Babyloniam Græcosque, in auxilium vocavit, illi enim, cum repulso *Passasino* Chalifa, domum reverti vellent, Mohammed vero, intercluso *Araxis* ponte reditum in patriam prohiberet, eorum ope adversus Indos uti volens, ex amicis & sociis hostes sunt, armaque

ad mare Caspium vsq. orientem.

p. 182

p. 115. 124

p. 115

Hodie Casp. in Armenia Majori



a b c d que adversus Mohammedem Persam convertunt, eoque cum suis deleto, Persiam sibi subjiciunt, duce quidem *Tanrolipice* seu *Togrulbeco*; qui reliquis Turcis e <sup>trio</sup> solo evocatis, omnem sibi Babyloniam, Syriam, Arabiamque subjecit, progressus ad pontum Euxinum, regni limites promovit, & varios sub se *Sultanos* constituit, Saracenis, per discordias & seditiones, in plures factiones distractis.

e. *Dynastias varias, & quidem*

1. *Ante familiam Otomanicam, scilicet a morte Tanrolipicis usque ad Otmannum a. 1300. qua periodo, alii reges habuisse Turcas asserunt, alii in varios Soldanatus seu Dominatus, imperium Turcicum divisum fuisse scribunt; quicquid hujus sit, id certo constat, tempore expeditionis Hierosolymitanæ, Solimannum late per Asiam occidentalem imperasse, cujus sedes Nicæa fuit. Confusa omnia, quæ de rebus Turcicis hoc intervallo narrantur, id certum, Turcas in factiones abiisse, inter quas, V. cum primis familiæ seu *Sultanatus* eminuerunt, *Nicenus, Iconiensis, Damascenus, Aleppinus, Musulanus* seu *Ninevitanus*, qui invicem sese bellis petierunt, Tartaris, seculo imprimis XIII. Turcas haud simplici vice affligentibus. Qui status duravit usque dum *Otomannus*, defuncto *Aladino III.* Iconiensi Sultano, rerum summam ad se pertraheret, domumque hodie inter Turcas regnatricem, fundaret. Lege heic *HORNIVM Loc. cit. collatis quæ MICRAELIVS* habet *Lib. III. pag. 482 seqq. & AUSTOR Tomi IV. Introd. Puffendorff. c. 1. 664. seqq. & summam relationum diversitatem mirare.**

2. *Sub familia Otomanydarum, ab a. 1300. ad præsens usque tempus, qui hoc intervallo regnarunt ex sequenti Tabula cognoscuntur*

p/27

p/48



\* Haec vox ad litteram significat Dominum, sine magno Sultano,  
 notis etiam dicitur de Gropshood, huius vero signat praefectos,  
 quos Togulbes in acquisitis illis provinciis constituit,  
 ad eas administrandas.  
 Et contigit circa annum 1050, qualis vero status post eam motum  
 apud Turcos fuerit diversimode narratur.



\* Inter hos Mahomed V. natus 1698, regnat ab anno 1730.  
cujus locum Adam usque obitus usque, usum esse constat,  
an vero prole gesserit non constat.



*Placitorum Ferdinandum vide in Johanni Tabulis Genealogicis Tomo III numero 1599*

Osman f. Otman † 1327.				
Urchan f. Orchanas 1327. † 1358.				
Amurath I. 1358. † 1389.				
Bajazeth I. 1389. † 1402.				
Iffem 1399. † 1403.	Soliman I. 1403. † 1410.	Musa 1410. † 1413.	Mahommed I. 1413. † 1422.	Mahommed II. 1451. † 1481.
				Bajazeth II. 1481. † 1512.
				Selimus I. 1512. † 1520.
			Amurath II. 1422. † 1451.	Solimannus II. 1520. † 1566.
				Selimus II. 1566. † 1574.
				Amurath III. 1574. † 1595.
				Mahommed III. 1595. † 1603.
			Achmet I. 1603. † 1617.	Mustapha I. 1617. † 1639.
			Otman II. 1618. † 1622.	Amurath IV. 1623. † 1640.
				Ibrahim 1640. † 1648.
			Mahommed IV. 1648. † 1693.	Soliman III. 1687. † 1691.
				Achmeth II. 1691. † 1695.
			Mustapha II. 1695. † 1707.	Achmeth III. Imp. ab a. 1703. Dejectus 1730 † 1736
			tres filios habet.	quatuor filios habet.

Hi Turcorum Principes & Monarchæ in duas dispartiri possunt classes, quarum est  
T I. Ea.



I. Eorum, qui ab Otomanno ad Mahomedem II. iusta serie falces tenuerunt, numero VII. Ipse Otman <sup>ao. 1300</sup> *porta Otomanica* fundator, Ponti provincias citra Olympum, cum parte Bithyniæ occupavit sub initium sec. XIV. Urban Græcorum internis dissidiis ufus, cætera loca usque ad Hellespontum sibi subiecit, & Prusiæ sedem fixit; primus in Europam transiecit. *Amurathes*, superato a. 1363. Hellesponto, primus Thraciam, Serviam, Epirum, Moesiam cum vicinis tractibus occupavit circa a. 1357. seq. sedem Prusa *Adrianopolim* 1360. transtulit, *Ganizeros* legit & instituit. *Bajazethes*, primus usque in Hungariam excurrit, & omnia vicina terroribus implet, excursionibusque vastat, tandem a fortuna destitutus 1399. capitur a *Tamerlane*, hinc, magna inter ejus filios confusione, Turcicum imperium in Asia penitus destruitur, donec tandem *Mahomed I.* extinctis æmulis fratribus, solus imperio potitus, provincias Asiaticas, ejectis Tartaris, recuperat, & a. 1430. Serviam subjugat, trajectoque Danubio Wallachiam, & magnam Slavoniæ partem subiigit. *Amurathes II.* ab a. 1438. Græciam occupat, 1444. Hungaros ad Varnam vincit.

II. Eorum qui a Mahomede II. ab a. 1452. ad hunc usque diem regnarunt numero XVII atque Imperatores se vocarunt, ex quo Mahomet II. a. 1452. *Constantinopoli* expugnata, finem fecit imperio Græcorum Constantinopolitano, & 1461. etiam Trapezuntino; sequentibus annis in Græcia victoriam arma circumfert, & licet subinde vinceretur, victores tamen omnes, aut ad pacem, aut tributum coegit. *Bajazetes II.* Hungaros & Venetos armis afflixit, ipse a Persis & Aegyptiis cladibus affectus. *Selimus I.* magnas res in Asia & Aegypto gessit. *Solimannus* cæso Ludovico R. Hung. 1526. magnam regni partem occupat, a Persis vero victus fuit; classe sua, maris mediterranei littora terroribus

bus



Vox Turrica vel notat et portam, et aulam, p et familiam, hinc Graeci  
linguae Turricae ignea significatum portae arripuerunt quum verum  
ablativum sive familiam dicerent debuerent, interim hinc loquendi for-  
mulae jam invaluit

Hoc est milites pedaneos, quorum primi omnes fere sicut Lysiani bello  
capti per multa tempora hodie vero non idem, hi enim etiam  
ex Turris leguntur

Confer hic Stürmeri Dissertat: de fratricidio à quo Turricum  
Imperatores imperii sui initium facere consueverunt

Immo anno 1469 per Slavoniam et Croatiae prima vice in  
Germaniam quoque irruunt et quidem in Austriacas ditiones Styriam  
et Carniolam.



\* quas res Pefarum Thumad anno 1730. felici fuffeſſu armis  
aggreſſus eſt, copias Turcarum eade cauſa ſimpliciſſis affe-  
riſ. hoc munus Conſtantinopoli accepti Janiſchani Kateri  
quano comitum ſuo Ali qui olim dives mercator fu-  
erat onerale Septembri 1730. Labellione concitata, ſulta  
nem throno rejiciunt, et in eju locum, fratris ſui filium  
collocant; cauſae variae fuerunt, crudelis Vultani ingenium  
animae ſubditorum exactiones, ſynographiae in ſeſia urbe  
inſtauratis ac tandem nimia uelutae ſecuritas, quae motu  
illos Janiſchancorum, generoſo quaſi contentu comprime-  
negligeſet, de bello cum Caſar ad hoc ul ſorio ſuffragi ab  
anno 1757 geſſo, nihil addimus in reſatis nota, aliquid tamen  
dicit p 266. hic etiam injicienda erit mentio Comitum de Bonne-  
val. Videat Anonymi ſub del Graſt Bonnewals, Anonymi Ulub



bus implevit. *Selimus II.* Cyprum 1571. Venetis ad-  
 mit, seq. vero anno, memorabili clade navali afficitur  
*Amurath III.* Tartaros chersonesi Tauricæ tributario  
 facit, & Hungariam longo bello vastat; cujus vestigi-  
 secuti sequentes *Mahommed III.* & filius *Achmed.* Cu-  
 jus frater *Mustapha*, cum filio ejus *Otmanno* de rerum  
 summa certavit infeliciter, in monasterium enim de-  
 trusus fuit, quem tamen *Ganizerii* per tumultum re-  
 stituunt. *Amurath. IV.* variis rebellionibus afflicta-  
 tus, Babyloniam tamen a Persis recuperavit. *Ibraim*  
 cum Venetis de Candia belligeravit; *Mahommed IV.*  
 internis turbis vexatur, bellum interea cum Venetis  
 in Candia, & cum Polonis atque Hungaris conti-  
 nuat, sed infelici satis successu. *Solimannus III.* post 40.  
 annorum captivitatem, thronum conscendit, sed cito  
 rursus a tumultuantibus dejicitur, in cuius locum suffi-  
 ciunt *Achmetem II.* cujus breve imperium, turbis & re-  
 bellionibus Arabum fuit concussum. *Mustapha II.*  
 bellum in Hungaria continuat, sed eo cum successu,  
 ut 1699. pacis condiciones accipere cogeret. Fra-  
 tris ~~dejecti~~ locum occupavit *Achmet III.* ~~quibus~~  
~~cladibus~~ a. 1716. seq. in Hungaria acceptis ce-  
 lebris, quas compensavit bello civili Persico, cui se  
 immiscuit 1722. & insignes ad Euphratem provincias  
 olim amissas, a. 1727. pace facta recuperavit. *Scriptores*  
 huc spectantes varii sunt: nos universales tantum at-  
 tendimus; quales sunt *LEYNCLAVIUS* in *Hist. Mu-*  
*sulmannica*, & in *Annalibus Sultanorum.* *BOECLERI*  
*Commentarius de rebus Turc.* *DRECHSLERI* *Chroni-*  
*con Sarac. Turcicum* cum addit. *Reiskii.* *CRYCII* *Hist.*  
*Imperii Turcici*; Ejusd. *Hist. bellorum cum Polonis, Russis*  
*& Hung. gestorum.* *ANONYMI* *Erißnete Otomanni-*  
*sche Pforte.* In *LONICERI* *Chronicorum Turc. libris*, &  
 in *REINECCII* *Historia Orientali*, auctores diversi  
 in unum collecti apparent. Quæ ad sec. XVI. perti-

T 2

nent,

Histoire de Kasim Bey in Iran Lib. Bonnavals? Anonymi Histoire  
 anecdote, ou l'histoire de Comte de Bonnavals par M. de Mirone  
 1740. 8.



Ut Linxii et Wagneri

a b c nent, *persequitur THVANVS.* Multa etiam hic haurienda sunt, ex *Scriptoribus rerum Græcorum, Persarum, Hungarorum, Polonorum, Venetorum &c.* ut & ex *Theatro Europæo; LUDOLFI Schan-Bühne;* Denique ex *Scriptoribus Vita Leopoldi Imp.\** Ad recentiora in Hungaria gesta pertinent *das Hungarisch-Venetianische Krieger-Theatrum; Beschreibung der Gesandtschaft Graf Virmonds an die Pforte.* Reliqua suppedi-  
tabunt libri menstrui satis noti.

3. *Statum recentiorem a sec. XVI. ad nostra tempora, qui ex hæcenus dictis cognosci potest.*

XI. TARTARORVM. \* Nomen Tartarorum, quod Europæis 1105

sec. XII. initio demum innotescere cœpit, apud Sinenses antiquissimum fuit; & quicquid terrarum Asiæ continentis, antiqui scriptores *Scythiam Asiaticam* appellarunt, hodie *Tartaria Magna* dicitur, ingens & amplissimus terrarum tractus. Interim, quamquam antiquissimis temporibus Tartarorum in suis historiis meminerint Sinenses & Persæ, parum tamen certi de illorum rebus reperitur; nec quæ Græcorum habent annales, aut missionariorum itineraria, cum Sinensium historiis conveniunt; evolvere hanc in rem, qui velit, cum fructu poterit *HORNIVM in Arca Noe pag. 250. seq.* Nos in tanta rerum obscuritate illa dabimus, quæ in lectione bonorum auctorum ad rem præsentem obvenerunt. Nominis rationem quod attinet, a fluvio *Tatar* in regno Mogulensi, sunt qui illud derivant, a cujus accolis, quibus id nominis proprium fuit, ad plures alios populos transit. Duplex autem *Tartaria* hodie communiter statuitur, *Asiatica s. Orientalis, & Europæa s. Occidentalis.* Hæc, prioris consideratio nos detineat. Vulgo igitur inter Tartaros Asiaticos connumerantur

1. *Mogolenses* in regno *Indostan;* ubi notamus

a. *Historiam antiquam usque ad initium seculi XV.*

b c Hoc imperium, *Indis* complexu contineri, ex *Geographia*



\* De Anonymi 15 Jafrijsa Rindou Thuringi Jaxonum Moravia,  
et quos du Fresnoy et Menaxe in suis Catalogis enumerant.

Quod P. H. scribit Tartari, de eorum autem origine et significatione  
multum disputat lege omnino qualis habet Strahlenberg in suo  
lingua non Quotand. ind. der Afrikaner Tartaroy p. 55 seq.

2  
Sed meliora dantur hodie Anonymi in Historia de Tartari, Müller in Historia  
Sinea et adjecto Commentario p. 55 seq. Strahlenberg loco citato va-  
riis in locis vide Indices.

4 Quae multos terrarum tractus in se complectitur, hodie sepe ejus  
partes statuuntur, Tartariae Ubecorum, Calmaucorum, Mungalorum,  
Sichiorum, Tangutorum, et Sargationum populorum à reliquis toto  
coelo diversorum. His in partem omnium Strahlenberg loco citato p. 55 seq.  
sua Tabula Geographica ad huc inspicit, absolute necessarium est.

\* Sed si non nisi spectata ad domum hodie regnatricem inter Tartaros  
referi possunt ipsi enim incolae proprie non sunt Tartari Videantur  
Strahlenberg loco citato.



u  
\* In tamen seculo X. ad XV. in his partibus signarent; diligenter  
collegit Gebhardus in tabulis Genealogicis Tom III n: 23. Singulos hos  
Tamedones subjugavit misit

# Quae adhuc in aula et inter praecipuos signa nobiles regnat.  
reliqua civium multitudo gentiles. De his sequitur. Videatur Lase.  
Hoc dicitur in officio. Religionem deo vult




a b c phia constat. Antiquissimis temporibus <sup>1</sup> nasse in  
 in his tractibus dicitur *Stabrobates*, qui Semiramidem  
 proelio vicit, v. DIODORVS SIC. L. 2. cap. 3. qui &  
 L. 1. cap. 1. scribit; a Sesostri rege Aegypti subrogatos  
 fuisse Indos, in his locis tum degentes. Tempore *Ale-*  
*xandri M.* regnavit *Porus*, quem a Macedonibus vi-  
 sum & captum fuisse legimus apud CVRTIVM L. 8.  
 c. 10. IVSTIN. L. 12. c. 7. seq. PLVTARCHVM in  
*Alex. c. 19.* alios, ubi & reliqua Alexandri facta in In-  
 dia perpetata, commemorantur. Post mortem Ale-  
 xandri, Indos defecisse, pag. 135 dictum novimus. Qui  
 postea hujus Indiae status fuerit, per multa secula non  
 constat; Illud indubium, ut varios populos, ita &  
 quamplurimos reges ac principes, in his vicinisque  
 tractibus fuisse exortos, de quibus plane nihil, aut pa-  
 rum tamen certi potest commemorari, v. quae colle-  
 gerunt HORNIVS in *Arca Noe* pag. 134. seq. HVB  
 NERVVS Tom. 9. L. 1. c. 3.

B. *Historiam recentiore.* Hanc ordimur a temporibus  
*Tamerlanis*; Nam cum ille circa finem saeculi XIV. in  
 Indiam usque penetrasset, terras occupatas ad filios  
 transmisit, qui in tractibus Indostan, regnum Mogo-  
 lense amplissimum condiderunt. Quorum dum hi-  
 storiam breviter exponere animus est, vix apparet,  
 cujus auctoris relationibus sequi fas sit; mirum enim  
 in modum variant, qui superioribus temporibus de  
 hoc imperio sibi scribendum sumserunt; nos illos se-  
 quemur, qui nuper res Indiae penitus & certius lu-  
 strarunt. *Machomet* nepos *Timuris* regnavit ab a.  
 1408. primus qui religionem Mohammedanam susce-  
 pit; ejus filius *Abusayd* a Persis vincitur, successorem  
 relinquens 1469. *Hamed*, ultimum ex recta linea *Ta-*  
*merlanidarum*. Huic successit 1495. *Babur* proximus  
 agnatus, qui, postquam fundamenta amplissimi regni  
 Indostani posuisset, ab Usbequiis regno ejectus, a non-



a b c nullis dicitur, sub initium sec. XVI. Ejus filius *Hama-  
majon* a. 1532. recuperasse imperium traditur, quod  
maximis bellis contra vicinos susceptis, amplificavit;  
ejectus deinceps regno, suborta seditione, illud tamen,  
Persarum copiis adjutus recuperavit. Patris successor  
fuit *Acbar* ab a. 1552. variis seditionibus & turbis invo-  
lutus, quas tamen omnes sedavit. Eadem fata habuit ejus  
filius *Selimus* ab a. 1605. successorem relinquens *Ziahan*  
s. *Cha-Gehan*, a. 1627. qui agnatos in regni securita-  
tem e medio sustulit; ipso adhuc superstitite, filii in-  
ternum bellum suscitant, quo superior factus *Aureng-  
Zeb*, fratribus trucidatis, patrem e throno deturbat  
1660. Post diuturnum parentis regimen successit *Mha-  
met Moses* a. 1707. demortuus a. 1712. successorem re-  
linquens *Gehan-Daarfiar*, quem seq. anno, e medio  
tollit fratris filius *Farogfier*; Is regnavit usque ad a.  
1720. quo trucidato, de regno certarunt *Mosis* ne-  
potes ex tribus filiis; usque dum competitoribus oc-  
cisis, regnum adipisceretur *Fergon-Dagtar*, qui hodie  
adhuc regnat. Majoris illustrationis causa nexum  
genealogicum adjicimus:

*Aureng-Zeb† 1707.*



a b c | | *Scriptores huc spectantes sunt, qui in Commentario de Im-  
perio Magni Mogolis extant, ex officina Elzeviriana.*  
TAVER.



1200  
73, 12

Disimus illud ex Relationibus publicis, quae referunt, quae Regem  
a. 1728 a Persis bello fuisse aggressum sequenti annuictum et ca-  
ptum Regem suo spoliatum esse, licet recentiores Relationes di-  
cant, Persam Regem hunc suum regnum esse, ea tamen conditione  
ut subditis et tributariis Regi persarum maneret.



\* *Supra* ita Tatarica denotat complexum unius populi, quod cum  
fractum sub uno capite vivit, aut circumvagatur

F Et imprimis in *Nichtle* abrogae *Historia* xviii. de quibus  
sunt *Tataris* et *Siberia* item in *de* *boff* *trib* *ing* *don* *herland*  
unde *de* *ost* *lan* *ca* *Tataris* *quam* *supra* *laud* *vim* *et* *in* *H.*  
*nonym* *Hyp* *oise* *Genealogia* *des* *Tataris* 1728.

\* *Vocabularii* dicunt, hanc regionem olim vocatam esse *Katai*, nomen  
vero *Sinae* sive *Schinal* ortum esse a temporibus *Xini* de quo dicitur  
sub *pagina* sequenti videat *Muller* *diff* *stat*. *de* *Chataja*.



a b c TAVERNIER in *Itinerario Indico* L. 2. c. 1. seq. Et  
 quæ collegerunt HORNIVS in *Arca Noa* p. 259. 376.  
 MICRAELIVS L. 3. p. 509. seq. Auctor T. IV, In-  
 trod. Puffend. c. 8. HVBNERVS Tom. 9. *Impressis*  
 (II. De reliquis Tartarorum in Asia, vel regnis, vel statibus,  
 aut saltem <sup>\*</sup>*hordis*, per ingentes Asiæ tractus diffusis,  
 multa essent commemoranda, at vero, cum præter ea,  
 quæ partim ex Geographorum libris, partim ex Missio-  
 nariorum relationibus, partim denique variorum itine-  
 rariis constant, parum certi de rebus Tartarorum habea-  
 mus; illi etiam, qui nonnulla ad historiam Tartarorum  
 spectantia, collegerunt, mirum in modum ab invicem  
 discrepent, vela hic contrahere cogimur; interim frag-  
 menta, sed quam certa, qui velit, legere ea poterit in  
 ANDR. MULLERI *Diss. de Chataja*; HORNII *Arca Noa*  
 pag. 250. 263. seq. MICRAELII *Hist. Polit. L. 3. p. 448.*  
 seq. *Respublica Tartaria Elzeviriana*; qui gallice callet,  
 legat THEVENOTI *Relations des divers Voyages*. Quæ  
 HVBNERVS Tom. IX, Auctor Tom. IV, *Introd. Puffend.*  
 Anonymus in *Staat von der Tartarey* habent, ita com-  
 parata sunt, ut omnino evolvi mereantur. Ad recentio-  
 ra tempora spectant, quæ sine voluptate legi haud pos-  
 sunt in *dem veränderten Rusland*; *iezigen Staat von Rusland*  
 P. I; *Allerneuesten Staat von Casan, Astracan, Georgien &c.*  
*Staat von Siberien.* De Tartaris Europæis suo agemus  
 loco.

XII. SINENSIVM; Non litigamus de orthographia vo-  
 vocis, an *China*, *Cina*, *Xina*, vel *Tschina*, scribi de-  
 beat nomen patriæ Sinensium; quod enim Europæi *Chi-*  
*nam*, Arabes *Sinam*, Turcæ aliique *Tschinam*, ipsi Chi-  
 nenses vernaculo uocabulo *Chunghuo*, aut ut alii volunt,  
*Chingque* appellant; quis enim difficillimam linguæ Si-  
 nensium pronunciationem, debite literis exprimere quiverit?  
 Sed quicquid hujus sit, nos ad historiam Sinensium ocu-  
 lum convertimus, quæ est vel

3. Pa

*Bernier aus de l'Asie, Revu-  
 lution in Mogul 1673, 12.*







Illorum enim summa annorum, nostrum computata suspendi ratione  
excedit: ut noster annus mundi praesens 5689 sit Sinesium annus 88640157

¶ Hic est magnus ille Sinesium Philosophus de cuius doctrinis  
aeque ac culta adhuc dum acriter disputatur De prioribus videatur  
Couplet in Praefat. ad opera Confutii De posteriori Wallerij in de  
Gyffonia de Religione Protestantium

¶ Immo et omnes libros combussit, ne Sineses occasionem haberent  
recolendi pristinum magistrum suum statum, sine Gyffonia il  
lorum antiqua tantis fabulis citibus.

¶ Et Muller loco citato p. 6. Inspice qui Strahlenbergii Gentium

¶ Hi fuerunt posterij ex familia Zingis Chanis, qui Chinam sibi sub  
jecerunt Videatur summo Gerhardi Tomo III n. 37.

¶ Et si originem ducunt ex posteritate Zingis Chanis quod dicitur  
p. 115. Confut. p. 256.

¶ Immo et Schellibzontensis



\*  
U.  
na  
S.  
h.

x Primus fuit Franciscus Xavierus circa annum 1550. Videat Phil.  
 leus de Rebus Sincis A. 2. et Libanus in Spissima Sinica

U) Extra munus est Tartaria. Quibuscumque tributa sua eas sine  
 sibi, sed cum illorum reges a Sincis male tractarentur. Thiem-  
 sim bello Sincas adhibuit, quodam pfecto filij Thiem. Cum oc-  
 casione intermanu tubarum eorum posteris imperio adhaec dicitur potuunt  
 Videat Gebhardy loco citato

\* Sincas hujus Philosophi memoriam annuatim recolunt, quem cultum  
 Jesuitae pro cultu Politico et innocente vendunt eumque conuersio si-  
 nensibus permittunt, Dominicani vero ut idololatriam prohibent atque  
 rejiciunt, hinc illae persecutiones. Videat Waldy loco citato et Fan-  
 dellii Relatio de morte Cardinalis Turronii, quae in Sina contigit.  
 Hinc Turronii <sup>quod dicitur in A. 1702. in Sinam ad decemendas. Epistolae et Dominicanorum contentus</sup>  
 F. Hoc sepe anno 1735 demortuo novus successit eorum nomen adhuc  
 ignotum, is mitiori ingenio praeditus persecutionem Christianorum  
 cohibuisse videtur, de rebus illis hactenus gestis, nihil adhuc dum in  
 Europa in notitiam.

\*  
Chu  
schell  
1702  
1735  
1735



a b c gerare, usque dum internis factionibus & seditionibus, eo res rediret, ut Tartari iterum Sinas occupare imperiumque ad se rapere possent. Interim hac dynastia regnante, Iesuitarum opera christianismus inter Sinenses introductus fuit seculo XVI.

4. Sub imperio Tartarorum moderno, ab anno videlicet 1644. quo *Tiem-Cum* in ipso victoriae cursu obiit; successorem relinquens *Xun-Ti*, qui deletis latronibus, aliisque regibus quos Sinenses elegerant, primus ex Tartaris rex regnavit; sub cuius regimine publice profiteri religionem christianam, permissum fuit; Patri a. 1660. successit *Cam Hi*, cuius regimen satis pacatum fuisse constat, eo regnante, motus illi adhuc durantes *de cultu Confucii*, in nervum eruperunt, unde & gravis christianorum persecutio a. 1717. exorta, ~~Mandchus~~ Rex *Ion-Tschim* patri successit a. 1722. & christianorum persecutionem, illorum praecipuis, qui Iesuitarum opera conversi fuerunt, continuavit anno 1726, seq. Plura dicentur per discursum.

Scriptores huc spectantes sunt MARTINII *China illustrata*, *Historia Sinica*, *Historia de bello Tartarico*, LEIBNITII *Novissima Sinica*; & quae collegerunt HORNIVS *Loc. cit. p. 222. 250. 387. seq.* HVBNERVS *T. 9.* & Auctor *Tom. IV. Introd. Puffend. cap. 5.* *Imprimis Nulli Historia Sinensis quae*

XIII. Regnorum, quae Sinenses condidisse creduntur; inter quae notiora sunt I. *Japonia*, quae sub Sinensium Imperatore *Xio*, primos ex Sina colonos accepisse dicitur; de antiquis Japoniae rebus nihil certi constat, unum semper a longinquis temporibus Monarcham, quem *Dairum* vocabant, agnovisse, communis est sententia; quod Dairorum imperium usque ad A. C. ~~1130~~ <sup>1138</sup> duravit, quo quidam exercituum dux, nomine ~~Namunga~~ *Joritomo* summam monarchiam invasit, Dairo nomen inane relinquens; ~~sed circa a. 1584. Taicosunna. (Dairo sponte imperio se abdicante, & in pontificem, cui religio-~~

*und alii postea 1688. 4.*







Quorum Cyrenae militum dux Taza, regnum usq[ue] capuit,  
et successores habuit usq[ue] ad annum 1574 dux Jabonunga, dux  
quidam occasione interruptione Sudaenam regnum invasit tandem  
tus 1586 Fapiba tenaci genere natus, sed militum dux insignis  
non solum civile imperium sed et ecclesiasticum ad se rapuit.  
Hic ad privatam vitam coactus illi postea signaturus  
ad annum 1614, quo princeps quidam Gejajammba regnum  
ademptum ad posterum transiit, qui de quo regnat. Videatur  
Gebhardi Tom III n. 48 ~~scilicet~~, the reges Episcopi etc. etc.

Interim mentio hic injicienda, de missione religiosa auspiciis Regis Danicae  
in urbe Tranquebar ad oram Malabarica sitam anno 1705 instituta,  
quibus vero initium hoc op[er]e susceptum sit, et quo progressu adhuc dum ex  
finietur legi potest in Relationibus quae Halbe successively prodie  
runt, conferat Monsieur de la Croze in sua Histoire des Indes  
Protestantiques Missions dans l'Inde, Pari ratione et de  
regibus in insula Ceylon usq[ue] ad annum 1670 nonnulla collegit  
Gebhardi in Tabulis Genealogicis Tom III n. 48.



\* Quae in scriptura sacra traduntur, vera esse nemo dubitat,  
nos hic loquimur de historia ipsorum Aegyptiorum, cujus initium  
ultra mille annos ante creationem extendunt, superiusque  
sequuntur. Catalogum nectunt, secundum varias Dynastias, de qui-  
bus videantur veritate.

\*) Nomen appellativum eisdem ac nomen sup. locum 10 in scriptura  
sacra nominant, quod impossibile est connectere cum his ve-  
gibus, quorum mentio fit in historia profana

\* Ca  
fide  
to  
est  
hanc



## I. AEGYPTII. Ubi notamus

1. *Originem nationis.* Quæ regio veteribus appellata fuit *Mizraim*, Turcis & Arabibus adhuc hodie, parva mutatione *Misir* dicitur; & quidem a primo illius cultore, secundo Chami filio *Mizraim*, qui huc cum suis immigrasse creditur; *Aegyptii* nomen ab Ionibus huic regioni inditum fuisse, HERODOTVS testatur L. 2. c. 154. a græco *αἴγυψ*, *αἴγυπιός*, quod vulturem, fulvi coloris avem significat, ob nigredinem terræ & incolarum; aliâ ab hebraico *Aje-Caphtor*, insulis Caphtor, deducere volunt, ut latius legere est in ABELI *Hist. Monarchiarum* L. 1. c. 4.

2. *Historiam fabulosam aut saltim incertam*; Quicquid enim de Chamo filioque ejus, tanquam primis Aegyptiorum regibus, deque antiquissimis dynastiis & regibus vulgo traduntur, fabulosa aut incerta merito habenda\* quippe ante *Psammetichi* imperium & Græcorum cum Aegyptiis commercia, dubiæ res Aegyptiorum erant, fatente HERODOTO *Loc. cit.* conf. DIODOR. SIC. *Lib. I. c. 154.* Nec in iis, quos S. Sacra commemorat *Pharaones* seu reges Aegyptiorum antiquos, res cuncta expedita est, quorum nomina varii varie interpretantur. Quicquid interim hujus sit, illud certum est, regnum hoc antiquissimum esse, hacque periodo contigisse ea omnia, quæ in historia sacra Patriarcharum, usque ad exitum Israelitarum ex Aegypti servitute<sup>F</sup>, annotata legimus, v. pag. 81<sup>F</sup> & confer *Annalium Scriptores*, ut & *Commentatores ac Systemata Hist. Eccl. V. T. MARSHAMVM in Canone Chronico*, & qui illum sæpe refutat, PERIZONIUM in *Originibus Aegypti*, ABEL *Loc. cit.* CELLARIUM in *Hist. Ant. p. 168. seq. et imprimis Vassium in Aegyptiaca et Tom. IV. Puffendorffii.*

3. *Historiam certiozem*, a temporibus R. *Psammetichi*, qui primus commercia cum Græcis instituit, dum bellis civilibus adductus, aditum iis in regno patefecit; regnum is solus in Aegypto occupavit a. M. 3280. a. C.



a b n. 668. Hac periodo occurrunt sequentes Aegyptiorum Dynastia:

a. Regum domesticorum a Psammeticho ad Psammenitum, quintum regem in hac dynastia, qui a Cambyse Persarum Rege, victus & interfectus est a. M. 3426. a. C. n. 522. *Vide hic Gebhardum Tom III n. 53.* p110.

β. Persarum, qui ab illa victoria, praefectos Aegyptiis imposuerunt, quibus perpetua cum incolis saepe rebellantibus bella fuere, usque ad a. M. 3537. a. C. n. 411. quo Dario Notho regnante, iterum defecerunt. *p111*

γ. Rursus regum domesticorum, a Nephreo usque ad Nechanebin, tribus interjectis, quem posteriorem Artaxerxes Ochus R. Persarum debellavit a. M. 3600. a. C. n. 348. & Satrapam imposuit Aegypto, quo in statu mansit ad Alexandri usque M. tempora. *conferat Gebhardi loco citato* p112

δ. Macedonum, Alexander M. devicto Dario Codomano acquirit Aegyptum a. M. 3619. a. C. n. 329. Alexandriamque condit; moriens, dispositione testamentaria Aegyptum cum partibus Lybiae & Cyrenaeae, Ptolomaeo Lagi adjudicat, qui dissensione inter duces suborta, primus sibi nomen regium & diadema sumit a. M. 3644. a. C. n. 304. postquam audivisset, Antigonum, idem jam cum filio Demetrio fecisse. Habuit itaque Ptolomaeus suos in Aegypto successores XII. quorum genealogiam sequens tabula propinat; p113. p118.

Ptola-







§ Hodie Barian tibi Cairon in hoc tractu jam dum circa annum  
A. C. 630. quidam Battus ex Graecia aut infulis prope Brestam, naviq  
huc ventus sequum condiderat habuitq. Successores 7. quos vide apud  
Gebhardum loco citato num: 54.

© De Bibliotheca Vidualy Navig introductione in sem litterariam Capite  
de Bibliothecis, de Versione Cellarig in dispartat: de Septuaginta vivali  
et le Long. in Bibliotheca Sacra



a b c

*Ptolomaeus Lagus* Ubi notatur hujus Tabulas expositio, vide apud  
3627. † 3665. *Johannum deo citato n. 55*

*Ptolom. Philadelphus*  
3665. † 3703.

*Ptolom. Evergetes*  
3703. † 3729.

*Ptolom. Philopator*  
3729. † 3746.

*Ptolom. Epiphanes*  
3746. † 3770.

*Ptolom. Philometor, Ptolom. Physcon*  
3770. † 3804. 3804. † 3834.

*Ptol. Lathirus* *Ptolom. Alexander* *Ptol. Apion*  
3834. † 3870. 3851. † 3860. rex Cyrenæ ♀

*Ptol. Auletes* *Ptolomaeus*  
3870. † 3899. rex Cypri † 3854.

*Ptolom. Dionysius* *Cleopatra* † 3892.  
3899. † 3903. 3903. † 3920.

*Ptolomaeus Lagus* a. M. 3644. a. C. n. 304. proelio navalibus  
vali apud Cyprum, a Demetrio vincitur; quam cladem  
quiennio post, societate junctus cum Seleuco  
aliisque, egregie compensat. Iudæis quæ intulerit fa-  
ta diximus pag. 90. seq. *Ptol. Philadelphus* literarum  
fautor, bibliothecam erigit, & LXX. viralem biblio-  
rum versionem procurat a. M. 3681. a. C. n. 267.  
Nilum, fossa ducta cum mediterraneo jungit. Ab a.  
M. 3691. a. C. n. 257. longo & difficili bello cum  
Syris implicatur. *Ptol. Evergetes* Syriam spoliatur a. M. p/31.  
3705. a. C. n. 243. & quinquennio post, Seleucum na-  
vali proelio in fugam conjicit; Antiochum in Æ-  
gyptum fugientem custodiæ mancipat, v. pag. 131.  
*Ptol. Philopator* crudelis in parentes & fratres, An-  
tiochum M. vincit, v. pag. cit. In Iudæos sævit a.  
M. 3733.

V 3

M. 3733.



*F bello Syriaco hunc occupatis*

a	b	c	M. 3733. a. C. n. 215. & multa millia in ægyptum abducit. <i>Ptol. Epiphanes</i> Syriam amittit a. M. 3752. a. C. n. 196. <i>vid. p. 91. 131.</i> anno vero post sexto, Iudæam & Coelesyriam, ducta filia Antiochi in uxorem, recuperat. <i>Ptol. Philometor</i> ab a. M. 3779. a. C. n. 169. ab Antiocho Epiph. bello petitur, sine tamen magno effectu, ægyptii enim a Romanis defendebantur, tandem bello cum Alexandro Syriæ rege vulneratus, moritur, <i>vid. pag. 132. Ptol. Physcon</i> , homo crudelis & impurus, concitata a. M. 3821. a. C. n. 127. seditione a populo, clam in Cyprum fugit; & ægyptum gravissimo cum Syris bello implicat, tandem reversus & melior factus, in regno moritur. <i>Ptol. Lathurus</i> cum matre Cleopatra regnat, a qua regno pellitur in Cyprum & oppugnatur a. M. 3851. <i>p 305.</i> a. C. 97. ab hoc rege vincitur Alexander rex Iudæorum, victoriaque crudeliter utitur a. M. 3850. a. C. n. 95. Sequenti an. moritur <i>Ptol. Apion</i> , populum Rom. testamento hæredem relinquens. <i>Ptol. Alexander</i> Cleopatram matrem interficit a. M. 3860. a. C. n. 88. quam ob eadem, ægyptii eum pellunt, & <i>Lathurum</i> ex Cypro evocant. Huic successit <i>Ptol. Auletes</i> , ut amicus & socius populi Rom. haberetur, <i>p 189.</i> ingentem pecuniæ summam Cæsari largitur, cumque Romanis Cyprum injuste a. M. 3892. a. C. n. 56. occupantibus, sese opponere nollet, e regno pellitur an. seq. restitutus tamen biennio post per Gabinium, auctoritate Pompeji; <i>Ptol. Dionysius</i> puer 13. annorum sororem Cleopatram in uxorem ducit, Pompejum ad se fugientem a. M. 3902, a. C. n. 46. obtruncat, ipse seq. anno aquis suffocatus; quo tempore Iul. Cæsar Alexandriam occupat, regnumque <i>Cleopatra</i> in premium libidinis restituit. Cum vero regina & Antonium a. M. 3908. a. C. n. 40. res orientis procurantem, amorum vinculis ita con-
a	b	c	strin-



Idipsum bene notandum, tanquam initium à quo Romani cum Aegyptiis  
vinculo amicitiae, deinceps fuerunt collegati, atque demum successive Aegyptum  
suo imperio subicerent, ad Condeleg. h. d. docet.



F bello Ly

\* Ut eum melius in ordine possint retineri populi et gentes impe-  
rii Romani, ubi jam pridem, nunc ceperat Romanorum ma-  
jestas, seu in fine locabilis, limitem vero utriusque reperiri secundam  
lineam concipimus, à Nilo per mare Mediterraneum et Adriaticum  
usque ad Danubii ripas.

⊙ Et haec sententia verior est, habuit enim successores usque  
ad annum 905 quo ultimus occisus fuit Viduar, Gerhardus, loco Eike  
to num: 57.



a b c strinxisset, ut uxorem Octaviam <sup>Octavia</sup> repudiaret, Octa-  
 vius expropter bello Antonium adoritur, & in Græcia  
 vincit a. M. 3929. a. C. n. 29. Prolato dehinc in Ae-  
 gyptum bello, Antonium eo adigit, ut anno seq. se  
 ipsum interimeret, quem Cleopatra, triumpho ludi-  
 brium vetita, veneno aut morsu aspidis, eodem an.  
 sequitur; ex quo Aegyptus provinciæ rom. formam  
 induit, *filiis Ptolomæi Romanam ducti perierunt.*  
 e. *Romanorum.* Posteaquam Aegyptus provincia rom.  
 esset facta, imperii romani pars fuit, primo per eque-  
 strem ordinem, dein per procuratores recta, v. LA-  
 ZIVS in *Comment. Reip. Rom.* p. 24. 113. 194. 232.  
 Candace, regina Aethiopiæ a. C. 10. ægyptum inva-  
 dit, sed repellitur circa a. M. 3928. a. C. n. 20. Se-  
 culo III. turbatur a tyrannis *Aemiliano* a. 261. A *Zeno-*  
*bia* occupatur a. 269. A *Firmo* 273, quem statim eji-  
 cit *Valerianus*; a *Saturnino* 281, qui eodem anno  
 occiditur; ab *Achillæo* 288. sexennio post capto &  
 interfecto; *Diocletianus* a. 292. in Aegyptum profe-  
 ctus, difficili bello per aliquot annos detinetur. Dum  
*Constantinus Imp.* imperium in duas partes distri-  
 bueret in occidentem & orientem, Aegyptus ori-  
 entali s. Græco cessit a. 330. *Persæ* a. 616. universam  
 Aegyptum, & omnia usque ad fines Aethiopiæ oc-  
 cupant, & plurima præda onusti in Syriam revertun-  
 tur. Quæ ad res ecclesiasticas pertinent, & in Ae-  
 gypto sub hac periodo acta sunt, dabit *Hist. Eccl.*  
 2. *Saracenorum.* Cum Aegyptii, a Græcis Imperato-  
 ribus, nimis superbe jus sibi dici existimarent, rebel-  
 lione concitata, evocant Saracenos & Græcorum  
 dominationem excutiunt a. 635. peculiarem sibi *Ca-*  
*lipham* præficientes, a *Babylonio* & imperio & reli-  
 gione diversum, ut nonnulli volunt; alii enim asse-  
 runt *Achmed* ultimum ægypti præfectum, demum  
 a. 869. a *Babylonio* defecisse, seque *Chalifam* fecisse:  
 quic.

a b c

quic.



quicquid sit, obscura sunt hujus periodi fere omnia; illud indubium, ipsos Saracenos, de Aegypto graviter inter se <sup>4</sup>belligerasse sec. VIII, IX. & X. An. 1010. Amiras Aegypti, Hierosolymam capit & vastat, omnesque religiosos extorres facit. Sub initium sec. XIII. infestatur a Francis, bello sacro occupatis, quos tamen reprimunt cito Saraceni; a. 1167. Chalifa Persiæ Aegyptum invadit, Almericus contra rex Hierosol. auxilio venit, & Persas cedere cogit, anno autem 1169. seq. hostiliter cum Græcis Aegyptum invadit, sed sine aliquo successu. 127.

η. *Sultanorum* ex gente Turcarum. Quamquam Sultanorum nomen commune apud Saracenos sit omnibus eorum Imperatoribus, usu tamen invaluit, ut titulus ille, solis Aegypti imperatoribus, qui post Chalifas regnarunt, tribueretur. Inclinante igitur, ob socordiam, Chalifarum auctoritate, insurrexerunt principes in Aegypto, qui *Sultani* dicti, & summam rerum ad se transtulerunt. De primis his Sultanis variant scriptores, quem enim alii ultimum Chalifam nominant, alii primum Sultanum faciunt. Plerisque *Sarracon* primus habetur, qui imperium sibi acquisivit, dum Sultanus Damascenus eum Almerico regi in auxilium misisset; Successorem nactus *Saladinum* a. 1170. cujus ingentia facta totum orientem & Europam impleverunt, totius enim Syriæ imperio potitus, christianos bello sacro occupatos varie afflixit, ac tandem a. 1187. Hierosolymam cum ultimo regi Gvidone cepit, finemque regno christianorum in Palæstina fecit; in subsequentium Sultanorum historia magnæ sunt tenebræ & confusiones inextricabiles; utut sit, duravit hæc dynastia usque ad 1244.

θ. *Mamelucorum*; hoc nomine veniunt christiani omnes, qui durantibus bellis, a Turcis vel Tartaris capti &

a Sa-



Quae seculo X. contigerunt, quive praefecti rebellantes summam  
seruam ad se pertraxerunt, singulos hos diligenter collegit Gebhardus  
l. cit. n. 58.

maxo

afedo  
in  
causa

Interim tamen satis clare nunc horum regum et successiones et his  
gestas enucleauit Gebhardus l. cit. num. 59.



¶ Videtur tamen recte se habent, Almuzo enim, qui tumultu  
militum, anno 1250. regnum adeptus, natione Turcy fuit,  
suorum habuit Successores usque ad annum 1389, tunc demum  
Altun. Boga ex Cameluccis ultimumque Sultanus Turcicus e-  
trono deurbavit, penes cujus posterum regnum mansit usque  
ad annum 1517. Vnde Gebhardy l. t. num. 60 seqq.

¶ In huius Regibus non Regibus ipse in hoc anno <sup>1744</sup> abscissa Grop. V. quia  
Constantinopoli in rebus de solentur in Janissaris hanc quae ad missa  
ningra vnde, de hinc ipse hinc vnde vnde vnde.



a b c a Saladino nummorum pretio coempti, ac in Aegyptum ducti fuerant, ut iis hominibus exercitatissimis, uteretur, ob molliorem Aegyptiorum; hi tandem cum tempore, cum sibi licentiam, ut leges praescribere attentarent Sultani suis, quod cum ferre haud posset ultimus, Elmut, conjuratione facta illum e medio tollunt, summamque rerum ad se rapiunt a. 1044. Atque ab eo tempore regnarunt Sultani ex Mameluccis numero plures, qui tamen aequae incertus, ac series illorum & res gestae, ultimus fuit famosus ille Campson & Tomumbiensis, qui Persarum contra Turcas socius fuerat, adeoque a Selimo armis petitus, post gravia proelia, in Alcairo perfidia suorum captus, suspendio necatur 1517.

1. *Turcarum.* Atque ab eo tempore Aegyptus Turcis paruit, in hunc usque diem, quam Beglerbegus Cairi sedem habens, administrat; equidem a. 1664. primores nonnulli Cairienses, qui ex Mameluccorum Sultani originem ducunt, & Boges s. Begi appellantur, de antiqua libertate cogitare tentabant, sed sine eventu; rebelliones quas Aegyptii subinde suscitarent, avaritia Praefectorum, quos vix satiare potuerunt, inducti, commemorasse vix erit pretium, *Vocalis exempl. lege in Ira fuorupiffu Sama Tomo 28 p. 706 p. 707*

Scriptores pro diversitate periodorum varii sunt: IOSEPHVS in *Antiquit. Iudae.* HERODOTVS, DIODOR. SIC. DIO CASSIUS, CURTIUS, IUSTINUS, APPIANUS in *Syriacis*, NEPOS in *Agésilao*, PLUTARCHVS in *Demetrio, Antonio, Agésilao &c.* XIPHILINUS, ZOSIMUS, & *Scripp. Hist. Augusta*; PAUL. DIACONUS in *Hist. Miscel.* CEDRENVS, ELMACINVS & CVRIO in *Historia Sarac.* ABULPHARAIUS Pocockii; *Scriptores belli sacri*; IOVIVS in *Histor. sui temp. L. 17. seq.* & *de rebus Turcarum*; LEVNCLAV. in *Hist. Musulman.*

a b Et quae recentiores collegerunt, REINECCIUS in *Syn-*

X

161

*Epistola Peligione Asiana mako  
etiam, etate sua*

*4. Gaoz Jucifol*

*que bello Tomumbiensis*

*in General Gouvernement, Prefecto  
generalis, etiam vero Beglerbeg. in  
lingua Turca significat dominum  
minorum.*



a b *ragm. Tom. I. KIRCHERVS in Oedipo Aegyptiaco T. I. MARSHAM in Canon. Chronico, PERIZONIUS in Originibus Aegypti. HORNIVS in Arca Noe pag. 33. 40. seqq. 345. seq. MICRAELIVS in Hist. Pol. P. I. p. 56. seqq. P. II. p. 520. seq. Auctori Tom. IV. Introd. Puffend. de Afri-*

II. AETHIOPIES. Hoc nomine generaliter sumto complectimur, quicquid populorum subnigricante vel atro colore, in Africae partibus mediterraneis pariter & australibus, habitat. Quo referimus regnum

a. *Abissinorum seu Habassenorium*, diversimode enim scribitur; Horum notamus

1. *Historiam fabulosam*, quae catalogum regum eorumque res gestas complectitur, a *Chuso* ad *Melilechum*, Salomonis ex *regina Sabe Maquema* dicta filium, ejusque, ut traditiones & poetae Aethiopum habent, successores, usque ad ea tempora, quando Abissini Europaeis innotuerunt, circa a. 1460. qua periodo Abissini continuam regum successionem ostentant, secundum 3. *Dynastias*, quarum prima continet reges ex *Salomonis posteris per Melilechum*, ad a. Christi 960. quam deturbavit familia *Zageorum*, quae regnavit usque ad a. 1300. quo *Salomonae* familia rursus summam rerum adeptam est, v. *Hispaniam illustratam Tom. 2.* & quae collegit Auctor *Tom. IV. Introd. Puffend. Loc. cit. c. 6.* illud notandum, durante prima dynastia introductam fuisse, circa tempora Constanti M. christianam religionem, ad normam ecclesiae Copticae, judaicae tamen nonnullis ceremoniis corruptam.

2. *Historiam certiore*, ab a. ut diximus 1460. quo Lusitani in Abissiniam primum venerunt; eo tempore imperium istud intestinis dissidiis & externis bellis conuectebatur, ex quo factum, ut maxima olim potentia regum decreverit, ita ut ex regnis XXVI. hodie non nisi IV. ipsis remanserint. Nos potiora hic quoad

♀ Videatur Schmidii dissertatio  
de Regina Sabe ad locum  
I. seq. X

215



Et quidem prae omnibus aliis, hodiernis Portugalliae hinc hinc dictas  
ad 218

fol. 218  
hi  
quibus  
licet  
ut illis  
aut  
apo

col. 11

¶ Reges illos qui ab eo tempore ad nostram aetatem regna-  
verunt diligenter commemorat eorumque res gestas exposcit  
Gebhardus loc. cit. num. 70.



♀  
vide  
de  
176

D Interim quantum de his populis conquirere potuit, Gebhardi Tom III.  
No 40. sequi proposuit, qui ubiq; eorum, praesertim hic mentio capi-  
enda de Mangonio seu de mercatu corporum humanorum, huius  
Angli in oris Guineae et Congo exercent Vide Victoris Guilielmi qui  
alioquin historiis Tomo III pag. 208 sequi de Universis Naali Cabins  
Hoc dicit ubi agit de Affanto. p. 208. Sed efficitur. Ut in Hispanicum est.  
idem quod Mangoniam seu potius tractat de mercatu corporum humanorum.  
In hunc tractatum inveniunt Hispani cum Jullis 1702 per 10 annos et anno 1713 cum  
Anglis per 10 annos.



a b c quoad historiam sec. XVI. seq. breviter adjiciemus. Circa finem sec. XV. & initium sec. XVI. variae contigerunt seditiones, & de regno crudeles disceptationes, quas a. 1607. sedavit rex *Susneus*, amicus Portugallorum & in illorum religionem pro quam 1622. publice professus est; cum vero ead. heditis obtrudere conaretur, bello civili cimento ansam praebuit; demortuo interea regi 1632. successit filius *Basilides*, qui omnes catholicos quantocypus expulit, majorumque religionem restauravit, opera imprimis usus *Petri Heylingii* Lubecensis Lutherani. Basilidis successores de regno invicem certarunt, usque ad finem seculi XVII. conf. hic *LVDOLFI Historia Aethiopica*, & ejus *Schaubühne des XVII. Sec. D. IOH. HENR. MICHAELIS Leben Peter Heylings. Halae 1724.*

B. De reliquis Africae populis vel regnis bene multis, puta *Congo, Zanguibar, Monomotapa, Caffaria, Nigritia, Guinea*, aliisque, nihil attinet dicere, quippe quod exiguam de illorum statu habeamus notitiam; qui igitur hic ea nosse cupit, quae de his amplissimis regnis constant, ex libris geographicis & itinerariis haurire debet huc spectantia, quorum notitiam praebet *DU FRESNOY in Catalogo Introductioni in Hist. subjuncto cap. 100 102.* & quae collegit *HORNIVS in Arca Noa pag. 364. seq.* Dappell in *des Voyages* non Africae, *Ruffens of the Tombs of Ethiopia* Tomo IX.

C. Illorum regnorum, quae ex Saraceuorum reliquiis originem trahunt, ut  
 1. *Fezzanum*, cuius per transennam notamus dynastias; prima fuit sub *Chalifis Saracenis*, quorum primus *Idris, Abdallae* filius, qui chalifatum Fezzanum condidit an. 788. hujus posteritas annis fere 150. imperium tenuit. Deinde secuta est multiplex rebellio principum, quorum nonnulli *Granadenses*, alii *Caryani Chaliphas* in auxilium vocarunt; regnarunt deinceps sec. IX. & X. apud *Fessanos* diversae familiae, *Mecnasa, Magrava Zenatorum*, post hos *Loni*

*Hic temporibus Ernesti Dei Ducis Gothae  
 virebatur et e regis grad. vil. natus erat  
 Sigismundus 1624.  
 \* hic Petrus Heylingus Augustinus  
 Silbersteinis qui temporibus Frederici  
 Imperatoris in Luth. schola vixit hi  
 alios huiusmodi in his paginis populos  
 miserant sed pro modo hanc et non sicut  
 solent proficere regis dantes. de aliis illis  
 non habemus notitiam quosdam vocarunt  
 sed hic Petrus Heylingus in Abyssinia  
 perierunt  
 Petrus Kolberg in *Reise nach Capo  
 de bona Esperanza*  
 Dappell in *des Voyages* non Africae  
 Ruffens of the Tombs of Ethiopia Tomo IX.*

123



tenis seu Almoravida sec. XI; his successerunt sec. XII Almoahida, Marini ex Zenataorum stirpe sec. XIII. quibus extinctis, Oatasseni circa a. 1380. qui, sicut potentia, & auctoritate ceteris superiores omnino erant, ita etiam plerosque alios Africae regulos, eorum certus numerus iniri non potest, tributarios sibi successive fecerunt. Ultimus Oatassenorum fuit Hamel, quo defuncto aut everso, familia Scheriforum, tertius Mauretaniae imperium obtinuit circa a. 1548. hodieque regnat. Noviora sequenti momento breviter commemorabimus.

II. Maroccanum. Saracenis inter se discordantibus, Maroccanum quoque regnum exortum fuit, quod initio peculiare reges habuit, ex familia Scheriforum ab a. 1519. Tandem a. 1548. ultimo Oatassenorum in regno Fezzano, decedente; Maroccani illud etiam occuparunt, auctore Mahumed Scherif, cujus posteris intestinis de regno bellis, mutuo sese confecerunt, usque dum rex Taffileti Muley-Archy occasione usus, a. 1663. regnum Fezzanum, & 1667. Maroccanum sibi subjiceret; cujus successor Muley Hamet Ismael crudeliter regnavit usque ad a. 1727. Ceuta obsidionem ab a. 1693. continuavit, sine tamen aliquo successu. Post ejus mortem, de summa rerum gravi & cruento bello certarunt filii p. 225 Abdelmalech & Muley-Hamet, variante, ut fit in bello, fortuna, usque ad a. 1728. circa cujus finem, depositis armis pax insecuta fuit; exitio tamen Abdelmalecho, quem frater sub initium anni 1729. dolose e medio sustulit; nec tamen diu regno potitus fuit, veneno enim cito post sublatus dicitur, in cuius locum successit tertius frater, quem Muley-Abdalla vocant relationes publicae, Hunc anno 1734.

III. Tremezenum seu Telensinum. Circa a. 1140. ex Almoahada familia Abdalla, ludimagister quidam, sum-

amis aggressus est quosdam fratres Muley Ali, sed quia tyrannice regnabat, cito regem deiecit, hinc aora factis quibus anno 1735 quae quintum fratrem Muley Cariba cepit, hunc Jamet Abdalla anno 1737. cruento proelio victum in regno cepit, proinde ab omnibus subditis pro lege agnitus, anno 1739 sup. quietem renunciatam restituit videlicet Braithwaite Almoravida Arabum Regis Abdalla Ibrahim

magis



\* Videat Anonymi Nouvelles Historique de Ismael Prince de Maroc  
‡ Lege hic etiam Labrius aut Landiffon Mor de iudicibus quod Salae p<sup>ro</sup>diit  
ubi obsidio ista ex instituto describitur.



arm.  
St.  
23  
41  
c

\* In hujus territorio jacent Oran et Shefelquivit ad oram maris portu et for-  
talibus quondam, has Hispani longo tempore possederunt ad annum 1708.  
quo Algerienses durante tunc bello Hispanico utramque civitatem sibi subjecerunt  
eamque retinuerunt usque ad annum 1732 quo Hispani valida manu sus-  
citata recuperaverunt, et contra varios hostium insulsi mastrale eos  
descenderunt in quatuor diebus.



a b c mam rerum in his locis adeptus est, posterosque ha-  
 buit usque ad initium sec. XIII. ubi, ex Almo-  
 dum imperii destructione, nova regna erata sunt,  
 & inter hæc Tremezenum etiam; quod auspiciatus est  
 quidam *Habdul*, ex stirpe Magroa Zeni-um fa-  
 milia, cujus successores per CCC. annos regnarunt,  
 usque dum *Ghamsar Benzeyn*, ex Magroa stirpe, re-  
 gno Telenfino potitus est, cujus posterii *Benzeyni*  
 sunt appellati, ex qua familia X. Reges per multos  
 annos regnarunt, perpetuis bellis a Fezza regibus  
 exercitati; circa an. 1430. Tuneti regi *Abuferezio*  
 tributarii facti sunt, usque ad obitum filii eius *Hut-*  
*merii*; continuata dein series Regum apud Telenfi-  
 nos usque ad recentiora tempora. A. 1516. *Hari-*  
*riadenus*, classis Turciae praefectus, regem *Buhamu*  
 vincit, cujus filium *Abuchemu* Carolus V. 1535. re-  
 stituit; hujus filius *Abdulla*, ab Hariadeno victus in-  
 terficitur, regnumque fit provincia Turcarum, quam  
 deinceps *Algirienses* sibi subjecerunt, ceu paulo post  
 dicetur; unde fit, ut hodie a plerisque scriptoribus,  
 regnum istud tanquam pars Algiriae reputetur.

*live Barbarossa*

IV. *Algeria.* Algeria, longo temporum intervallo  
 regni Tremesini portio fuit; postquam vero Tuneti  
 rex *Abuferezius*, ut praediximus, regnum Treme-  
 sense subjugasset, Algiriae regnum, uni ex filiis de-  
 dit, quorum sedes erat Bugia; cum autem Algirien-  
 ses regum suorum potentiam minus validam cerne-  
 rent, eo rem deduxerunt, ut sub tributi oblatione,  
 liberi pronunciantur, quo in statu manserunt Al-  
 girienses usque ad tempora, quem ante nominavi-  
 mus, *Hariadeni*, Algieram regni caput 1516. expug-  
 nantis, ex quo Algierae regnum clientelare Turca-  
 rum factum, de cetero, liberae reipublicae forma  
 gaudens,\*



V. *Tunetanum.* De origine hujus regni variant scriptores, causa est, quod libri historici regum Tunetanorum, in direptione arcis Tunetanæ 1535 perierint. Est certum, habuisse suos peculiare reges, a sec. XI; inter quos celebris est *Zacharias*, qui arcem & templo Tuneti structis, tributa longe versus meridiem exegit, quamvis alii filium ejus *Abraham*, primum Tuneti regem, tituloque *Muley* ornatum fuisse scribant, a quo reges XXXV. per annos 450. ad *Muhammedem*, Muleassis patrem regnasse, scribit *THVANVS Lib. VII.* Sub *Muleasse* regnum Tunetanum intestinis & externis bellis concussum fuit, quando Muleasses, fratres eorumque filios aut jugalaret, aut regno ejiceret, quorum aliqui Hariadeni s. Barbarossæ auxilium implorarunt, qui facile regnum occupavit. *Muleassem* Carolus V. ad suam gratiam confugientem, in regnum reduxit, Barbarossa in fugam coniecto 1535. Penes Muleassis posteros regnum inter multas contentiones permansit ad a. 1574. quo a Turcis occupato Tuneto, regnum istud, illis subiectum fuit, quoad superiori sec. excusso jugo, reipublicæ formam instituerent Tunetani, sub prefecto quem *Dy* appellant, reservato Turcis clientelari saltim titulo. ☉


VI. *Tripolitanum.* Sub media ætate Saracenis in Africam irruentibus, Tripolis, cum circumjactis tractibus, illorum potentia subiecta fuit, dein suborto inter Arabes schismate, pars regni Tunetani facta, dein Maroccani, hinc per rebellionem Tripolitani defecerunt, propriosque reges sibi constituerunt, licet alii aliter. Illud extra dubium, Tripolitanos habuisse aliquot reges, usque ad initum sec. XVI, cujus anno 10. Petrus Navarrus, nomine Regis Hisp. Tripolim expugnavit, occisis 6000. Maurorum, captis amplius 15000. inque iis rege cum familia, qui in Siciliam sub custodia abducti sunt. A. 1528.

Caro.



Triennio abhinc oportum est bellum civile, occasione electionis novi  
praefecti qui Sidy Soliman nominatus, cui cum ad hoc fore Affon  
Benell locum cedere nollet ad arma res devenit, Affon de pulsa  
in auxilium vocato Equite Melitense, usque usque presidio illorum  
munitus ipse in arce Kiravan basit usque ad annum 1746, ubi man-  
se Majo ab adversario obsessus et ad fugam retractus capite plene perit,  
cuncti Sidy oppugnate usque in relationibus diu, quae cum  
successu dies debet.







a b Carolus V. Equitibus S. Iohannis, Rhodo a Turcis  
 &is, Tripolim concessit, quibus Turca a. 1551. eam  
 eam ademerunt, opera Dragutis classis praefecti; his sub-  
 jectum itaque mansit regnum istud, per plures annos;  
 superiori vero sec. Tripolitani excusso Turcico iugo,  
 Rempublicam constituerunt, cujus caput, aequae apud  
 Tunetanos, *Dey* nominatur. Recentiora per discursum  
 addemus. Scriptores huc spectantes sunt LEO Africa-  
 nus in *Descript. Africa*, LEVNCLAVIVS in *Hist. Mu-  
 sulman.* IOVIVS in *Hist. sui temp.* THVARRVS Lib. VII.  
 seqq & quae ex illis collegit HORNIVS in *Arca Noe* pag.  
 328. seq. Auctor Tom. IV. *Introd. Puff.* cap. de *Africa*.  
 HVBNERVS Tom. IX. & in *Supplem.* HAGELGANS  
 in *Tugend- und Helden-Spiegel.* *Doppel in der*

D. Ultimo tandem loco, antequam Africam egredimur,  
 propter historiam antiquam & medii aevi, e re visum fuit,  
 eorum quoque sive regnorum, sive populorum breviter men-  
 tionem facere, qui antiquitus in Africa celebres fuere, ho-  
 die vero de illis nihil, nisi nomen reliquum; quo spectant.

I. *Carthaginenses*, quorum olim principatus potentia Gra-  
 cis non impar, opulentia Persarum regno comparan-  
 dus, Romani imperii, per 120. annos de terrarum orbe  
 aemulus. In horum historia notamus

a. *Originem.* *Elissa*, quae post *Dido* cognominata, *Age-  
 noris* Tyrorum regis filia, quod *Pygmalionem* fra-  
 trem, ob injustam mariti sui *Sichæi* caedem, odisset  
 patria profuga, in Africam se recepisse, vulgo dici-  
 tur, ibique *Carthadas* i. e. urbem novam condidit-  
 se nono fugae suae, h. e. a. M. 3126. a. C. n. 822.  
 quam Graeci *Carchedona*, Romani, aberrante, ut fit,  
 pronuntiatione, *Carthaginem* vocarunt, quod, qua  
 occasione susceptum sit, & qua peractum ratione, ex  
 veteribus scriptoribus eleganter digessit FREINS-  
 HEMIUS *Supplementorum Livii Lib. VI.* Quam-  
 quam alii, omnia quae a *Virgilio* de *Didone* *Aeneae*  
 coeva finguntur, falsa esse statuunt, proque certo

affert



a b c affirmant, jam multis ante eam seculis, colonias Phœnicum eo deductas ipsamque Carthaginem structam fuisse. Igitur, Elissam ad populares suos saltem venisse, neque tam condidisse quam instauravisse Carthaginem, & auxisse *Byrsa* h. e. arce adjuncta, v. HORNIVS in *Arca Noe* p. 56.

β. *Diversas appellationes, Carthaginenses, vel ut alii scribunt, Carthaginienses, dicti sunt a principe urbe, Carthagine. Pœni a Romanis dicti, quasi Phœni, erant enim origine Phœnices, hinc bellum Pœnicum & Punicum dicitur.*

γ. *Statum & res gestas ante excidium Carthaginis. Didone mortem sibi consciscente, mixta optimatum & populi potestate gubernari civitas cepit; mansit equidem regia dignitas, nulli tamen certæ domui innexa; nec perpetui reges erant sed annui, quos sua lingua *Suffetes* i. e. *Judices* nominabant, Consulibus romanorum similes, ita tamen, ut belli tempore plures Imperatores deligerent, ex quibus præcipue celebrantur *Mago, Asdrubal, Amilcar, Annibal* &c. His ducibus prolatum imperium, Africaeque non solum pars cultissima usque ad fretum Gaditanum, sub ditlonem populi Carthaginensis redacta, verum etiam Sicilia, Corsica, atque Sardinia occupata, Hispaniaeque aliquot regiones pœnici juris factæ; qui successus Romanorum æmulationem provocarunt, ex qua bellum Punicum *primum* in Sicilia erupit a. M. 3686. a. C. n. 262, & post VIII. annos in Africam transfertur, ex qua Romani tamen cito repelluntur; classe vero nova instructa, a. M. 3697. a. C. n. 251. rursus Pœnos adoriuntur, variante, ut fieri solet in bello, fortuna; & quamvis Romani majoribus damnis hoc bello affecti essent, quam Carthaginenses, hi tamen pacem maluerunt præferre bello, quæ insecta est a. M. 3709. a. C. p. 239.*

p 303/491

p 220

p 294


p. 239.



② Causa erat quod Flauritaniae quidam vicinus rex illam in uxorem ducere gestivit, quem cum Elissa repudiasset, ille vero armis injuriam vindicare tentasset, Elissa sua manu se jugulavit, et ea propter in numerum divorum suscepta, Didonis nomen in illo statu accepit.

\* Conferat hic Jacobus Thomaeus in dissertat. de Justitia et jure belli  
Lunio 1701







- a b c n. 239. his conditionibus: ut Poeni, Sicilia aliisque insulis cederent, magnaque pecuniae summam solverent. Resuscitatum fuit a. M. 3731. a. C. n. 217. dum Carthaginienses in Hispania Saguntum, sociam Romanorum civitatem obsidione clauderent: varia fortuna & hoc bello pugnatum est per 18. annos, in Sicilia, & imprimis in Italia, usque dum Romani arma in Africam transferrent, victoriaque potiti, Carthaginienses ad pacem petendam cogere; his, inter alias, conditionibus, ut naves, elephantos, captivos, & perfugos tradant, decemque millia talentorum solvant; cum vero interea Carthaginienses contra pacificationem agerent, naves extruendo & milites conscribendo, tertium bellum exarsit a. M. 3801. a. C. n. 147. quod post 4. annum, excidio Carthagini, finitum fuit, fortitudine Scipionis.
- d. *Statum post excidium Carthagini.* Victoria illa deportata, Africae, qua Carthaginiensibus paruerat, tributum impositum, atque ipsa in provinciae formam redacta est. Urbs excidio desolata jacuit per 22. annos. Post, C. Graccho Tribuno plebis auctore, a. M. 3828. a. C. n. 120. colonia illuc deducta, instaurari cepit, sed forma humili & exigua, sub *Iunonia* nomine; quod Iulius Caesar, cum in Africa persequeretur Pompejanos, consilium ceperat, de condenda denuo Carthagine, id tandem Augustus executurus erat a. M. 3921. a. C. n. 28. sed quia meminerat, diras esse quondam in illum factas, qui esset Carthaginem restauraturus, in vicinia veteris, *NOVAM Carthaginem* condidit, quae ex eo tempore, aequae ut vetus, supra reliquas Africae civitates caput extulit, nec ipsi Alexandriae cedere visa.
- e. *Statum sub Medio aeo.* Nova illa, ut diximus, Carthago, opportunitate situs & commerciorum frequentia, maxime crevit; Post introductum christianismum sedes  
 Y fuit

220

205



a b fuit episcopi, qui omnium Africæ episcoporum *Primas* erat; celebrata Carthagine sec. III. IV. & V. varia concilia. A. C. 308. a Maxentio diripitur; a. 439. a Gensericō rege *Vandalorum* capitur & spolitur; a. 533. a Græcis duce Belisario recipitur, a. 616. a Persis expugnatur, & 697. a Saracenis; cumque Græci eam recuperare student, diruta penitus est, postquam cladem ex ruderibus nunquam surrexit, visitur hodie in ejus loco *Bersak* vel *Almenara*, haud procul a *Tunis*. p. 166


Scriptores huc spectantes sunt *LIVIVS*, *FLORVS*, *PATERCVLVVS*, *PLVTARCHVS* in *vitis Hannibalis*, *Marcelli*, *Fabii*, *Catonis*, *Scipionis* &c. *POLYBIVS*; *SILIVS* de bello punico II. *ZOSIMVS*, *VICTOR*, *CASSIODORVS*; *PROCOPIVS*, *DIACONVS*, *ZONARAS*, *CEDRENVS*, *NICEPHORVS*, &c. Et quæ collegerunt *HORNIVS* in *Arca Noe* pag. 56. seq. *FRENSHEMIVS* in *Supplementis Livianis*; *MICRAELIVS* *Hist. Pol. L. 2. p. 429. seq.* Auctor *Tom. IV. Introd. Puffend. de Africa c. 2.* Quæ ad statum Ecclesiæ spectant, *Hist. Eccl.* scriptores propinare possunt.

II. *Vandalorum regnum.* *Vandalos* nationem germanicam fuisse, constat; sub initium sec. V. ex *Pannonia*, a *Sti-* p. 264  
licone exciti, in Galliam se effuderunt; ea deprædata in Hispaniam transferunt cum *Suevis* & *Alanis*, ibique p. 215 22  
novum regnum condiderunt, postea vero quam a *Go-* 228  
*this* armis premi coepissent, a *Bonifacio* Africæ præsi-  
de rebellante invitati, freto *Herculeso* transmissio *Afri-*  
cam petierunt a. 428. rege *Gensericō*, qui *Hipponem*  
a. 430. *Carthaginem* a. 439. aliaque loca expugnavit;  
& mari transmissio, *Siciliam* diripuit a. 440. ipsamque p. 294  
*Romam* capit a. 455. & ab h. 465. vicinas oras quo-  
tannis invadit; *Succellōrem* a. 477. relinquens filium  
*Hunericum*, persecutione orthodoxorum (Vandali enim  
erant *Ariani*) satis notus; huic successit *Gundabundus*  
fratris filius a. 485. mitior paulo in orthodoxos; cujus  
frater



6  
Bm







a b frater *Thrasimundus* rex factus est 496. pacem catho-  
 cis largitur ad tempus, quos a. 504. rursus persequitur:  
 a Mauris a. 522. acerrimo pœlio victus. Huic eodem  
 anno demortuo succedit *Hildericus* Hunerici regis filius,  
 hic, quod male contra Mauros rem gessisset, & alias so-  
 cordiæ deditus esset, a fratre *Gilimere* regno spoliatur  
 a. 530. quod cum Iustinianus Imp. frustra deprecatus  
 esset, duce Belisario armis regem a. 533. petit, vincit,  
 sed & captum benigne tractat; Africa in provinciam  
 redacta. Quo in statu mansit, usque ad Saracenorum  
 tempora, conf. dicta sub fin. præc. numeri. *Scriptores*  
 huc pertinentes sunt PROCOPIVS in *Hist. Vandal.*  
 DIACONVS in *Hist. Miscel.* ISIDORVS in *Chronico.*  
 IORNANDES de *regnorum successione.* VICTOR VTI-  
 CENSIS in *Chron.* ZONARAS, THEOPHANES, NI-  
 CEPHORVS &c.

III. *Numidia regnum.* Vicini Carthaginensibus erant ab  
 occidente *Numida*, quos Græci *Nomades* dixerunt. De anti-  
 quissimo Numidiæ statu nihil scitur; tempore belli punici I.  
 dividebatur in orientalem, Carthaginensibus vicinam, cui  
 tunc *Masinissa* præerat, & occidentalem quam *Syphax* tene-  
 bat; ille Carthaginensium amicus & socius in Hispania mi-  
 litaverat a. M. 3737. a. C. n. 211. hic vero, cum res Car-  
 thaginensium in Hispania inclinarent, ob repulsam, quam  
 passus erat, Asdrubalis filiam Sophonisbam ambiens, in Ma-  
 sinissam illorum amicum arma convertit, fœdusque amicitia  
 cum Romanis inicit; Asdrubal, ut Syphacem a Romanis di-  
 velleret, filiam illi in matrimonium collocat, quo factum,  
 ut Syphax amicitia Scipionis, antequam in Africam appel-  
 leret, per legatos renuntiaret, cuius vero consilii pœnas ci-  
 to dedit, castris enim exutus, bis fusus, & cum Sophonis-  
 ba captus est a. M. 3747. a. C. n. 201. Contra, Masinissa  
 rex a Syphace regno exturbatus, a Scipione receptus, fidem  
 egregie coluit, quam ob rem a Romanis rex salutatus, & am-  
 plissimo Syphacis regno donatus est. Demortuo Masinissa, Sci-

Y 2

pio

quod fœdus fœderis appellatur



a pio, inter tres ejus filios Numidiam divisit a. M. 3802. a. C. n. 146. quorum natus major *Micipsa*, duos reliquit filios *Adberbalem* & *Hiempsalem* regni heredes, quibus *Jugurtham* ex fratre nepotem adscripsit, ex concubina natum. Hic, perempto *Hiempsale*, alterum regno ejicit a. M. 3835. a. C. n. 113. qui Romam fugit, sed *Jugurtha*, cum Senatum tum legatos auro saepius corrupens, Metello tandem cedere coactus fuit; *Bochus* rex *Mauritaniae*, causam soceri *Jugurthae* defendere visus, una clade adfectus, socerum per insidias captum, *Sullae* in manus tradit, qui catenis vinctum Romae in triumpho duxit a. M. 3846. a. C. n. 102. Necato in carcere *Jugurtha*, partem *Masinissae* posteritenuerunt, usque ad ea tempora, quibus *Iul. Caesar* *Inham*, quod a *Pompeji* partibus stetit, regno & vita exiit, *Numidia* in formam provinciae redacta a. M. 3904. a. C. n. 44. Turbatur *Numidia* a *Tacfarinate* *Musulanorum* rege vel duce per 7. annos, quem *Dolabella* vincit & obruncat a. C. 26. \**Scriptores* huc pertinentes sunt: *LIVIVS*, *SALVSTIVS*, *PLVTARCHVS* in *Pompejo*, *Catone min.* *HIRTIVS* de bello *Afric.* *EVTROPIVS*, *FLORVS*, *TACITVS*, *AVREL. VICTOR.*

III. EUROPAE. Nostram nunc perlustraturi Europam, in limine statim ingressus, rerum enarrandarum copia postulare videtur, ut de accurata methodo ac dispositione simus solliciti, memoriae discentium consulendi gratia; Comode autem institui eam posse putamus, si is omnium populorum ac regnorum respectus habeatur, quatenus vel hodiernum adhuc florent atque supersunt, vel quatenus tempus edax rerum, nil nisi nomen mulcorum nobis reliquit; Atque hoc igitur ordine & instituto, perlustramus nunc regna Europae

I. ANTIQVA & vetustate destructa, quo referimus res

I. GRAECORVM; Hic notamus

a. *Historiam fabulosam* i. tempus illud historiae Graecae, quod *ἀσπλον* & *μυθικόν* vocant, in quod incidit, quicquid de rebus Graeciae ante Olympiades scriptum legimus, ut

a. Ori

p61



\* Hicque si talis sub Romanis manserunt usq. ad ea tempora, ubi Evre  
Romanorum Majestas inciperet, et Caraceni se deinceps suscipere  
derent.

De his aetatibus historiae Graecae, quae continentur hae partim obscuras par-  
tim fabulosas egregie egit Hardt in dissertat. de Herodoto aliisque antiquis Gri-  
plicity



♀ A voce Argos quod nomen erat navi, et nautae quorum fuerunt 54. inter quos  
eminuerunt Jason, Hercules, Theseus et alii

▽ Hinc origo ordinis aurei velleris, videat. *Hastmannus* in Oratore, et *Bergerus*  
in *Dissertatione de ordine aurei velleris* in *Actis*

Hic ordo aurei velleris, sicut ut vulgo appellatur non *Primum* *Vindoburgensis* et à *Phi-*  
*lippo* *Primo* *Duce* *Burgundiae* et *Franciae* anno 1430 seu *ratione* *Blondica* 1439 *tertiam*  
*non* *nuptiarum* *die* *quae* *factae* *sunt* *Braga* *Francicae* *urbis* *cur.* *Isabella* *regis* *Jocannis*  
*Portugalliae* *filia*. *Anno* *vero* 25 *aguste* *instituit* *deinde* *hunc* *numerus* *usque* *ad* *15* *aug.* *15*  
*Carolus* *10* *17* *Et* *hunc* *ordinem* *dedit*. *h.*



a b c 1. *Origo Graecorum & varia appellationes;* Primi qui ex Asia huc transiere *Pelasgi* fuerunt, in multas postea minores nationes distincti; hos secuti sunt *Leleges*, qui insulas maris *Aegæi* occupasse dicuntur; tandem & *Hellenes* sese infuderunt, omnemque *Græciam* successive occuparunt, simulque nomen suum ita propagarunt, ut omnes *Græci*, non alio tandem, quam eo insigniri voluerint. *Græcos* vetustissimos *ἰόνας* & *ἰώνας* appellatos fuisse constat, licet de ratione hujus nominis multum disputetur. Pari ratione & de nomine *Græcia*, variantes sunt doctorum sententiæ, unde derivari debeat; illud indubium, nomen *Græcia* apud antiquos non occurrere, *Græcorum* tamen mentionem fieri: qui in ejusmodi rebus incertis plura voluerit, legat infra citandos.

2. *Dynastie veteres*, ut *Pharonei*, *Danai*, *Saturni*, *Iovis*, *Promethei*, *Deucalionis* &c. eorumque successorum; porro *reges Argivorum*, *Sicyoniorum*, *Achaiorum*, *Corinthiorum*, *Arcadum*, *Atheniensium*, *Thebanorum* &c. Antiquitus enim singulæ civitates majores suos habuerunt regulos, quos tandem propter abusum, vel aliis ex causis abrogarunt pleræque, & *respublicas* instituerunt, ut ex omnibus non nisi duo regna remanserint, *Macedonicum* & *Spartanum*. Porro hic mentio injicienda *Insularum*, inter quas primum locum habet *Creta*, sequitur *Euboea*, *Samus*, *Lesbus*, *Lemnus*, *Rhodus* & reliquæ, de quibus vid. infra pag. 176. citati.

3. *Expeditio Argonautica* in Colchidem a. M. 2729. a. C. R. 1221. ad auferendum aureum vellus <sup>arietis</sup> illius, quo *Phryxus* <sup>in Colchidem</sup> vestus Pontum tranaverat, quod <sup>quædam</sup> que ibi in templo solis suspensum fuerat, qua de re variorum variæ sunt sententiæ, ac interpretationes, alii enim pro fabula habent singula, alii processum chymicum de lapide philosophico, sub hac fabula occultari putant, alii moraliter de cupiditate ditescendi explicant, vid. *PALEPHATVS*



a b c de Incredibilibus c. 31. TOLLIVS in *Fortuitis Criticis*, ABEL in *Hist. Monarchiarum* L. 2. c. 1. §. 20. 4. *Bellum Trojanum* a. M. 2757. a. C. n. 1191. a Græcis susceptum, propter formosam Helenam Menelai uxorem, quam Paris, Priami Trojanorum regis filius, amore ejus captus, clanculum abduxerat. Non est nostri instituti, prolixius heic commemorare, quomodo scriptores inter se digladiantur, annon Helena, ex regione in feminam fuerit transformata? an Troja revera fuerit capta, an vero Græci fortiter repressi & rejecti fuerint? v. ABEL *Loc. cit.* §. 22. Observat. Hallenses *Lat. T. 3. obs. 1. seq.*

β. *Historiam certiore*, ab initio Olympiadum, quod incidit, ex computo *Calvisii* in a. M. 3174. a. C. n. 774. Conf. dicta pag. 61. Hoc temporum intervallo notanda veniunt sequentia momenta:

I. *Status Græciæ antiquus*, ab initio Olympiadum usque ad tempora mediæ ævi; Diximus supra, singulas civitates majores, antiquitus suos habuisse regulos, his abrogatis, *respublicas* fuisse institutas, exceptis Macedonibus & Spartanis, qui *regiam* dignitatem p/76 continuarunt; atque ista mutata rerum facies, dicendorum nobis suppediet dispositionem; cujus intuitu considerandæ veniunt

1. *Respublicæ*, inter quas celebriores fuerunt: α. *Atheniensium*, qui post ultimum regem *Codrum*, a. M. 2877. a. C. n. 1071. *Archontes* instituerunt, primo quidem *perpetuos* usque ad A. M. 3191. a. C. n. 757. dein *decennales* ad a. M. 3665. a. C. n. 283. ex quo tempore *annui* rerum summam administrarunt, quam diu *respublica* floruit, v. SIGONIVS, EMMIVS de *Republ. Atheniensium*, MEVRSIVS de *Archontibus Atheniens.* β. *Corinthiorum*, qui post V. aut VI. dynastias regum, *Prytanas* instituerunt, a. M. 3171. a. C. n. 777. hi magistratum annum administrabant; eos oppressit

de gubernatores




Spollonig in Argonauticis, Marcy in Historia Argonautarum.

Quoniam plerumque fuerunt, partim Graeci partim Latini,  
Nostra aetate scripsit Cornelius Siben sermonem pro Troja ca-  
pta contra Dionem Chrysostomum

4 Videtur Masovig in dissertatione de morte Codis.





ber



a b c pressit a. M. 3295. a. C. n. 653. Cypselus, per tyrannidem imperium invadens, id quod cum Periandro post 70. annos expiravit. De bellis Corinthiorum cum vicinis dicitur infra suo loco. Tandem opportunitate situs inter mare Ionium & Aegæum, successu temporis eo excrevit Corinthus, ut Romanorum quoque æmulationem excitaverit, qui eam duce Mummio obsident, capiunt, & a. M. 3804. a. C. n. 144. solo æquant, lacuit deinceps in ruinis, ad Iul. Cæsaris ætatem usque, qui colonos eo misit urbemque restituit; ex quo rursus caput ex cineribus erexit, nec tamen ad pristinam dignitatem exurgere potuit, licet sec. I. satis celebris fuerit Corinthus. Divisione imperii facta Græcis cessit, eademque fata habuit cum vicina Morea; Sec. XV. Venetis paruit Corinthus usque ad a. 1458. quo a Turcis occupata fuit: eamque tenuerunt ad a. 1687. quo Turcæ urbem hanc, igne prius consumptam Venetis cesserunt; quorum ditioni subiecta mansit, donec 1715. Turcæ Moream rursus bello aggredierentur, eamque cum omnibus urbibus sibi subjicerent, paceque insecuta omnia retinerent.

γ. Thebanorum. Cadmus Thebas in Boeotia condidisse, regnumque ibi fundasse fertur a. M. 2520. a. C. n. 1428. quod celeberrimum fait, non solum rebus gestis, sed & heroibus inde ortis, Baccho, Oedipo, Hercule &c. ultimus rex fuit Xanthus, quem Athenarum rex Melanthus stratagemate obtruncavit a. M. 2815. a. C. n. 1133. Ab eo tempore, urbs Thebanorum populariter coepit administrari, magnaue indies incrementa sumsit, & in vicinas urbes imperium vindicare sibi ausa; unde bellum Peloponnesiacum exortum, ceu infra suo loco commemorabitur; Tandem cum Epaninonda, Thebanorum potentia, quam occupaverant, expiravit a. M. 3587. a. C. n. 361. Ab Alexandro M. excisa urbe a. M. 3615. a. C. n. 333. p. 178

extre-



a b c extremam servitutem subire coguntur Thebani; anno tamen post vicefimo, Thebas restauravit Cassander, adjuvantibus rem multis vicinis. Sequenti tempore eadem fata Thebani habuerunt, ut reliqua Græcia; hodie in vicum redacta sub Turcarum jacet imperio. *§. De reliquis Græcia Rebus publicis minoribus*, tam in continente quam in insulis, consuli post antiquos possunt, EMMIVS in *Græcia veteri*, LAZIVS in *Commemorationibus rerum Gr.* THYSIVS in *Memorabilibus veterum Gr. rerum publ.* KECKERMANNVS in *Systemate Systematum, de LX rebus publ. priscis Græcia.* ABEL in *Hist. Monarchiarum c. 2. c. 1.* Historiam vero resque gestas plenius commemorant, sub finem hujus art. citandi.

2. Regna, quæ, ut supra pag. 174. diximus, fuerunt

a. *Macedonicum*, de quo nomine disseruit HORNIVS in *Arca Noe p. 127.* & ABEL *Loc. cit. §. 2.*

1. *Initium* sub *Carano* a. M. 3137. a. C. n. 811. qui minora & varia regna, in quæ antiquissimis temporibus divisa fuit Macedonia, in unum corpus adunavit.

2. *Reges*, qui duum sunt generum. 1. *Heraclide* a *Carano* ad *Aridæum* Alexandri M. fratrem num. XXII. licet *Perdiccas* tertius a *Carano*, primus rex nominatus fuerit; in horum regum historia parum memorabile occurrit, ante enim *Philippum*, qui regnarunt, obscuri satis minusque celebres fuere. 2. *Ex diversis familiis*, a *Cassandro*, qui *Aridæo* interfecto a. M. 3633. a. n. 345. regnum invasit, ad ultimum qui *Pseudophilippus* dicitur, num. XIX, de quibus infra.

b. *Laconicum* s. *Spartanum*, a principe urbe sic dictum; cuius regni 1. *Initium* incidit in a. M. 2485. a. C. n. 1464. sub *Lelege*. 2. *Reges* a *Lelege* ad *Cleomenem* regno pulsum a. M. 3727. a. C. n. 221. de quibus vero præter nomina parum certi constat. Dehinc, inter varias turbas, tyranni *Machanitas*, *Nabis*, *Lycurgus* regnum invaserunt, quibus turbis

fol 79







¶ In quod Galliarum Historia antiqua, in tabulis egregie adumbrata, in  
quibus conspicuas utriusque partis clades. Altera velle manifestat.

¶ Ab objecto sic dictum scilicet quod Phocenses templum et agros sacros  
Apollinis spoliaverant in urbe Delphis unde sagitta regis fulsat.  
in Oraculo Delphico.



a b c turbis tandem Achæis occasio data est, omnem Sparta-  
 norum rempublicam, in suam redigendi potestatem a. M.  
 3758. a. C. n. 190. sed populus Spartanus, injuriis Achæo-  
 rum irritatus, in patrocinium romanorum se contulit,  
 sub quorum imperio, nulla Spartanis claritudo, & ea-  
 dem fata cum reliqua Græcia omni. p. 160

Hoc temporum tractu, apud Athenienses *Draco* circa a.  
 M. 3314. a. C. n. 634. & *Solon* a. M. 3356. a. C. n. 592.  
 apud Spartanos *Lycurgus* circa a. M. 3066. a. C. n. 882.  
 florent, quorum institutis sic firmatum habuerunt sta-  
 tum Græci, ut numerosissimas Persarum copias sub *Da-  
 rio* Hyftaspis filio a. M. 3459. a. C. n. 489. sub *Xerxe* a.  
 M. 3470. a. C. n. 478. non semel acie fuderint, vid.  
 p. VII. insulis quoque in archipelago & transmarinis Asiæ  
 provinciis, in potestatem suam redactis. Aemulatione  
 tandem suborta, bellum civile *Peloponnesium* inter Athe-  
 nienses & Spartanos erupit, quod varia fortuna ab a. M.  
 3519. a. C. n. 429. per XXVI. annos gestum fuit, de-  
 victis tandem Atheniensibus; quos tamen in libertatem  
 rursus vindicavit *Thrasybulus* a. M. 3547. a. C. n. 401.  
 Interea Spartani, Græciæ principatum non contenti, Per-  
 sis bellum inferunt sed vincuntur a. M. 3549. a. C. 399.  
 Tandem bella civilia nova oriuntur, *Corinthium* a. M.  
 3557. a. C. n. 391. *Sociale* a. M. 3592. a. C. n. 356. *Asi-  
 acrum* a. M. 3595. a. C. n. 353. dum itaque Græci, discor-  
 diis in propria viscera sæviunt, factum est, ut Macedo-  
 num reges olim *obscuri*, inclarescerent, Græcosque iis  
 turbis, armis petere auderent, inter quos imprimis no-  
 tandus *Philippus*, qui bello sacro se immisit, eoque rem  
 deduxit, ut victi pariter & victores, regiam subire ser-  
 vitutem cogerentur. *Huc spectat Theophrastus de bello Peloponnesiaco Plutarchus et*

II. *Statum sub Monarchia.* Bello, ut diximus sacro, *Philippus*  
 Macedoniæ rex, auxilii specie Thebanis contra sacrile-  
 gos ferundi, sic omnium libertati insidiatus est, ut con-  
 tentiones civitatum aleret, & inferioribus auxilia fe-  
 ren.

Z

ren.

p. 111  
 p. 112  
 p. 176  
 Negos in vitiis imperat.  
 Philippus in disceptat.  
 Philippo Macedonico

192



a b c  
 tendo, omnes & singulos sub jugum mitteret; quod  
 potissimum consecutus est *Olynthi* excidio, & victo-  
 ria ad *Charoneam* a. M. 3612. a. C. n. 336. Primus  
 itaque Græcorum *Monarcha Philippus*; eo in nuptiis  
 filix Cleopatrx interfecto a. M. 3614. a. C. n. 334.  
*Alexander* succedit, qui Græcos rebellantes in ordi-  
 nem redegit, *Thebis* everfis, anno regiminis primo. p/175  
 Rebus Græciæ compositis, anno sequenti in *Asiam* p/113  
 contra Persas trajicit, primumque in Phrygia mino-  
 ri ad fluvium *Granicum*, & sequenti anno in Cili-  
 cia ad *Issum* urbem, *Darium* profligat. Hinc a. M.  
 3618. a. C. n. 330. *Tyrum* capit, infesto exercitu p/90  
*Hierosolymam* intrat, inde, anno insequenti in *Afri-*  
*cam* progreditur, *Jovis Hammonis templum* ingre-  
 ditur, rediens *Alexandriam* condit, & in *Mesopo-*  
*tamiam* reversus, *Darium* difficilimo proelio vincit.  
 Annis subsequenribus *Asiam* sibi usque ad *Indum*  
 subjicit, tandem *Babylonem* reversus subito moritur  
 a. M. 3627. a. C. n. 321. æt. XXXIII. cadaver ejus  
 biennio post in *Aegyptum* deportatur. Conf. pag.  
 90. 113.

III. *Statum post Alexandri mortem.* Defuncto hoc he-  
 roe, monarchia Græcorum inter duces dividitur, ut  
 quivis provinciam sibi demandatam, nomine *Ari-*  
*dxæ* fratris *Alexandri* administraret, sed brevi post  
 in partes discedunt, belloque invicem sese petunt;  
 abstinent tamen a regio diademate, tandiu, quoad  
*Alexandro* justus hæres superesset; posteaquam vero  
*Cassander*, filium *Alexandri* cognominem cum ma-  
 tre *Roxane*, anno 12. post *Alexandri* mortem tru-  
 cidasset, regnumque sævus invasisset, *Antigonus* a. p/29-13  
 M. 3644. a. C. n. 304. primus se regem *Asiæ* appel- 156  
 lari jubet, idem faciunt postea *Ptolomeus* in *Aegypto*,  
*Cassander* in *Macedonia*, *Seleucus* in *Syria* &c. At-  
 que



74 Vide illud in Curtioe Editione Freinsheimii

75 Videatur Puffendorf de Philippo Macedonico, Franckenstein differtat.  
de Alexandro moitis et vitis magna.

112



\* *Videatulus Lehmanni Dissertatio de Legibus Divisi Imperii Graeciae*



a b c que sic Monarchia Graecorum in plura regna dividitur, inter quae celebriora sunt.

1. *Macedonicum*. Cujus notamus *α. Initium*, quod incidit in a. M. 3644. *β. Reges*, numero XVII. inter quos notandi, *Philippus*, qui circa a. M. 3736. a. C. n. 212. primus arma Romanorum expertus est, cum enim inique admodum regnaret, Graeci Romanorum auxilia implorant, a quibus *Philippus* aliquoties terra marique victus & fugatus est, postquam fortissime bellum continuasset usque ad a. M. 3771. a. C. n. 177. Filius ejus *Perseus*, qui non minori quam pater audacia contra Romanos bellavit, tandem ab Aemilio Paulo captus in triumpho ducitur a. M. 3783. a. C. n. 165. Ultimus fuit *Andriscus*, qui *Pseudophilippus* dicitur, quod se filium *Persej*, ex pellice natum, mentiebatur, is multas in Macedonia turbas dedit, donec an. M. 3798. a. C. n. 150. captus & Romam abductus fuit, triennio vero post fuga elapsus, totam fere Macedoniam occupat, Romanos vincit, a. vero M. 3801. a. C. n. 146. a. Q. Metello, post gravem cladem capitur Romamque abductus biennio post in triumpho Metelli ducitur. Ex quo Macedonia rursus fit provincia romana. Quinquennio post *Pseudophilippus* quidam rebellionem concitat, sed a Tremellio opprimitur & cum exercitu trucidatur.

2. *Aegypti*, ejus primus rex post Alexandri M. mortem fuit *Ptolomeus Lagi*, hujus regni historiam dedimus supra pag. 156. seq.

3. *Syria*,<sup>1</sup> primum post Alexandri fata, Syriae regem fuisse *Seleucum*, supra pag. 129. docuimus, ubi historiam quoque hujus regni, per partes adumbravimus.

Z 2

4. Asia.

1192



a b c [4. *Asie*, hujus quoque regni historiam, supra pag. 138. seq. propinavimus.

IV. *Statum sub Romanis. Excidio Corinthi* a. M. 3804. <sup>p. 175</sup>

a. C. n. 144. tota successive potiuntur Græcia, quæ exinde provincia, sub nomine *Achaie*, appellata fuit. Vetus itaque gloria nunquam rediit. Posito igitur armorum studio artibus impensius opera data. Literæ Athenis velut templum habent. Illuc, etiam ex Romanis, profecti, quicumque addiscere vellent, quod elegantioris animi cultui conveniret. <sup>p. 193</sup> *Tem-* pore Cæsar's & Pompeji fit belli theatrum. Ludi quoque Isthmici continuati, quos cum Imp. Nero spectaret, omnes Græciæ urbes liberas esse iussit circa a. C. 67. quam libertatem rursus ademit Imp. Vespasianus a. C. 74. Seculo quoque christiano I, multæ Græciæ civitates Christo nomen dederunt, ut ex *Hist. Eccl.* constat. A. 194, a Severo occupatur; <sup>p. 191.</sup> Sub Gallieno vastatur per Gothos a. C. 252. seq. & <sup>p. 196.</sup> a Francis a. 280. *Scriptores* huc spectantes pro diversitate rerum & temporum, ad quæ spectant, varii sunt: HERODOTVS, PAUSANIAS in *Corinthiacis & Achaicis*, THUCYDIDES de bello *Peloponnesiaco*; DIOD. SICVLVS, LIVIVS, PATERCVLVS, FLORVS, IVSTINVS, EVTROPIVS, PLINIVS, NEPOS, SVETONIUS, ZOSIMVS, JORNANDES, MARCELLINVS, EVSEBIUS in *Chronico*, LAONICVS CHALCOCONDILAS; & quæ *Systematici historia Civ.* collegerunt. Conf. quos pag. 185. seq. allegavimus.

a b c V. *Statum Græcorum sub medio ævo.* Hoc temporum intervallo, varias fortunæ vices experta fuit Græcorum natio, Romanorum nunc subiecta dominationi ac imperio. Ipsa Græcia in duas divisa provinciæ <sup>majo-</sup>

\* Cicero, Julius Cæsar, Pompeius, etc.



ubi

192



† Hic imperator proae aliis omnibus bene notandus, partim propter trans-  
locationem sedis regiae ex Roma Byzantium, partim propter susceptum  
Arianismum, unde in ecclesia aegre ac republica, multae inequatae  
sunt mutationes ac molus, de Arianismo eij pro et contra disputatum,  
Videantur Observationes Hallerianae Tomo Imo numero 24. cui opposuit  
Kochmaierus vindicias pro Arianismo Constantini Regis, Pruning  
in Dissertat: de Constantino M: ex Politicis rationibus Arianis cui oppo-  
suit Leibniz Dissertat: de Constantino M: non ex Politicis rationibus  
Arianis. Conferat Cudde in Galustica Critica Tomo Imo



a b c majores, *Macedoniam*, sub qua ipsa Macedonia, Epi-  
rus, Thessalia; & *Achaiam*, sub qua Graecia pro-  
prie dicta, Peloponnesus, & insulae circumjacentes,  
vid. LAZIVS in *Commemorationibus Historicis rerum*  
*Grac.* CLVVERVS *Introd. in Geogr. L. 1. c. 4. seq.*  
Ut autem hic quoque memoriae discentium consula-  
tur, & hoc intervallum, sequenti ratione dispesce-  
mus, adeoque notamus

I. *Statum Graecorum sub Imperatoribus, qui duum sunt*  
*generum*

a. *Latini seu Romani natione, a Constantino M.*  
ad *Marcianum* inclusive, num. VIII. h. e. ab a. 330.  
quo sedem imperatoriam Constantinus Byzantium  
transtulit, ad annum 457, qui Marciano fuit emor-  
tualis. *Videatur Lehmann de Imperatoribus Romano-Graecis.*

b. *Graecanici sanguinis, quorum primus fuit Leo,*  
cujus successores LII. numerantur, usque ad *Mur-*  
*zulum*, h. e. ab a. 457. ad a. 1204. quo Constan-  
tinopolis a Francis capta fuit. Hoc temporum  
intervallo Imperatores orientales seu Graeci, &  
quidem *Sec. IV.* omnem Graeciam sub suo tenuerunt  
imperio; dum Constantinus a. 330. orbem  
romanum distribueret in Occidentem & Orientem,  
Graecia omnis imperio *Orientali* cessit. Demortuo  
† *Constantino*, & facta inter filios divisione, Grae-  
ciam cum Italia & aliis tractibus, Constantinus  
a. 337. Gothi a. 380. Macedonia vastant & re-  
pelluntur. Theodosius Imp. intempestiva ira per-  
citus, graviter Thessalonicenses, levi de causa pu-  
nit, & seq. anno latrones Graeciam vastantes inve-  
stigat & occidit. Eo demortuo Rufinus Gotho-  
rum regem Alaricum a. 395. clam evocat, qui  
omnem Graeciam vastat, terroribusque implet, hoc  
& seq. quinquennio. *Sec. V.* Gothos in Thracia &  
Illyrico, Hunnos in Graecia & vicinis oris, Saracenos

*Ein commentario de republi-*  
*ca Romanorum.*

*Imperium n. ff. dividit vide pag 192*  
*p 192, 196*

*p 264. L 3*

*p 214 in*



a b c d in Mesopotamia hostes habuerunt, & sub finem seculi  
 Bulgaros, gentem hactenus ignotam, cladibus suis <sup>p. 207.</sup>  
 cognoscere didicerunt. Accedunt interni tumultus, dissidiaque, tam in ecclesia quam republica.  
 Nec melior status *sec. VI.* imperii & ecclesiae, inter multas turbas & internas dissensiones, hinc Per- <sup>p. 114. p. 116. 264</sup>  
 sis, illinc Gothis Hunnisque saepius irruentibus. Iu-  
stinianus Imp. a. 527. animum ad vetus jus civile  
 emendandum, supplendum & componendum adji-  
 cit, opusque seqq. annis perficit. Imprimis vero  
 fatalis orienti fuit *sec. VII.* annus 34. quo Imp.  
Heraclius, post devictos Persas, Saracenorum armis <sup>p. 120. p. 121.</sup>  
 affligi coepit, quorum stupendos in oriente pro-  
 gressus supra *pag. 120. seq.* signavimus; accedebant <sup>p. 207. p. 121.</sup>  
 Bulgarorum irruptiones, & interna de imperio  
 crudeles disceptationes ac dissensiones. Quae ca-  
 lamitates continuatae fuerunt sub initium *sec. VIII.*  
 quibus circa annum 20. accessit dissidium de cultu  
imaginum per multos annos duraturum, Saracenis  
 interea & Bulgaris, incursiones varia fortuna con-  
 tinuantibus. Eadem facies orientis & *sec. IX.*  
 fuit, imo debilius indies reddebatur imperium  
 Graecorum, praesertim, ubi Imp. Nicephorus, sub  
 initium seculi, Occidentem vel aequo animo, vel <sup>p. 190.</sup>  
 necessitate Francis cederet. *Sec. X.* virtus Graecis  
 videbatur rediisse, dum sub medium seculi Nice-  
phorus Phocas, ejusque successores Tzimisca & Ba-  
silius, magnas res contra Saracenos, Russos, Bul-  
 garos, aliosque hostes gererent, at *sec. XI.* rursus <sup>p. 120. p. 207. p. 25.</sup>  
 ignavia perduntur, quaecunque tot praелиis recep-  
 ta fuerant, accessit circa a. 1071. novus hostis,  
 Turcae videlicet, qui non amplius, ut hactenus  
 praedandi causa provincias invadebant, *vid. pag. 143.*  
 sed possessuri, cum nemo esset, qui resisteret,  
*Sec. XII.* orientale Imperium praeda erat quorum-  
 vis



De hoc Imperatore Procopio in Historia arcana non admodum honorifi-  
ce scripsit, quem cum Alemanni defenderet, Rwig scripsit defensorem  
Justiniani contra Alemannum Helmstadt 1654. 4to.

Hanc controversiam late describit Paschomig in Historia imaginum



Hoc

Natione erat Belga comes Flandriae, sub cuius praefectura aliquot  
naves in Palaestinam tendentes, Luni in portu scilicet Constantinopolitano  
jacebant, hinc aequae ac successores, extra moenia urbis ne latum  
unquam sub potestate habuerunt, infelices omnes, quod de re male  
parata, diu gardere non possent.



a b c d vis invadentium, Scytharum, Hunnorum, Tur-  
 carum, imo & Latinorum in Palæstinam tenden-  
 tium, accedebant internæ seditiones & rebello-  
 nes variæ. Præsertim vero *sec. XIII.* oriens mi-  
 ferrime lacerabatur, ut jamjam sumus dicturi.  
 II. *Schisma & dilacerationem imperii Græcorum.* Sub  
 initium *sec. XIII.* *Murzaſtus* quidam, *Alexium*  
 Imperatorem e medio sustulerat, eo plane tempo-  
 re, quo Franci & Veneti auxilia in Palæstinam  
 deducebant, indignate igitur rei principes Lati-  
 norum moti, Constantinopolim expugnant a. 1204.  
 Græcumque imperium ad Latinos transferunt;  
 contra Græci in Asia sibi ex sua gente imperato-  
 res vel saltem reges constituunt; hinc divisum  
 fuit imperium Græcorum in  
 a. *Constantinopolitanum* penes Latinos, sub V.  
 Imperatoribus, quorum primus erat *Balduinus* a.  
 1204. electus, seq. vero anno a Wallachis s. Bulgaris  
 bello captus & crudeliter necatus fuit, cui successit  
 frater *Henricus*, qui pace cum Wallachis facta, pru-  
 denter, sed inter multas turbas regnat usque ad a.  
 1216. successorem relinquens *Petrum*, generum su-  
 um Comitem *Antissiodorensis* Gallum; qui post-  
 quam a. seq. Romam profectus esset, rediens, in  
 Epiro a Græcis, contra datam fidem intercipitur &  
 in vinculis detentus a. 1221. obtruncatur. Huic  
 successit filius *Robertus*, perpetuo bello a Græcis ve-  
 xatus; moriens filio vel fratri imperium reliquit  
*Balduino II.* 1229. qui in Galliam proficiscens au-  
 xilia imploravit, reversus, Græcorum vim ex omni  
 parte, & imprimis a. 1248. Constantinopoli obses-  
 sus sustinuit, usque ad a. 1262. quo Michael Pa-  
 læologus, imperator Nicænus, nocturno stratagema-  
 te Constantinopolim recuperavit; Balduinus reg-  
 no pulsus, ubique terrarum auxilia quaesivit, verum  
 sine

p. 124 seq.

p. 208 seq.

hodie appellatur *Haçette*.

sine



a b c d sine effectu, in Galliam igitur elapsus, ibidem con-  
 senvit. *Videat. Galliam pag. sequenti citat.*  
 β. *Nicenum.* Contra Balduinum I, Græci Niceæ  
*Theodorum Lascarem* Imperatorem salutant, suos  
 habentem successores, usque ad *Michaelem Pala-*  
*logum*, qui nocturnis insidiis Constantinopolim re-  
 cuperavit, anno, ut prædiximus 1262. Hic con-  
 tinuos successores habuit, usque ad sec. XV. Mi-  
 chaelis successores, Turcorum incursionibus sub ini-  
 tium *sec. XIV.* pressi, Asiam deserere coacti sunt,  
 accesserunt internæ rebelliones & dissidia, quibus fa-  
 ctum, ut Græci, bellis contra Turcas semper infe-  
 riores, cladibus afficerentur, *Emanuel* sub finem  
 seculi servus potius Turcarum, quam Imperator.  
*Sec. XV.* Græcum Imperium eo redactum fuit, ut nil  
 nisi inanis umbra videretur, anno enim seculi 53.  
 Constantinopolis, sub *Constantino Palaologo* a Maho-  
 mede II. obsessa & expugnata est, adeoque orienta-  
 le imperium, Turcorum potestati subjectum. Quæ  
 in rebus ad ecclesiam pertinentibus acta sunt, da-  
 bit Hist. Eccles.

γ. *Trapezuntinum.* Invadentibus Latinis impe-  
 rium orientale, pars Græcorum Trapezunti quo-  
 que a. 1205. imperium condidit, *Alexio Comneno*  
 Andronici nepote, in solium evecto, qui succes-  
 sores habuit suos, quorum ultimus fuit *David Com-*  
*nenus* a. 1460. a Turcis captus & interfectus; de his  
 vero Imperatoribus parum dici potest, inclusi exi-  
 guis finibus, cum Turcis, imo & Genuensibus, qui  
 navibus suis advecti, oras regni Trapezuntini infe-  
 staverant sæpe, belligerare debuerunt; subinde &  
 civilia contigerunt bella de regno administrando.  
*Scriptores* huc facientes infra adducemus.

III. *Statum sub Turcorum imperio.* Capta Constan-  
 tinopoli & Trapezunto, Græcorum imperium luctuo-  
 sum

Iti occupare a peribionis civitates  
 in his partibus, oras venerant et sa-  
 bulentibus Græcorum statu passim  
 multas civitates sibi subiecerunt  
 immo in Thraciam Chersonesum  
 navibus advecti, multas ibi civitates  
 occupaverunt.



- ① Tributo enim perfoluto regnabat ex bere placido Sultanoorum, 1101  
postinde subditis vere erat.
- ④ Africa enim iam deserta Graecis nihil amplius parebat, quon-  
iam quid in Europa adhuc erat reliqui, quomodo vero et istae  
partes fuerint subactae pag. 146 Dictionum.
- ⑤ Hic merito de causis vitentibus hujus imperii quaeritur, quae  
utiq; multae et variae fuerunt, imperatorum et eorum alieni-  
simum quaversitas, partium studia injustae exactiones et mili-  
tium injuriae in amicos, nonnullorum invitatio et attractio  
Turcarum Vita et mores deperdit. Videat (rusq; in Turco Graecia  
1555) quomodo vero Constantinopolis, obnegatam a Graecis  
profectionem Spiritus Sancti a filio ipsi Pentecostes festo  
fuerit expugnata a Turcis, nuper Wittenbergae quidam pecu-  
dian scripto inquisivit.
- ⑥ Et hi enim contra moenia urbis nihil fere habuerunt. Hinc  
paucum de illis annotarunt Historici.



X

Iti occup  
in his  
bulentis  
multas  
immog  
navis  
vultus

+

Id facit appellatio nunquam involuit quin imo potius motum vulgo  
nomen Constantinopoles invaluit



a b c sum finem habuit, ex quo tempore, totus fere oriens  
cum omni Græcia, sub jugo Turcico ingemuit, in  
hunc usquem diem.

VI. *Historiam Græcorum recentiore* a sec. XVI, ad no-  
stra tempora; qua periodo parum memorabile de rebus  
illorum dici potest. Depositis armis, studia <sup>et commissa</sup> excoluerunt,  
quantum sub tyrannide potuerunt, v. ZOSIMVS, ZONA-  
RAS, PAVL. DIACONVS, MARCELLINVS, JOR-  
NANDES, CHALCOCONDYLAS CHONIATES,  
GREGORAS & reliqui Scriptores Byzanthini, ac verum  
*Turcicarum*; & ex recentioribus CERVSIUS in *Turco-Græ-*  
*cia*, LEVNCLAV. in *Hist. Musulman.* OULTREMAN. in  
*Constantinopoli Belgica.* BESOLDVS in *Hist. Cpolitana*, LO-  
NICERI *Chronicorum Libri*, alii.

II. THRACVM, qui olim fuerunt gens post Indos maxi-  
ma, ut *Herodotus* inquit L. 5. licet in numerandis Thra-  
ciæ gentibus variant auctores, quas & nominibus & mo-  
ribus discretas fuisse dicunt.

1. *Origo & nomen Thracum*, a variis varie derivatur,  
fabulantes a *Thrace* Nympha, vel a *Thrace* Martis filio deduc-  
unt, aliis a gentis feritate, quasi *Ἰσχυρία*, dicta vide-  
tur; verior sententia Iapheti filium *Thiras*, pro condi-  
tore hujus gentis habet, vid. BOCHARTI *Phaleg.* L. 3.  
c. 2. Novum Thraciæ nomen *Romania* ortum, ex quo  
Constantinus M. sedem regiam Byzantium transtulit, ur-  
bemque *Romam Novam* appellavit; hinc *Romania* s. *Rume-*  
*lia*, quod in ea Roma Nova sita esset.

2. *Historia Thracum* satis est obscura; suos olim habuis-  
se reges constat, eorum vero nomina & seriem nemo ha-  
ctenus repertus est, qui consignaverit. Si tamen Thracum  
sub nomine, etiam *Getae*, *Daci*, continentur, de Thracibus  
intelligenda erunt, quæ *Herodotus*, *Strabo* & alii, de Ge-  
tis Dacisque memoriz mandarunt. Circa a. M. 3440.  
a. C. n. 508. Megabyzus Darii Persarum regis dux, omni  
Thracia potitur. Philippus Macedo ab a. M. 3661. a. C.  
n. 347. Thracas sibi subiecit; qui tamen sæpe rebellant  
& Græciam deprædantur, quorum ut excursions cohi-

Aa

beret;

1844

Holladigele statu e gollisee græcia

Thracia hodie appellat Romania

Furcae ipsi haec regione m. vocat Romelle

p195



beret, propugnacula condidit. Demortuo Alexandro, Thracia Lyfimacho obvenerat, qui & magnam ejus partem obtinuit: superabant tamen adhuc nationes regesque liberi, a quorum Seutha, ipse Lyfimachus bello pressus & captus fuit. Circa a. M. 3766. a. C. n. 182. Philippo regi Macedoniæ militant Thraces contra Romanos, qui circa a. M. 3836. a. C. n. 112. & sequentibus, in Thracia bellant, ubi Caro victus & cum exercitu fugatus est, quam cladem cito post, successive tamen compensant Livius Drusus, Minutius & Flavius Fimbria, tandem post gravia cum Romanis bella domantur a Sulla, circa a. M. 3863. a. C. n. 85. a Vespasiano Imp. autem in provinciam redigitur Thracia a. 74. In quam recipiuntur a Valente Imp. West-Gothi a. C. 376. vastatur circa 442. ab Hunnis. Sub initium sec. VI. Bulgari s. Wallachi eam invadunt, magnamque ejus partem successive occupant, & novum ibi regnum fundant, cujus tamen reges satis incerti, ob defectum historiarum; quos partim Græcis Impp. partim Serviciæ vicinæ regibus tributarios fuisse legimus, usque ad sec. XIV. dum Bajazet Bulgariam occuparet; ex quo tempore Thracia cum vicinis oris Turcarum subire debuit imperium, v. HERODOTVS, DIODORVS SICVLVS, IVSTINVS, FLORVS, EVTROPIVS, PLVTARCHVS in Sulla, PAVSANIAS, TACITVS, SVETONIVS, MARCELLINVS, JORNANDES de rebus Geticis, ZONARAS, THEOPHANES, DIACONVS in Hist. Miscell. CEDRENVS, NICEPHORVS GREGORAS, PET. LVCCARIS in Annal. Ragusinis, & quæ collegit HORNIUS in Arca Noæ p. iii. seq. 306. seq.

III. ROMANORVM. Quæ ad Italiam generaliter spectant, infra suo loco sese sistent; heic speciatim Romanorum nos detineat cura; ubi notamus

[R. Historiam antiquam, secundum sequentia momenta, quo referimus

a b c 1. Originem Romanorum, quæ vulgo ab Aenea Trojanano







X

6  
2  
2  
2

oto

Ad incrementa urbis, et dejectis his populis facta, eo melius nobis in-  
notescant, et Bluveneri Italia antiqua, sitq; illorum bene scien-  
dy, aequae, ac reliquorum populorum quodam successu subegerunt,  
quo in sequentibus dicetur.



a b c jano deducitur, ex cujus posteris *Rhea Sylvia*, igno-  
 tum ex quo viro, *Romulum & Remum* peperisse dicitur,  
 conditores urbis *Roma* circa a. M. 3197. a. C. n. 751.  
 sed quam lubrico singula nitantur fundamento, quæ  
 de *Aeneæ in Italiam adventu*, de *Romulo & Remo*, deque  
*urbe Roma ab iis condita*, vulgo leguntur, ex diversissi-  
 mis, veterum æque ac recentiorum Scriptorum opinio-  
 nibus clarissime apparet, quas heic deridendas aut ex-  
 plodendas proponere non est nostri instituti; id sal-  
 tim notamus, fuisse nonnullos, qui nec *Aeneam*, nec  
 ejus successores reges *Albanos*, in rerum natura un-  
 quam fuisse crediderunt, imo qui *Romulum* in feminam  
*Romam* converterunt; qui plures *Romulos*, nec unam  
*Romam* sed duas confinxerunt; qui *Romam*, diu jam  
 ante *Romuli*, quæ fingitur ætatem, stetisse, condi-  
 tamque fuisse asserunt, & quæ sunt alia commemo-  
 ratione vix digna, legat, cui volupe est talia cognos-  
 cere, *CLYVERI Ital. Ant. L. 3. c. 2.* *BOCHARTI Epi-*  
*stolam ad Segraisium*, *GRONOVIVM in Diss. de origine*  
*Romuli*, *RICHARDVM in Diss. de Roma ante Romulum*  
*condita*, *ABELI Hist. Monarchiarum L. 2. c. 2.* Vul-  
 garem sententiam tuentur *LIVIVS Lib. 1.* *DIONYS.*  
*HALICARNASSEN. L. 1.* *PLVTARCHVS in Romulo*,  
*FLORVS L. 1.* & alii recentiores multi, conf. *FER-*  
*RARIVS de origine Romanorum*, *ABEL in Hist. Mo-*  
*narchiarum Loc. cit. Observaciones Halleas Tom III n. 3 ubi de origine Romæ*  
*nonnulla plura dicitur*

2. *Res gestas Romanorum*, secundum varias periodos  
 1. *Sub Regibus VII. a. Romulo ad Tarquinium Superbum*,  
 annorum 244. Hac periodo *Roma* ex parvis ini-  
 tiis magna incrementa cepit, ex devictis *Sabi-*  
*nis, Antemnatibus, Fidentibus, Alba-*  
*nis, Latinis, aliisque circumjacentibus populis.*  
 Leges civiles & sacrorum instituta, ludi & trium-  
 phi introduci, capitolium exstructum &c. vid.  
 post antiquos *BOECLERVM de Roma sub VII*  
 Regi



de Romulo et Remo Compilio  
Romulorum Regibus

Hæc appellatur L. XII. Tab. ad mo-  
do auctoritate Romanis II. ad huc  
additæ sunt.

- a b c d Regibus, BOXHORNII *Dissertat. Politicæ de Imperio Rom. cum notis Schmidelii. Conferat. Chronolog. in Supplement.*
- II. *Sub Consulibus* ab a. M. 3442. a. C. n. 506. ad a. M. 3500. a. C. n. 448. quo *expulsis Regibus*, rerum summa ad Consules delata, quorum potestas in duos collata, annuo spatio definiiebatur, quo nullum majus constantiusve adversus tyrannidem, & pro continenda pace publica, consilium iniri poterat. Seriem Consulum præbent *Sigonius, Panvinius, Relandus*, aliique *Chronologi*. Hac periodo bella varia gesserunt Romani, cum *Hetruscis, Sabinis, Volscis, Aequis, Vejentibus*, Romanis semper fere victoribus. Variæ ob *Leges latas*, populi romani contigerunt *seditiones*. *Dictatura* origo a. M. 3453. a. C. n. 495. Quadriennio post, *Tribuni plebis* primum creati sunt. Legati Rom. cum *Atticis Legibus*, post duos annos domum redeunt a. M. 3499. a. C. n. 449.
- III. *Mixta*, partim *Consulum*, partim *Decemvirorum & Tribunorum Militum consulari potestate*, ab a. M. 3500. a. C. n. 448. ad initia *Monarchiæ Cæsarum*. In hac Periodo notamus
- a. *Res civiles*, quo spectat introductio *Legum XII. Tab.* quibus Consules sublati fuere, *Decemviris* institutis, sed cum hi, neque domi neque militiæ Rempubl. recte administrarent, sublato illorum imperio a. M. 3504. a. C. n. 444. *Consules restituuntur*. *Tribuni Militum consulari potestate* primum creati a. M. 3508. a. C. n. 440. variæ *Leges latæ*, & hinc exorta populi *seditiones ac tumultus*. *Ævacxiæ* Romæ per quinquennium ab a. M. 3576. a. C. n. 372. Duo novi Magistratus, *Prætura & Aedilitas* instituti a. M. 3585. a. C. n. 363. & quæ sunt *alia* ex *Livio* aliisque repetenda.
- β. *Res bellicas*, quo spectant bella varia, eaque
- I. *Interna seu Italica*; Et hæc iterum vel
- a b c d e. Cum populis finitimis, *Aequis, Volscis, Vejentibus*.  
Vol.

nam in civilibus quam militibus  
quæ vero civium alibi, sic intel-  
ligere velint, cogitabit. De *Livio*  
*Antiquitatibus Romanis* tum  
notis *Demosthenis*, qui *casar*  
commentatur in *esse potest*.



8  
V Legatus huius Brellig in dissertatione de Junio Bruto. Reipublicae  
Romanae auctore, ubi institutio illa staty Romanorum tale expo-  
nitur.

♁ Athenis decem Legatum tabulae adductae quibus Romani Quae adhuc  
adserunt, quae vero circa has tabulas sortu sunt Accursiana dicitur Hi-  
storia Juris.

♀ Hoc voce indigitatus confusio Reipublicae, temporis, intervallum, quo omni-  
um magistratum fuit stas et solitudo, sumendum, remanet quae  
Tribuni Plebis



de  
ho

4 Hodie aequo in Regno Neapolitano novimus Ducato Di. Naxi, iste populus  
nondum erat subactus, sed societate saltem iunctus Romanis, illud vero  
optimum de jure civitatis quod Naxi desiderabant Romani vero negabant.

X  
1  
6  
0  
2  
1  
1



a b c d e *Veliternis, Faliscis, Gallis Senonibus*, qui Romam capiunt a. M. 3562. a. C. n. 386. *Samnitibus* annorum 71. ab a. M. 3608. a. C. n. 340. *Latinis* a. M. 3611. a. C. n. 337. *Samnitibus* a. M. 3625. a. C. n. 313. *Tarentinis* & cum *Pyrrho* per decennium, ab a. M. 3668. a. C. n. 280. *Picenis* a. M. 3682. a. C. n. 266. & sequenti quadriennio cum *Salentinis, Sassinatibus & Vulsiniensibus, Gallis cisalpinis* a. M. 3725. a. C. n. 223, iterum a. M. 2727. a. C. n. 221. & saepius deinceps.

β. *Civitas*, quibus in propria viscera saevire Romanis, ubi notamus

I. *Occasiones & causas*, quo spectant a. *Seditiones populi adversus Senatum*, quas Tribuni Pl. variis, ad infringendam optimatum auctoritatem, Legibus latis, caussarunt. β. *Dissensiones optimatum inter se*, hinc consensus ille civitatis olim optimus, turpiter dissolutus, & Respubl. Romanorum misere in partes dilacerata fuit. Vid. p. 190

2. *Bella ipsa*, ut 1. *Sociale seu Marsicum* ab a. M. 3860. a. C. n. 88. 2. *Mario Sullanum* ab a. M. 3862. a. C. n. 86. 3. *Catilinarium* a. M. 3888. a. C. n. 60. 4. *Pompejo - Caesarianum* ab a. M. 3901. a. C. n. 47. 5. *Antonio - Octavianum* ab a. M. 3917. a. C. n. 31. &c.

II. *Externa*, seu extra fines Italiae, & quidem

a. *In Africa* seu cum *Carthaginensibus* tribus vicibus vid. supra pag. 168. seq. 2. cum *Jugurtha*, de quo vid. pag. 171. seq. cum *Aegyptiis* duce J. Cezare a. M. 3902. a. C. n. 46. vid. pag. 158. seq.

β. *In Europa*, & quidem in *Macedonia* cum *Philippo, Perseo, Andrisco*, vid. pag. 179. in *Achaja*, quo *Corinthus* fuit delata a. M. 3804. a. C. n. 144. v. p. 175. in *Hispania* cum *Panis* a. M. 3734. seqq. a. C. n. 214.

a b c d cum *Viriato* ab a. M. 3805. a. C. n. 143. cum *Numan-*

Aa 3

tinis



*F. Cum Thracibus vid. p. 186*

a b c d tinis ab a. 3809. a. C. n. 139. *F. cum Cimbris & Teutonis p. 274*  
ab a. M. 3844. a. C. n. 104. cum *Sertorio* in Hispania a. *p. 228*  
M. 3872. a. C. n. 76. in *Gallia* duce J. *Cæsare* ab a. *p. 227*  
M. 3892. a. C. n. 56. &c.

γ. In *Asia* cum *Antiocho* M. 3759. a. C. n. 189. *p. 131*  
cum *Aristonico* a. M. 3819. a. C. 129. seq. cum *Mithri-* *p. 129*  
*dato* R. *Pontico*, ab a. M. 3862. a. C. n. 86. cum *Cre-*  
*tensibus* ab a. 3882. a. C. n. 66. cum *Cilicibus* piratis  
a. M. 3883. a. C. n. 65. cum *Parthis* duce *Crasso* ab a. *p. 135*  
M. 3896. a. C. n. 52. seqq. cum *Pharnace* *Pontico* R. *p. 139*  
ab a. M. 3903. a. C. n. 45. &c.

IV. *Sub Imperatorum Monarchia.* Cum haftenus longe lateque orbe perdomito, princeps fuisset Roma, inque exitium libertatis suæ, domi grassari cœpisset, tandem, urgentibus superiorum fati, oblita jurisjurandi, quo se, post ejectos Reges, obstrinxerat olim populus, nunquam passurum sese unum aliquem Romæ regnare, unius Principis arbitrio se submitit. Ergo ex laceratis usque adeo veteris Reipubl. visceribus, augustissima illa *Monarchia Cæsarum* enata est, cœpta quidem in *Julio* & iterum accisa, revocata tamen & stabilita ab *Augusto*, continuata ab hoc, & ad reliquos Imperatores transmissa, usque ad Imperii occasum.

Genealogia domus Augustæ sic se habet:

*Julia, Cæj. Jul. Cæsar.*

*Cæj. Octavius*

*Attiæ*

*Octavius Augustus*  
†. a. C. 14.

*Libia Drusilla* *Videat Kofler in Dissertat. de Civia Augustæ*  
ux. *Tib. Claudii Neronis*

*Julia*

*Cl. Tiberius Nero, Claudius Drusus*  
Imp. a. 14. † 37.

*Agrippina*

*Germanicus Cæsar, Tib. Claud. Nero*  
*C. Cæf. Caligula, Agrippina*  
Imp. 37. † 41. Imp. a. 41. † 54.

*Domitius Nero*  
Imp. 54. † 68.

a b c In hac igitur periodo notamus sequentia,

I. *Ini-*



87 Jure populum Romanum ad hoc juramentum post ejectos reges ade-  
 gerat, quod tamen nullis fuit valoris; nec postea potuerit obligari  
 ex rationibus quas lego apud Grotium Lib. 11. de Cap. 13. Bynkershoek de  
 Jure Nat. et gent. Lib. 11. Cap. 11.



Hinc colligitur Dispositionem Historiae Romanae secundum secula,  
 non ex Romanorum sed Africanorum errore fluxisse, nec ideo illa methodo caret  
 fundamento, inquit enim monarchiae Romanae patris ante ipsum  
 natum incidit.

Et his imprimis notandum, imperatoris Tiberii decretum, quo ipsum  
 deferre voluit in nomen Caesarum, postquam de ejus nomine ulij  
 esset doctus, Videat Theodorus Aze in Dissertat. de decreto Tiberii im-  
 peratoris jam dicto

Postquam Regnatrice Augusti familia extincta esset, senatus Ro-  
 manorum imperatores elegit, fuerunt vero harmonia et milites con-  
 tra senatum latinde duces suos contra senatum in imperatores  
 creperunt, qui tyranni dicti, quos summam rem per tyran-  
 nidem adepti essent.



a b c I. *Initium Monarchie*, quod incidit a. M. 3923. a. C. n. 25. quo senatus Octavio dominatum ultro obtulit, omnibus honoribus, imprimis *Augusti* cognomine; condecorato, vid. SCHVRFLEISCH. in *Diss. de Titulo Augusti*. *M. Augusti* non sicut nomen d habet ab augendo sed ab <sup>augur</sup> augere et tam non ullum de p quam

II. *Seriem Imperatorum*, secundum secula christiana. *Sacer seu inviolabilis*

Sec. I. regnarunt XII. ab *Augusto* ad *Nervam*, res gestas secundum omnes circumstantias exponunt, *Suetonius*, *Tacitus*, *Vellejus*, *Dio Cassius* &c. *Germani illustres* p 274. extiterunt, Romanosque variis bellis exercuere. *Britannia* p 244. in deditioem recepta. *Hierosolyma* deleta, vid. pag. 95. *Gallia* & *Hispania* omnis subacta, *Illyricum* orbi Rom. adjectum. *Domii*, priores *Cæsares* vitiose & crudeliter omnia egerunt, stupris, caedibus, avaritia, & inhumanitate infames; *Galba*, *Otho*, *Vitellius* vix degustant imperium; *Vespasianus* & *Titus* *Iudæos* vincunt, *Domitianus* crudelis, *Nerva* & *Trajanus* optimi principes. Res in Ecclesia gestas dabunt scriptores Hist. Eccl. p 215, 220, 227, Fabi Godie Dulzina et Roaltia

Sec. II. imperarunt IX. *Cæsares*, *Trajanus* bellis in *Dacia* p 195. & *Armenia* clarus, cui a. 117. successit *Adrianus*, inter p 136. virtutum & vitiorum confinia constitutus, provincias romanas fere omnes perlustravit, *Iudæos* rebelles in ordinem coegit, & moriens anno 138. *Antoninum pium* p 96. adoptavit, omni virtutum genere commendabilem; illo regnante bellatum fuit cum *Britannis*, *Mauris*, *Germanis*, *Dacis*. A. 161. successerunt *M. Antoninus Philosophus* & *L. Aurel. Verus*, qui cum *Parthis*, *Quadis* & *Marcomannis* bellum gesserunt; *Avidius* a. 175. in oriente imperium invadit; Vero an. 169. demortuo *Antoninus* solus regnat, usque ad a. 180. quo *Commodus* successit, optimi patris pessimus filius, eo regnante, Roma fame & seditionibus misere affligebatur; hocce a. 192. laqueo suffocato, quinque imperatores de rerum summa certarunt; *Portinax* & *Julianus* intra pau-



a b c cos dies occisi; *Niger* in Syria, *Severus* in Pannonia, *Albinus* in Gallia imperium invadunt, ex quibus *Severus* primas obtinuit, postquam competitores bello victos trucidasset, expeditione contra *Parthos* clarus sub finem seculi.

Sec. III. plures numerat Imperatores a *Caracalla* ad *Maximianum* num. XXV. cum interjectis XXX. tyrannis, qui diversis locis Imperium invadebant. Laet hoc sec. status Imperii Rom. erat, rebelliones externae & dissensiones internae continuæ, quibus accedebant barbarum gentium incursiones variæ. *Scriptores* huc spectantes sunt *LIVIVS*, *FLORVS*, *EVTROPIVS*, *PLVTARCHVS*, *PATERCVLVVS*, *APPIANVS* de bellis civilibus, *SALVSTIVS* de bello *Catilinario*, *CICERO* in *Orationibus* investivis in *Catilinam*, *CAESAR* de bello *Civili*. *DIO CASSIVS*, *HIRTIVS* de bello *Alexandrino*, *SVETONIVS*, *TACITVS*, *XIPHILINVS*, *Scriptores* quos vocamus, *Historia Augusta*, *HERODIANVS*, *ZOZIMVS*, alii quos propinat *DV FRESNOY* in *Catalogo*, *STRUVIVS* in *Biblioth. Hist.*

Historia Medii Aevi, a sec. IV. ad XVI. exclusive.

In hac periodo lustramus Imperium Romanorum, quatenus fuit

A. *Integrum*, ab initio sec. IV. ad annum 395. qui *Theodosio* Imp. fuit emortualis; Hoc sec. multi Imperatores numerantur, partim legitime succedentes, partim tumultu militum electi, vel etiam tyrannide imperium invadentes, qui mutuis cladibus sese conficiunt, hinc multa interna bella, Variæ etiam hoc sec. barbararum gentium migrationes & invasiones contingere, illinc *Perlis*, hinc *Sarmatis*, *Gothis*, *Vandalis* &c, imperium affligentibus

B. *Divisum*, sub *Theodosio M.* inter duos filios *Arcadium* & *Honorium*, quorum ille tenuis

I. *Oriens*



Ita vocantur aliquot scriptores Romani minoris Magnitudinis et inter hos  
Bibellii Bellio qui triginta illos tyrannos descripsit, videatur Fabricii  
in Bibliotheca Latina.

Immo novum institutum occurrit cui turbulenti illi staty occasionem  
dedit, dum unus imperator sibi Collegam adscisceret, qui Caesar dictus fuit,  
immo quandoq; duo imperatores duosq; Caesares reperimus, videatur Cellarii  
in Historia Universali seculo IV. et in tabulis subjunctis, quae memoriae  
nostrae utiq; possunt consulere.







a b c I. Orientem. Circa orientale imperium notamus

α. Initium, a morte Theodosii a. M. 434. C. 395.

β. Seriem Imperatorum, ab Arcadio usque ad Constantium Palaeologum. Hæc Imperii Rom. pars, quum & Imperium Græcorum dicatur, hinc etiam ejus historiam absolvimus in historia Græcorum pag. 180. seq. unde heic dicenda repeti possunt. γ. Finem vid. pag. 183. seq.

II. Occidentem, quem tenuit Honorius; ubi notamus

α. Initium, a Theodosii M. ut diximus, morte,

β. Seriem Imperatorum ab Honorio ad Romulum Augustulum n. X. h. e. ab a. C. 395. ad 476. quo ab Herulis evertitur occidentale Imperium. Occidens enim seculo V. horribilibus turbis afflictus est, usque ad ejus everisionem, Gothi enim Italiam, Vandali, Alani, alique Galliam adoriebantur, Britannia a Scotis, Belgium a Burgundionibus infestabatur, &c. Hunni quoque, ingenti coluvie per Germaniam usque in Galliam irrumpunt, Africa a Vandalis possidetur. Tandem seculo labente, internis discordiis Romanorum invitati Heruli, Italiam invadunt, & a. 476. ultimum Imp. Romulum Augustulum solio dejiciunt.

γ. Everisionem. Quæ contigit Herulorum rege Odoacro, qui Romulo, imperio abrogato vitam tamen conservavit; ex quo nomen Imperatoris in occidente evanuit, post tria demum secula a Francis restituendum. Acque ex eo tempore imperium occidentale præda fuit quorumvis invadentium, Herulos enim pellebant Gothi, Gothos Longobardi, hos Franci ejiciebant, de quibus suo infra loco, sigillatim pag. 194. seq.

δ. Restaurationem per Francos. Posteaquam Longobardi Italiam per duo secula tenuissent, Carolus M. rex Francorum, victoria contra Desiderium Longobardorum ultimum regem deportata, imperium occidentale a. 800. instaurat, dignitate Augustali per S. P. Q. R. ad Francos devoluta. Habuit itaque ex illo tempore occidens

Bb

suos



a b c suos rursus Imperatores, at enim vero, & potentia, & genere, ab antiquis Romanis longe diversissimos, quippe quod, Imperatores a Carolo M. non fuerint natione Romani, sed & progressu temporis, a dilaceratione Imperii occidentalis, ex singulis fere nobilioribus fundi romani provinciis, nova regna excreverunt quibus carere semper debuerunt Imperatores in occidente, usque in hunc diem. Possunt verò memoriae causa, Imperatores qui ab illo tempore in occidente, hoc axioma gavisi sunt, in sequentes classes dispesci, videlicet in

a. Francicos, a Carolo M. ad Ludovicum Infantem,  
 b. e. ab a. C. 800. ad a. 911. Ludovico emortualem.

β. Germanicos, qui duum sunt generum

1. Qui ante interregnum fasces tenuerunt, & quidem  
 α. Franconici, β. Saxonici, γ. iterum Franconici, δ. Suevici, ε. Ex diversis domibus.

2. Post interregnum, quales fuerunt  
 α. Ex diversis domibus  
 β. Ex Domo Austriaca, de quibus in *historia Germaniae* 276 ex instituto. Scriptores hac spectantes sunt: ZOSIMVS, PROCOPIVS, MARCELLINVS, EVTROPIVS, AVRELIVS VICTOR, EVSEBIVS, ZONARAS, CEDRENVS, JORNANDES, PAVLVS DIACONVS, CASSIODORVS, OROSIVS, EGINHARDVS, alii; ex recentioribus BLONDVS in *Hist. inclinati imp. Rom.* SIGONIVS de *Imperio occidentali*, & de *Regno Italia*.

3. *Historiam Romanorum recentiore* exponere haud possumus, quippe quod iam diu ante sec. XVI. Romanorum veterum natio <sup>at imperium</sup> interierit, nil nisi nomine superstite relicto, quæ de *Italis modernis* dicenda sunt, suo commemorabuntur loco. p. 280

a b IV. GOTHORVM. Hos, Romanis statim adjungimus, quippe quod primi fuerint, qui Italiam intrarunt, quum ruere cœpisset Romæ majestas; ut autem hic quoque memoria



Planum fiet infra in historia illorum regnorum, quae olim ad em-  
perium occidentale pervenirebant, et quae postea bello amissa partim de-  
relictione Romanorum in aliaque parte transierunt. Videtur Grotius  
lib. II Cap. 22. Lindenbrochii de familiarum illustratione originis et con-  
suetudine Cap. VII







a b moriæ discentium consulatur, in historia Gothorum notabimus

a. *Originem.* Gothos nationem Germanicam fuisse, nemo doctiorum est, qui inficietur, præter *Matthæum Prætorium* in *Orbe Gothico Lib. I. cap. 3.* ubi Slavonicam, cum veteri Gothica lingua eandem fuisse putat, licet sine fundamento. An vero *Gether*, an *Gog*, Gothorum gentem progeneraverit, & sub quo cælo nata sit, in medio relinquimus, omnem enim operam, quæ indagandis populorum originibus impenditur, frustraneam esse merito putamus.

b. *Diversas appellationes.* Antiquitus Gothi, & *Geta* & *Daci* dicti; *Geta* quidem diversa tantum pronuntiatione, *Daci* vero, quod Germani essent, vocem enim *Daci* Græci & Romani finxerunt ex voce *Deutschen* & *Datschen*; hinc Græci atque Romani suum *Δακός*, *Dacus*, græca & latina terminatione effinxerunt, *Gethas* enim se ipsos *Dacos* h. e. *Datschos* dixisse, testatur *Xiphilinus* ex *Dione lib. 67.*

γ. *Sedes antiquas.* Non immiscemus nos heic controversiæ illi, an Gothi ex *Scandinavia*, an ex *Sarmatia*, an vero ex oris ad *Pontum Euxinum* progressi, in Imperium occidentale irruperint sec. III. medio, illud extra dubium, illa ætate, ubi tempore *Decii Imp.* excursionibus primum celebriores facti Gothi, ad ripas *Ustri* boreales habitasse, in *Dacia* scilicet, quæ *Wallachiam*, *Moldaviam*, *Transilvaniam*, reliquasve circumjacentes provincias, complexa fuit.

δ. *Divisionem in West- & Ost-Gothos*, seu in occidentales & orientales, illi enim, qui tractus sedium suarum, orientem versus inhabitabant, *Ost-Gothi*, reliqui versus occidentem, *West-Gothi* adpellabantur.

ε. *Dynastias*, quarum antiquissima est

1. *Regum domesticorum.* Inter quos magis celebres fuerunt *Cotiso* temporibus Augusti, *Dorpaneus* circa a. 86. Romanos opprimit; *Decebalus* ætate *Trajani* floret & vincitur a



a b Romanis<sup>o</sup> sub initium sec. II. ex quo tempore Dacia fit provincia Rom.

2. *Sub Romanorum imperio.* Decebalo devicto, Daci Romanis paruerunt; deductæ illuc colonie Romanorum, quorum reliquæ moderni Moldavi & Wallachi, (forte & Bulgari) qui domestico vocabulo sese *Romunys* h. e. Romanos appellant, utuntur etiam lingua latina, licet mirum in modum corrupta, lege, quæ scripti in *der Historia der Gelehrtheit* pag. 382. seq. Dividebant Romani Daciam omnem, in *Alpestem, Mediterraneam & Ripensem*, v. LAZII *Commentar. de Republ. Rom.* pag. 923. seq. STEPHANVS ZAMOSIUS in *Analectis lapidum & antiquitatum in Dacia*; usque dum Sec. III. deficere Romanorum potentia inciperet; Decio enim regnante, Gothi seu Daci jugum excutere tentarunt, cumque obistere Romani, interim discordiis districti haud possent, *Aurelianus* Imp. derelinquere Daciam coactus fuit a. 274.

3. *Sub Αυτονομία.* Posteaquam Romani Daciam milite denudarent, Gotho-Daci sui juris facti sunt, vicinas Romanorum provincias, istro transmissis, sæpius hostiliter incursantes, imprimis a. 288. quos Diocletianus rejecisse dicitur. A. 327. Constantinus contra Gothos expeditionem suscepit eosque vicisse fertur. A. 332. in Sarmatiam, & transmissis istro Thraciam & Moesiam vastant. A. 368. Valens Imp. Gothos bello adoritur. A. 369. Athanaricus apud West Gothos regnare incepit, qui christianos graviter persequitur. Hoc in statu manserunt Gothi usque ad *Hunorum* ex Asia adventum, qui contigit *Valente* Imperatore Rom. regnante, ex quo tempore, Gothorum quoque contigerunt emigrationes, breviter nunc exponenda.

ζ. *Emigrationes & progressus stupendos, & quidem*

1. *West-Gothorum.* Cum Hunni, ut prædiximus, ex Asia prorumperent, de rerum summa circa a. 373. certabant West- & Ost-Gothi inter se, illi, defuncto utriusque gentis rege

a b *Hermanrico, Athanarico* adhærebant, isti *Fridigerum* elegerunt.

tant.

p 207 seq

p 192

p 181, 192

p 264 seq



De memorabili isto bello plene sunt Romae scripturae, in quibus  
memoriam et honorem Romae exalta est columna Trajani, quae adhuc  
visibilis, quamque elegantissime descripserunt Giacomus et Fabretti

Lion,  
1777



¶ De Backeng in Anglia Romanorum fuerat praefectus,  
quod in Gallia milites in Caesarem proclamaverant.

¶ Germanici scriptores hinc vocant Dietrich von Bern leg.  
magnus id me sermo gebarnen clarissimus videat Cochlesium  
vita Theodorici, Boetii ass. ad de Theodorico Op. Gotho.



a b rant, hinc factum, ut Hunnorum impetum sustinere haud potuerint; igitur Ost-Gothis, ab Hunnis vel devictis vel in societatem acceptis, West-Gothi migrandum sibi esse decernunt; legatis itaque ad Imp. Valentem missis, pollicito obsequio, Moesiam & Thraciam incolendas accipiunt, hac tamen conditione, ut religionem christianam susciperent, quod & factum, commaculatam tamen Ariano- rum heresi; sed male a Praefectis habiti, bellum Valenti inferunt, quo ipse Imperator a. 378. occubuit. Biennio post Athanaricus, quod jurasset, se nunquam in Romano- rum provincias transiturum, a suis pellitur, Constantinopoli igitur elapsus, moritur. Ejus successor *Alaricus*, socius erat a. 394. Theodosii M. in bello contra Eugenium; qui cum ægre ferret, nullos sibi a filiis Theodosii honores haberi, negarique expetitam pro suis sedem ac stipendium, utriusque regiones ferro igneque vastavit, ipsamque Romam obsidione capit a. 409. Attalum Imperatorem creans, quem rursus dejicit. *Athaulphus* seu *Adolphus* cum Gothis in Gallias transit a. 413. quos in Hispaniam abire cogit dux *Constantinus* a. 415. ubi novum Regnum condunt; a Saracenis sec. VIII. extinguendum, vid. *Hist. Hispania*.

2. *Ost-Gothorum*. Hæc dum apud West-Gothos aguntur, Ost-Gothi in Dacia, ab Hunnis, ut prædictum, vel devicti vel in societatem accepti, Attilam Hunnorum ducem secuti sunt circa a. 440. quo demortuo a. 454. Hunnisque a. Gothis circa 460. seq. in Asiam expulsis, cum Svevis a. 472. in Pannonia belligerant, tandem circa a. 489. concitante Zenone Imp. *Italiam* invadunt Ost-Gothi, Odoacrem Herulorum R. cædunt atque profligant, idque auspiciis *Theodorici* regis, qui postea vulgo *Dietericus Veronensis*, a sede regia vocatus est, & novum in Italia regnum fundat, quod sub VII. regibus, usque ad an. 553. stetit, ultimo rege *Teja*, a Narfe devicto

a b & interfecto. Scriptores huc spectantes sunt ZOSIMVS,

Bb 3

AVRE-

Leg. h. c. a. 378. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

p. 227/228

p. 228/229

p. 267.

p. 198-286.

p. 192.



a b AVRELIUS VICTOR, EVTROPIUS, JORNANDES, PROCOPIUS, PAVLVS DIACONVS, ISIDORVS in *Chron. Goth.* SIDONIUS APOLLINARIS, OROSIUS; & ex recentioribus SCHVRFLEISCH in *Diss. de rebus Sveo-Gothicis*, SCHVBARTH. in *Diss. de Ortu Gothorum*, LOCCENIVS in *Antiquitat. Sveo-Gothicis*, & quæ ex illo descripsit BOXHORN. in *Hist. Vniuers.* pag. 216. seq. SHERINGNAM in *Originibus Anglicanis cap. 9. & 11.* SPENERVS in *Notitia Germania ant. & mediæ ævi L. 1. c. 1. & 4.* *Ætymologiæ fasciculis primæ hæreticæ Historiæ.*

V. HERVLORVM. De Herulis eorumque ortu, sedibus, & nomine parum dici potest; illud in confesso, æque ut Gothos, Germanicam fuisse nationem, imo adjunctos Gothorum vel Vandalorum socios, qui Thracia, Græcia, Asiaque armis perturbata, sec. V. anno 76. Rege *Odoacro* Italiam ingressi, calamitose occidentis Imperio diruto, vid. pag. 193. *primi Germanorum*, in Italia regnum constituerunt, post septem & decem annos circiter destruendum, a Theodorico Gothorum Rege, ut prædiximus, Herulis sedes inter subalpinos concedente, ubi inglorii hæserunt usque ad Longobardorum adventum, quibus vel mixti, vel ab iis excisi, nomen protinus amiserunt, vid. EUGIPIVS in *Vita S. Severini*, JORNANDES *de rebus Geticis c. 46. & 57.* & *de regn. successione L. 1. c. 6. 103. 105.* PROCOP. *Hist. Goth. L. 1. c. 1.* DIACONVS *L. 16.* SIGONIUS *de Imperio Occident. L. 15.* SPENER. *Loc. cit L. 1. p. 36. 46.* *Mazæouig. in primæ hæreticæ Historiæ.*

VI. WANDALORVM. Ubi notamus

1. *Rationem nominis*, sunt, qui Wandalos dictos esse velint a germanico *Wandelen*, ambulare, peragrarè, scil. quod sedes suas sæpe mutaverint; alii ~~quædam~~ cum *Venetis & Vindelis*, Slavica natione, qui in Wandalia vetustissima cõfederunt, turpiter confundunt. Ceterum Wandalos germanicam fuisse gentem, vel exinde patet, quod crebro ab antiquis scriptoribus in Germanis numerantur.

ren.



¶ Sunt tamen nonnulli, qui eos in hodiernas terras Fran-  
denburgicas circa Havelam collocant, ipsumque Posaenum  
Rosenburgi ad confluentiam Albis et Salsae, sedem habu-  
isse dicunt. Conferatur Gundlingus in Henrico Au-  
gusto Sectione XXXII, Alii in Pomerania illos locant, quod  
Posaceri semper dicatur. Rex Hezularum et Rugorum,  
Regis autem fuerunt populi Pomeraniae





Faint, illegible text impressions are visible in the upper middle section of the page, possibly representing a title or a short paragraph of text that has become nearly invisible due to fading or bleed-through from the reverse side.



a b rentur, inque Gothorum exercitibus ac societate mon-  
strentur.

2. *Sedes & migrationes.* Wandalorum prisca sedes ad  
oras maris Balthici, late per Germaniam; hinc progressi Sar-  
matiam pererrarunt, a Gothis vel cæsi vel in societatem  
adjuncti, Pannoniam infederunt, tandem cum Hunni, Va-  
lenti principatu, in Europam erupissent, Alanis Svevis-  
que in commilitium assumtis, a. 406. exciti a Stilicone, in  
Galliam se effuderunt, ea deprædata, relictisque ibi Bur-  
gundionibus, in Hispaniam transierunt, eamque inter se  
ita dividerunt, ut Vandalis Bætica, Alanis Lusitania, Sve-  
vis Gallætia cederet; tandem & se invicem, & Romanos  
armis invaserunt; cumque interea & Westgothi Hispan-  
iam ingrederentur, ægre se sustinuerunt, usque ad a.  
428. quo, a Bonifacio Africæ Comite invitati, freto Her-  
culeo transmissio, Mauretanium sui juris fecerunt, rege Gen-  
serico, ibique dominatum condiderunt sub V. regibus  
duraturum, quorum ultimus Gilimer, a. 534. a Belisario  
Iustiniani Imperatoris duce victus periit, vid. pag. 170. seq.  
De Alanis & Svevis dicitur in historia Hispaniæ; Conf.  
PROCOPIVS in Hist. Miscel. L. 16. & in Hist. Vandalorum,  
ZOSIMVS, ISIDORVS in Chron. Vandal. JORNANDES  
de rebus Geticis L. 31. OROSIVS L. 7. ZONARAS, CE-  
DRENVS, NICEPHOR. in Iustiano, & quæ SPENER,  
collegit Loc. cit. L. 1. c. 4. L. 4. c. 1. seq. Mascouy in saeculo 8. in Belg. p. 101.

VII. LANGOBARDORVM. In horum Historia notamus

1. *Nominis rationem & scriptionem*, quos alii Longobar-  
dos vocant, Langobardos alii adpellant, alii Langobardas,  
nec in ipsa nominis causa conveniunt, ut legere est apud  
SPENERVM in Notitia Germaniæ Ant. Lib. V. c. 4. §. 26. seq.  
in eo tamen omnes consentiunt, gentem fuisse germani-  
cam.

2. *Sedes & migrationes.* Antiquissima, quantum sci-  
tur, Longobardorum sedes fuit inter Albim & Viadrum;  
a b Augusti ævo, etiam cis albim, regionis partem tenuisse  
con-

p. 262/263

Romanorum duce  
p. 200/201/202/203  
p. 215, 220

p. 170/171

Longobardi non suam nomen dicitur  
dandi voluntate longobardus  
instrumento quod adhuc in Verona in  
facione bast vulgo in Belg. adpellatur.



a b constat, ubi hodie *Marchia Media* & ducatus *Magdeburgici* pars, dextræ *Albis* ripæ adposita. Posteaquam in patrio solo cum vicinis gentibus bella gessissent, *Marco* imperante, Longobardi ad Danubium confederunt, eoque transmissio, Sueviam invaserunt. Fugati hinc circa a. C. 166. a Romanis, per duo & quod excurrit secula, in regionibus non facile indicandis, inglorii forte egerunt ætatem; primus *Agilmundus* rex, tempore Theodosii clarum rursus Longobardorum effecit nomen, qui fortius arma tractavit; *Tato* sub finem sec. V. Rudolphum Herulorum regem vincit; *Audoinus* circa a. C. 526. Longobardos in Pannoniam, Ostrogothorum in Italiam abitu satis desertam, deduxit, & cum Gepidis, de Pannoniæ possessione feliciter pugnavit, idem fecit & *Alboinus* ejus filius circa a. 551. Ex Pannonia *Narses* Longobardos, contra Ostrogothos in Italiam invitavit a. 568. ubi *Gothis* devictis, novum regnum Longobardicum condunt, duraturam ab a. 570. sub XXI. regibus, (interveniente Aristocratiâ decem annorum ab 573.) usque ad a. 774. quo ultimus rex *Desiderius*, a *Carolo M.* victus, captus, & in Galliam abductus est, finem regno Longobardico imponens, plura dicentur in hist. *Italia & Gallia*. Conf. *PAVLVS DIACONVS* in *Hist. Longobard.* *PROCOPIVS* *Hist. Goth.* L. 3. seq. *SPENER.* *Loc. cit.* L. 1. c. 4. L. 4. c. 1. L. 5. c. 4. doctissimus *CHRISTIVS* in *Originibus Longobard.* idem de rebus Longobardorum ante expeditionem in Italiam

VIII. *BURGUNDIONVM*, in horum historia notamus

1. *Nominis rationem & diversam scriptionem*, quos enim alii *Burgundos* appellant, alii *Burgundios*, *Burgondos*, *Burguntiones*, *Burgundiones*, *Burgundionas*, *Vrugundos*, *Buguntas* dicunt, quæ portenta nominum passim apud auctores occurrunt; optima tamen vox *Burgundionum*; unde vero nata sit, & quæ ejus significatio, nemo facile dixerit.

2. *Originem nationis*; Dissentiunt eruditi de genere *Burgundionum*, plerique tamen pro gente Germanica habent, eosque inter *Gothos* conumerant & merito referunt.

3. *Res*



Finem. Interim Historia Longobardorum probe notanda  
propter doctrinas in iure publico et historia imperiali occu-  
rentes, de Regno Longobardico eique cum imperio nexu de  
corona Longobardica, Legibus Longobardorum feudalibus et  
quae sunt reliqua

dixerint Interim probabilior sententia est nomen illud  
optatum esse à Burgis seu La Stellis atq; Arribz, quas in  
Gallia condiderunt passim dum ibi fixas sedes caperent.





*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*


*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



a b 3. *Res gestas & migrationes*; quæ antiquis Burgundionibus fuerint sedes, resque eorum gestæ usque ad sec. II. nusquam patet, præter enim *Plinium & Strabonem*, nemo illorum meminit; creditur itaque, quicquid de Gothicis expositum legimus, de Burgundionibus quoque intelligendum esse. Circa a. 280. pulsus a Gepidis, ad Rhenum expeditionem susceperunt, & licet sæpius ab Alemannis expulsi essent, rursus tamen reversi sunt; circa a. 373. Rheno Mœnoque insident, postquam a Valentiniano Imp. aliquot ante annos, contra Saxones vel Alemannos evocati essent. Sub initum sec. V. in Galliam penetrant, & brevi post, regionem inter alpes & Rhodanum, ab Aetio Romanorum præfecto accipiunt, ut eorum viribus contra alios hostes uti posset; in his oris constituti, & internis Galliarum turbis usi, regni sui terminos egregie promoverunt.

4. *Dynastias*; quarum prima est

I. *Sub Regibus domesticis*, quales fuerunt quos seq. tabella proponit, licet series illorum & successio, persit incerta.



*Gundicarius* s. *Gundeuchus*; primus vulgo Burgundionum rex, a Romanis in societatem acceptus, regnum Burgundionum condidit; de ejus successoribus admodum variant scriptores, alii demortuo Gundicario, ejus stirpem ab Huanis penitus excisam commemorant, alii quaterna contra sobole auctum referunt; utcunque sit, illud certum, omnes tandem hujus nationis reges, nec modum potentia tenuisse, & inter se invicem belligerantes, causam Clodovæo Francorum regi dedisse,

a b c Burgundiones aggrediendi, a cujus filiis tandem oppressi

Cc

pressi



a b c pressi & imperio Francorum conjuncti fuere, circa  
a. 532. *que pertinet Schurtzflurich p204.*

II. *Sub Francorum imperio*; Posteaquam Burgundionum  
reges miserum nati essent exitum, tota Burgundia  
Francis paruit, usque ad ætatem *Caroli Calvi*; relicta  
tamen Burgundis jura & leges sunt, ut tutius officio  
retinerentur. Hac periodo, subinde suos ex Francis  
peculiares reges habuit Burgundia, subinde etiam re-  
liquæ Franciæ pars fuit, imo & quandoque cum Neu<sup>p228</sup>  
stria, quandoque cum Austrasia conjuncta, quando-  
que & inter fratres aut agnatos familiæ regiæ divisa  
fuit. *pag 284.*

III. *Sub novis Burgundiæ regibus a Bosone ad Rudolphum  
ignavum*, h. e. ab a. 879. ad ad a. 1032. *Boso Comes*,  
a *Carolo* affine multis optibus & honoribus auctus, tan-<sup>p229 seq</sup>  
dem & Dux Provinciæ factus; *Calvo* autem, ac pau-  
lo post *Ludovico* etiam *Balbo* demortuis, totam fere  
Burgundiam occupavit variisque artibus eo rem dedu-  
xit, ut ab Episcopis apud Mantalam congregatis, in re-  
gem *Burgundiæ* eligeretur, *Lugduni* inauguratus a.  
879. Ei post <sup>oct</sup>decennium demortuo successit filius *Ludo-  
vicus*, vulgo *Bosonides*, deinceps Imperator & rex Ita<sup>p284.288</sup>  
liæ; qui post captus & a. 903. excecatus, impuberem  
filium habuit *Carolus Constantinum* successorem, cujus  
tutor *Hugo*, insigniorem Burgundiæ partem dolo ma-  
lo abalienavit, & *Rudolfo* Comiti cessit, quem proce-  
res Burgundiæ, (quæ inter *Juram* montem & *Pœninas*  
alpes jacet, ubi hodie *Sabaudi*, *Pagi Helvetiorum*, *Bris-  
goa*, *Suntgoa*, *Uchtlandia* &c.) a. 888. regem elege-<sup>p283</sup>  
runt; Hujus *Rudolfi* posteros sequens tabula repræ-  
sentat; monemus vero, multum hic circa hanc Ge-  
nealogiam disputari, præsertim de *Rudolfi* parente,  
vid. *PFEFFINGERI Vitriarius illustratus* T. 1. p. 234.  
a b c f. 241. 247. *GVNDLINGIANA* T. 2. p. 105. seq. et 288. 483 et  
*in regibus f. 1 p 101 seq.* *Conra-*



Comes Vis in Burgundia illustris uxor eius erat Ermengardis Ludouici II Imperatoris filia. Juditha uero soror uxor erat Caroli Calui Regis

Burgundiae Aduerig Prouinciae seu Arelati a deoq;  
in una saltem Burgundiae parte.

Juram Juram istud montium extenditur ex uicinitate Basileae usq; ad lacum Geneuensem atque hujus respectu diuisio ex omni Burgundiae cis et trans Juram Videat Scheppling in dissertatione de Burgundia cis et trans Juram.



Conradi II. Hic originem ducit ex Suecia et nepos fu-  
it Welfi lmi Comitis in Altdorff patrisq. sui soror fuit  
Juditha uxor Ludouici pii imperatoris  
Viennamque ubi priusq. vixit et titulo principis Vien-  
nae contentus obit



a b c

Conradus  
Com. Stretlingensis

Rudolfus I.  
rex 888. † 912.

Rudolfus II.  
912. † 936.

Conradus I.  
936. † 990.

Rudolfus III. 990. † 1032.	Gisela ux. Henrici II. Duc. Bav.	Bertha ux. Odonis I. Com. Campaniæ	Gerburgis f. Gega ux. Hermannii II. Duc. Sueviæ
	Henricus II. Imp.	Odo II.	Gisela uxor

1. Brunonis March. Sax.
2. Ernesti D. Sueviæ
- Ernest. Hermannus.
3. Conradi II. Imp.

Quibus rebus factum, ut Carolus Constantinus adultior factus, nomen regis cum *ducis* titulo commutaret, & partem provincie Lugdunensis Viennamque retineret, potentia quippe & opibus impar Rudolfo æmulo. Interim ex illo tempore, Burgundia in *Ducatum & Regnum* divisa fuit: Præterea etiam heic notanda divisio Burgundiæ, in *superiorem* quæ regnum, *inferiorem* quæ ducatum, & *minorem*, quæ hodie *Franche Comte*, complectitur; sed finis exacte definire velle, difficile admodum, vid. GVNDLINGIANA T. 2. p. 109. 258. seq. Ut sit, illud indubium, Jurano regno accessisse dehinc & inferioris Burgundiæ partes, & ex Germaniæ superiori Alemanniam; unde reges *Provinciæ* vocari cœperunt, imo etiam *Arelatenses*, a sede regia Arles. Rudolphum I. Arnulfus Imp. bello adoritur, sed sine aliquo successu. Rudolfus II. cum Herrmanno Duce Alemanniæ pugnavit & victus fuit a. 919. Ab hoc rege Henricus I.

a b c

Cc 2

Imp.

Videat. Hahn in dissertatione  
de libris regni Burgundiæ



*non sed de fundamento regni  
quod merito quacumque potest  
tatis est, quod partes illas re-  
gnum. Jurisdictione constituen-  
tes, sine de uoluntate potest  
fuerit videtur. II imperatoris ad  
Germaniam sedentibus videant  
paucis in dispartit: de re ad  
Burgundiam cum imperio.*

*Videat Chastouy in Dissertatione  
de re ad Burgundiam cum im-  
perio*

b c Imp. lanceam factam obtinuit a. 929. Tempore Con-  
radi I. Otto I. Imp. pristina Germaniæ jura in regnum  
Burgundiæ repetiit, & ad leges juris beneficiarii re-  
degit. *Rudolfus III. ignavus*, quod prole destitutus es-  
set, Henricum II. Imp. regni Burgundiæ hæredem con-  
stituit a. 1016. Henrico autem demortuo, Rudolfus  
promissa irrita fieri voluit, verum armis Conradi II.  
Imp. eo adactus est, ut a. 1027. pacta priora confir-  
maret.

IV. *Sub Imperio Germanorum*; Rudolfus rex a. 1032. sine  
prole moriens, Conrado Imp. coronam transmiserat  
dum interea Odo Comes Campaniæ, regnum invade-  
ret; quo nuntio accepto, Conradus II. Imp. cum exer-  
citu Burgundiam intravit, & solemnè ratione inaugu-  
ratus est, ejecto Odone, anno seq. rursus Burgun-  
diam intravit Imperator, filioque suo Henrico in con-  
ventu Solodurensi regnum concessit. Qua ratione se-  
quentes Imperatores jura sua in regnum Burgundiæ  
conservaverint, docet *CONRINGIVS de Finibus Im-  
perii L. 1. c. 13. seq.* quomodo vero subsequenti-  
bus temporibus, successive in varias partes iverit regnum hoc,  
& abalienatum fuerit ab imperio Germanorum, lon-  
giores sunt ambages, quam ut hic in compendio com-  
memorari queant; præoccuparunt jam hunc laborem,  
infra statim allegandi. *Conf. 280 seq. 284.*

V. *In statu disjuncto*; ex præsentè regionum ac provincia-  
rum illarum statu, quorum complexu olim regnum Bur-  
gundiæ constitit, facile patet, quam varie discerpta & in par-  
tes dilacerata cum tempore fuerit vetus Burgundia; qui om-  
nia cognoscere velit, legat, quæ ex veterum scriptorum  
monumentis bene multis collegerunt recentiores, puta;  
*GVILIMANNVS de Rebus Helveticis*, *HEVTERVS in  
rebus Burgundicis*, *STRAVCHIVS in Diss. de Regno Arela-  
tensi*; *SCHVRFLEISCH in Diss. de Veteri regno populo-  
que Burgundionum*, & in *Diss. quod Carolus IV. non dissi-  
perit*

209-289  
300.



lanceam sacram sua corporis saluatoris in cruce depen-  
dens confossum dicitur, et hodie adhuc inter sacra  
Lipsiae imperii reservatur. Videntur scriptores ju-  
ris Publici, in Pluribus Corporibus Juris Publici figuram  
aeri impressam conspicias conferat et Browardt in suis  
"Reise Beschreibungen durch Churpfalzland".

Conseruauerint usque ad tempora Caroli IV. marci Bur-  
gundiae sub imperio, Ab illis uero imperatoris a parte  
successive deperditae fuerint singulae prout in Compen-  
dia Rodouici Masconi loco citato



Sarmatas. Equidem Sarmatae antiqui alicui populo quod  
hodierni Navi, interim quia pars Slavonum, terras  
Sarmaticas occuparunt, sine nominis ratio.

Modernos. De antiquis enim Illyrii conung. regibus  
potentibus, hic non loquimur. Legat. cui uolupte est,  
Lucium de Regno Dalmatiae et Croatiae, Henningium  
Tomo 11do, Aeneasium Parte IIIa operum Jacalo.  
gicorum; Deletem nomine Illyrii comprehendit  
hodierna Dalmatia, Croatia, et Slavonia



a b *verit imperii patrimonium, quoad regnum Arelatense, PEEF*  
 FINGERVS & GVNDLINGIVS *Locis supra cit. Keller de Carolo ultimo*  
 IX. SLAVORVM. In amplissima Slavorum gentis historia *Burgundiae duc.*  
 notamus

I. *Nominis rationem, quam varii varie proferunt atque*  
 interpretantur, v. PRAETORII Orbis *Gothicus L. 2. c. 1.*  
*n. 2. Quicquid hujus sit, illud certum & indubium, ante*  
*Procopii & Jornandis ætatem, quæ in sec. VI. incidit, nul-*  
*lum auctorem ejus nominis meminisse. Postquam sec. XII.*  
*medio, in Germania ad extremum essent domiti, mox-*  
*que in servitutem essent redacti Slavi, nomen illorum*  
 apud Germanos valde cœpit fieri probrosum, quippe quo,  
 mancipia passim notari in propatulo est. *p. 276*

2. *Divisionem; amplissima Slavorum gens, commode*  
 dispesci potest, in

a. *Sarmatas, quibus complectuntur vulgo*

1. *Russi, 2. Poloni, 3. Lithuani, de quibus suo loco. p. 252-257.*

b. *Venedos, Germanis Wenden, qui sec. VI. ineunte Ger-*  
 maniam invaserunt, in complures divisi familias, quarum  
 notissimæ *Moravi, Bohemi, Sorabi, Cassubii, Pomerani,*  
*Obotritæ &c. de quibus in Hist. Germania & Bohemia. p. 270-277.*

γ. *Illyrios, qui complectuntur Slavos, in Hungariæ*  
 partibus antiquum nomen retinentes, *Dalmatas, Croatas,*  
*Servios s. Sirbios, aliosque, de quibus generatim pauca*  
 addemus. Quemadmodum in genere, de Slavorum ex  
 Asia in Europam ingressu parum certi potest affirmari, idem  
 & de illis Slavorum nationibus dici debet, quæ in ipsa  
 Hungaria, orisque vicinis fixas posuerunt sedes, quo vi-  
 delicet tempore illuc sese infuderint; illud testantur re-  
 rum Hungar. scriptores, sub medium sec. VI. Slavos pri-  
 mum, transmissis istro, irrupisse, lateque circumjacentes  
 tractus devastasse. Atque ex illo tempore, perpetua Sla-  
 vorum memoria; Circa a. 548. *Ostrovoy* rex illorum, cum  
 magna gentis manu *Illyricum* occupasse, & in *Carniolam*

a b usque penetrasse dicitur; ei successit *Suelad* filius, huic

Cc 3

*ubi et in vicina Atria*  
*atq; Carinthia godicenum*  
*adhuc multi Slavi re-*  
*periantur.*



a b *Selimir*, qui expugnata Scodra primus se regem Dalmatiae appellavit; hujus fratres fuisse perhibentur Lech, Zech & Rus, qui colonias in Serviam, Bohæmiam, Poloniam & Russiam misisse dicuntur, qua de re infra suis locis plura. *Selimi*ro successit *Budimir*; qui baptizatus a. 880. *Sventopluc* dictus. Successores satis obscuri & incerti; Circa a. 1065. regnavit *Zolomerus*; qui cum Græcis bella gessit, cujus uxor *Ladislai* regis Hungar. soror fuit, quæ Dalmatiam, demortuo *Zolomero* sine prole per testamentum accepit, cum vero turbis regina premeretur, fratri regnum concessit. Ex quo tempore Dalmatia Hungaris fuit subiecta, per longa tempora. Ultimus tamen regum Dalmatiae fuisse *Gradibna* circa 1150. a nonnullis perhibetur. Qui sec. XIV. & XV. regnarunt reges Hungariæ, multa bella cum Venetis de Dalmatia conservanda gesserunt, usque dum circa a. 1420. in ditionem Venetorum omnia fere redigerentur. Turcis tandem cum Venetis sec. XVI. & XVII. belligerantibus, maritima Venetis cesserunt, reliqua Turcis subiecta facta sunt, nonnulla etiam loca Imperatori ut regi Hungariæ parent. *Videat Lucigler: cit. et imprimis du Fresnoy in Hist. na. Byz. ant. & mod.*

*Croatia* vel *Crobatia*, a duce quodam *Crobata* dicta, plerumque Dalmatiae pars fuit, interdum tamen proprios Regulos habuit; *Zolomerus* Dalmatiae rex & Croatiam possedit, quo demortuo, singula uxori legavit, hæc vero, fratri suo *Ladislao* S. Hungariæ regi omnes possessiones cessit. Tandem sub *Ludovico* I. & dein sub *Sigismundo*, Croatia ab Hungaria separare se nitebantur, sed sine effectu, rebellionis capitibus in ordinem redactis. Demum circa finem sec. XVI. majori ex parte a Turcis fuit erepta, reliqua ad Hungariæ regnum pertinent. *Videat Lucigler: cit. adhuc.*

a b *Slavonia* proprie sic dicta, jam a temporibus S. Stephani primi Hungarorum regis sub initium sec. XI, Hungariæ fuisse innexa merito videtur; devicto illorum duce *Cenano*; de cetero eadem cum vicinis tractibus habuit fata, sæpius a Turcis, & præsertim sec. XVI. & XVII. infestata



proprie. Hoc est usus loquendi moderno et in <sup>non</sup> tam  
late patuit Nauvick, ut hodiernam Zorniam <sup>Coaticam</sup>  
et Dalmatiam completeretur.



*Volgo Fluvius satis notus in Russia, sed falsum esse  
quicquid de civitate Gulgar aut gente ad Volgam  
vulgo dicitur, demonstravit Strahlenberg in Itin. R.  
Horibundum non Ruffland pag. 28, nihil enim nec de ci-  
vitate Gulgar nec de incolis quidquam constat.*



a b festata quidem Slavonia, non tamen oppressa, mansit itaque que Hungariæ conjuncta in hunc usque diem.

*Bosnia* suos gentis regulos habuit usque ad a. 1138. quo *Bela* rex Hung. hanc provinciam sibi subjecit, turbis vero illis civilibus circa a. 1172. *Stephanus* Rasciæ Despotæ, *Bosniam* occupavit, habuit itaque suos regulos usque ad initium sec. XIV. quo tempore *Paulus* Dalmatiæ & Croatiæ Banus, *Bosniam* rursus Hungariæ recuperavit, cujus posteris, ob præclara in regnum merita, titulo regni *Bosniam* possederunt usque ad a. 1463. quo ultimus rex *Stephanus* a Turcis captus & vivus excoriatus est; Equidem *Matthias* rex Hung. eodem anno, singula rursus recuperavit; ex quo tempore, diu belligeratum in his tractibus cum Turcis fuit; sigillatim vero ab a. 1520. Turcæ *Bosniam* aggressi fuere, quam successive totam suo subjecerunt imperio, totamque adhuc possident.

*Servia* s. *Sirbia*, circa a. 1190. peculiarem regem accepisse dicitur, quorum primus fuit *Stephanus*, ei gente *Nemagnica*, cujus successor *Stephanus Vukšan*, ea valuit potentia, ut circa a. 1340. *Bulgariam* & *Bosniam*, *Serviæ* suæ adjecerit; ultimus ex ista familia fuit *Stephanus Uroš* a. 1371. demortuus; ab ejus morte variant scriptores, Hungari dicunt, regem suum *Salomonem*, *Serviam* Hungariæ adjecisse, alii *Sirbiis* suos adscribunt regulos, usque ad illa tempora, ubi sub initium sec. XVI. Turcis subire debuit jugum *Servia* quoque cum vicinis tractibus.

X. BVLGARORVM: Sub generali hoc nomine completi nobis placet, res *Bulgarorum* speciali significato sic dictorum, *Wallachorum*, ac tandem *Moldavorum*. Non attendimus heic exteros scriptores, in his rebus multa fabulantes aut imperite scribentes, sed Polonos, Hungaros, *Transilvanos* & *Græcos*, qui tanquam vicini, meliora nos docere possunt. Illi nomen *Bulgarorum* & gentem a *Volea* deducunt, & pro *Slavis* venditant, isti *Blachos*, *Blochos*, *Wlochos* a germanico *Welschen* recte derivant



a b rivant; ex quibus vocibus demum exortum *Bulgarorum* nomen, idem quod *Vlachorum* s. *Blochorum* denotans: memini etiam, Coronæ Transilvanorum, suburbium illud, quod *Blochi* s. *Walachi* inhabitant, adhuc dum appellari *die Bulgarey*. Rationibus igitur subductis illud conficitur, *Bulgaros*, (quos Byzantini scriptores, si non omnes, multi tamen, *Walachos* <sup>feu Blochi</sup> appellant) *Wallachos* & *Moldavos*, non nisi diversis nominibus, parum vero moribus, religione, victu, amictu &c. differre, cetera conveniunt: *Wlachi*, *Blochi* s. *Welschen* h. e. Itali ab aliis dicti sunt, qui se ipsos *Romunjos* h. e. Romanos vernacula lingua vocant, utun-  
tur enim adhuc dum lingua latina, licet satis corrupta; adeoque posterius sunt coloniarum, ex ævo Trajani tempore belli Dacici, huc deductarum, quæ post varias bellorum tempestates, variaque fortuna dispersæ, in illis tractibus adhuc hodie supersunt. Qui a sec. VI. initio, istro transmissio Thraciam invaserunt, illisque locis regnum vel principatum cum tempore condiderunt, *Bulgari* vulgo dicti, a Græcis tamen scriptoribus, plerumque *Wallachi* vocantur; qui cis Istrum, inter Transilvaniam, Pontum Euxinum & Poloniam fixas posuere sedes, a longinquis temporibus *Wallachi*, *Wlochi*, *Blachi*, *Blochi* dicti, ea tantum differentia, ut sequiori ætate pars illorum ad ripas Moldavæ, in vicinia Polonorum, *Moldavi*, & regio Moldavia appellata fuerit, conf. dicta pag. 196. & lege omnino LAZIVM in *Commentario de Republ. Rom.* pag. 926. seq. ZAMOSII *Analecta lapidum & antiquitatum in Dacia* cap. 3. GORÉCIVM in *descriptione belli Ivonia* pag. m. 10. seq. LASICII *Hist. de ingressu Polonorum in Valachiam* pag. m. 124. seq. REYCHERSDORFFII *Descript. Moldaviae* inter *Scriptores rerum Hung. Bongarsii*, pag. 584. l. SZENT-IVANY in *Diff. Horograph. de Regno Hung.* §. 16. His ita præmissis particularia adnotamus.

a b *Bulgari* s. *Blochi*, qui in partibus Hungariæ & Transilvanianæ



Welschen Hoc nomine ante haec tempora non Germa-  
ni, Italos dicebant, et hodieum adhuc in Helvetia  
Frants ditur Cuius Wallachia, latine Chur Wallacha  
deinde etiam adhuc in Helvetia principatus, Neu-  
Castel vocat Melz-Stenberg, ab incolis qui Itali sunt.

Moldavi Hoc nomen notandum, in vicina Polonia, et  
suecos Moldavos, adhuc dum diu Wallachi,



Cumanorum. Kulturum sepe nunciant scriptores Hungari,  
quoniam fuerunt isti Cumanii, sed propter ignorantiam  
putant esse Sackem, ut ex voce Humanorum sine  
Romanorum, effectum fuerit nomen Cumanorum, ac-  
cipimus Hungarorum scriptor Turcizy dicit Cuman-  
nos fuisse Wallaigos hoc est Latinos.



a b vaniæ vicinis sedes habuerunt, jam a seculo VI. Hunnis subiecti dicuntur; dein a Stephano rege, cum duce suo Cea in ordinem redacti memorantur; atque his in Hungaria *Cumanorum* nomen, caussa haud cognita, hæsit. Illi vero, qui in Bulgaria hodierna trans Istrum, suas sedes posuerunt, reges ex gente sua habuisse perhibentur, usque ad initium sec. IX. ex quo tempore, Bulgari imperium reges ab Imperatoribus Cpolititanis acceperunt, qui tamen sæpe rebellarunt; ultimus dicitur fuisse *Iohannes*, quo occiso *Basilus II.* Imp. sub initium sec. XI. regnum Bulgarorum occupasse fertur. Licet alii, plures ab eo tempore reges commemorent; Circa a. 1340. *Serviae* rex *Stephanus*, *Bosniam* & *Bulgariam* suo adjecisse regno dicitur; ejus filii tres, divisum regnum possederunt; *Stratimirus* natu major, ab Hungarorum rege *Ludovico I.* victus & captus est, qui universam *Bulgariam* in suam redegit potestatem, ab Hungaris perhibetur; licet alii aliter rem narrent, ut ut sit, illud extra dubium, *Turcas* ab a. 1390. primum invasisse *Bulgariam*, cum quibus, pro conservatione illius, sec. XV. *Hungariæ* reges multum belligerant, usque dum circa finem seculi, *Bulgaria* plene in *Turcarum* potestatem redigeretur, quo in statu mansit in hanc nostram ætatem.

*Wallachia* & *Moldavia* historia satis est obscura, ob defectum scriptorum, qui res harum provinciarum describerint. Si *Cumani*, qui in illos tractus collocantur, ubi hodie *Moldavia*, *Wallachi* fuerunt, jam dum Sec. XI. & XII. crebra illorum mentio reperitur in annalibus Hungarorum; at vero, cum parum certi de *Cumania*, & qui fuerint illi *Cumani*, dici possit, ad certiora oculos intendimus. Primus *Moldaviae* rex s. princeps memoratur circa a. 1355. & *Dragula* nominatur; successores ejus obscuri & incerti. *Ludovicus I.* rex Hung. sub med. sec. XIV. *Moldavos* domuisse dicitur, quo tempore *Bogdan* Wayvoda fuit, satis celebris; hos, tempore *Mariæ*

D d

rebel-



a b rebellantes, Sigismundus a. 1390. in ordinem rursus re-  
 degit; circa a. 1466. Matthias rex, contra *Stephanum*  
 principem rebellem arma convertit, licet adversa satis  
 fortuna, ultimo tamen *Stephanum* supplicem per literas  
 in gratiam recepit; defuncto autem *Matthia*, Moldavi  
 Polonorum sese imperio submiserunt, instabili tamen ob-  
 sequio. Sub initium] Sec. XVI. Moldaviæ præfuit *Pe-*  
*trus*, qui ob varia scelera remotus, fratri *Stephano* ce-  
 dere loco a Turcis jussus est; hic tamen fratre non me-  
 lior, cito e medio sublatus fuit; cui successit *Alexius*,  
 pari fortuna ob crudelitatem usus, circa 1554. successorem  
 habens *Alexandrum*, qui ab a. 1561. variis fortunæ telis  
 obnoxius fuit, *Jacobus* enim *Heraclides Despota*, dolis &  
 artibus, Polonorumque armis adjutus, ex improvise Mol-  
 davos excitaverat, ut principem suo legitimo ejecto, ipsum  
 deligerent; quam primum vero Alexander Turcarum  
 copiis advolaret, Moldavi perfidia sibi consveta,  
 & *Jacobum*, & quem conjurati elegerant *Tomfam* e me-  
 dio tollunt, *Alexandrum* in ejus locum restituentes,  
 ex quo tempore, quoad vixit quiete regnavit, ad an-  
 num 1572. Patri successit *Bogdanus*, quem cito post  
 Moldavi, consveta sibi inconstantia & perfidia,  
 aut forte libertaris tuendæ studiosi, tyrannidis accu-  
 satum, cum fratre *Elia* regno pellunt, quorum  
 ille ad Polonos, hinc ad Russos, iste ad Turcas fu-  
 giens, misere uterque periit; inter quas turbas *Ivonias*  
 quidam Turcarum copiis adjutus, principatum adeptus  
 est, at vero, ubi tributum sibi majorem hactenus con-  
 sucto impositum denegaret, Turcæ, ex amicis hostes  
 fiunt, *Ivoniamque* armis aggrediuntur, quem victum  
 captumque misere trucidant a. 1574. Huic successit  
*Iancula* natione Saxo Transilvanus, qui ob interceptas  
 regis Poloniæ literas, Moldavia ejectus, a Polonis captus  
 & capite plexus fuit a. 1582. In cujus locum successit  
 a b *Stephanus*, de quo nihil præter nomen commemorari po-  
 test;



Trucidant. Hoc bellum latius describunt, Goretig in de-  
scriptione belli Iuoniae cum Turcis, Lafetig in historia  
de ingresso Polonorum in Moldauiam et Schurzfleisch  
in dissertatione de Iuonia Moldaunorum principe:



Latet. Interim qui defectus hoc suppleve uellet, ut scri-  
ptores serum Polonicarum et Hungaricarum evolue-  
re necessum haberet, ubi passim qui spectantes se-  
lationes occurrunt.

efficitur bello nupero inter Turcas et Russos, in his quoque  
locis belligratum fuit cum et Relationibus publicis divi-  
cibus, modernis principibus, Gregorio Giza Cyprianoque  
res multis ab hinc annis eodem honore gauserunt.  
exiget: Interim et hic in procedendum ut supra de  
Moldavia diximus



a b test; idem tenendum & de *Jeremia*, qui sub initium  
 sec. XVII. regnasse perhibetur. Qui per seculum XVII.  
 ad nostra tempora, in Moldavia rerum summam tenuerunt principes, nemo eorum nos edocere vel numerum, vel seriem, vel saltim nomina potuit; causa est, quod turbulento sub Turcorum imperio, plures saepe principes constituti, plures mox rursus dejecti fuerint, quorum nomina cum rebus gestis interire debuerunt, cum nemo in illa gente, quicquam eorum literis consignaverit. Circa 1653. *Basilus* nominatur, quem Transilvaniae princeps *Racozius* exturbavit, ejusque cancellarium *Stephanum* substituit; cui cum a. 1658. rursus extorquere principatum *Racozius*, & conferre *Constantino* ex Wallachia exuli nititur, ejus copiae a *Stephano* cum clade rejiciuntur. Qui ex illo tempore Moldaviae praefuerunt usque ad nostram aetatem, nos quidem, imo forte & alios latet, quid enim dissimulandum in re satis aperta; A. 1711. regnabat *Demetrius Cantimirus*, princeps doctus & fama satis celebris; is bello inter Turcas & Russos exorto, horum partes secutus, pace insecuta, principatum excidit, & in Russiam profugus ibidem mortuus est. Successor ejus vocatur *Michael Cantimirus*; cui successit circa an. 1725. *Antiochus Cantimirus*, qui duos filios reliquisse dicitur. Plura, ex rationibus adductis, nobis haud constant, nisi quod illud addamus, a. 1717. militem caesareanum ex Transilvania subinde irruptionem in Moldaviam fecisse, sed sine magno effectu.

*Wallachiam* quod attinet, ejus jam sec. XIII. memorantur *Woywodae*, regibus Hungarorum clientelares; quorum si quis numerum, nomina & seriem plene heic cognoscere velit, frustra id, in tanta historiarum inopia, a nobis exiget. Circa a. 1330. nominatur *Bozardus*; circa 1440. *Mirsche* a Turcis infestatur, cui cum Hungari auxiliari vellent, fusi & fugati fuere. Eodem tempore Moldavi cum Wallachis deficere tentant, sed in ordi-

D d 2

nem

*Cantimirus & in Russiam profugus  
 ibidem mortuus est a. 1725, et filii  
 ejus principes Transilvaniae Petro-politanae  
 uarabag, scripta per nonnullos dies de  
 legibus, ut legitur in somniatione  
 legum meae hactenus. Inq. 21, 22,  
 filii hodie legati manere quingul  
 apud regem Galliae Wallachia ubi legi  
 quod est legati militumque Russia.*



a b nem cito rediguntur a rege Matthia. Circa a. 1460. rebus Wallachorum præerat *Dracula*, qui Turcis favens Transilvaniam hostiliter vastat, quem Matthias armis aggressum capit, & in Transilvaniam abductum trucidari jubet. Sub initium sec. XVI. *Radul*, adhuc sub tutela Hungarorum regnabat; ejus successor, aut forte antecessor *Mirsche*, per insidias Cibinii 1510. misere interficitur; A. 1530. regnat *Moyse*, qui copiis Turcicis Burciam crudeliter vastat. Circa a. 1540. *Petrus* commemoratur, quem post aliquot annos ejectum, annales Transilvanorum tradunt. Ei successit filius *Petrus*, qui, ex causa nobis haud cognita, 1592. Constantinopolim ductus adunco suspensus misere periit. Circa a. 1597. regnavit *Alexander*, ob tyrannidem dejectus, *Michaeli* filio Petri locum cedere coactus fuit; Cpolim itaque profugus, dum Michaellem deturbare studet, jussu Amurathis laqueo vitam finire cogitur, eodem quem scripsimus anno. Michael dehinc brevi tempore satis famosum adeptus est nomen, Turcas enim non solum aggressus fundit fugatque, verum etiam turbulento Transilvaricæ statu, eam invadit & vastat, dehinc Pragam ad Rudolphum Imperatorem contendit, magna honorum testificatione in Transilvaniam dimissus; cum vero clandestinas cum Turcis machinationes contra Cæsareanos foveret, in castris ad Tordam quiescens ex improvise a Cæsareanis e medio tollitur a. 1601. Huic successit *Radul*, qui Imperatori ut regi Hungariæ, fidem & obsequium professus est; quem Transilvanicæ Princeps Gabriel Bathori ( Hungaris Bathori Gabor ) a. 1611. armis aggressum deturbare tentat sed sine effectu. De sequentibus Wallachicæ regulis, usque ad a. 1654. nihil nobis innotuit, hoc vero anno, *Constantinus* rebellionem subditorum ejectus, ad Racoziæ Transilvanicæ principem effugit, qui armata manu illum restituit. Ejus successor videtur fuisse *Mischne*, cui forte successit *Michael*, circa a. 1663. regnans, socius Tur-







Quintias. Quae omnino sup<sup>er</sup> hanc sepe sunt dicenda  
parautoi nosse in de filiitum huius de no<sup>o</sup> p<sup>er</sup> son  
Vigilantia sono hmo pag. Ut se<sup>o</sup> exsolationibus  
Transilvanorum enumerat, aliaq; huc pertinen  
tia proposuit.

Oris. Et quidem usq; ad annum 1730, quo defuncto,  
magna rerum conuersio inspecta nam pottequam  
et Constantinopoli mutata esset facies, honu  
sue hanc, filium defuncti cum uxore et liberis  
e medio tolli iussit, eiq; uero successoris, aut pla  
re latet.



a b Turcarum in bello Hungarico. Hujus successor forte fuit *Sirvan Cantacuzenus*, quiete is regnans genuit Georgium Cantacuzenum, habuitque ex sorore nepotem *Constantinum Brancovan*, quem debite educatum & in exteris oras missum, brevi ante mortem in aulam Turcicam oblegaverat, cum ingenti pecuniæ summa, ut filio suo Georgio successionem in Principatu procuraret; is vero, insecuta interim morte *Sirvan Woyvodæ*, ære alieno sibi ipsi Principatum lucratus est, Georgio cum tota familia Coronam Transilvaniæ elapso, factum hoc circa a. 1689. at vero, ubi *Constantinus* dehinc majores corrasisset divitias, quam ut tollerabile videretur aulæ otomannicæ, a. 1714. in vincula coniectus, Cpolim abductus fuit, ubi cum uxore & quatuor filiis misere interemptus est; successorem nactus *Stephanum Cantacuzenum*, qui vero an. 1716. ob auxilia ad bellum tardius missa, nec justo numero collecta, itidem in vinculis Cpolim ductus, & cum filio natu majore, laqueo vitam finivit, uxore cum duobus filiis elapsis, qui a. 1723. ex Italia Viennam sese receperunt, inde in Poloniam discedentes, ubi forte adhuc vitam privatam agunt. Stephani locum interea occupaverat *Nicolaus Maurocordato*, princeps doctrina & favore in literas, etiam apud exteros satis celebris, qui durante bello Turcico a. 1716. a militibus Cæsareanis, invasione in sedem Bucarest facta, interceptus & in Transilvaniam abductus fuit, restitutus tamen a. 1718. pace insecuta; ex quo tempore quiete adhuc regnat, magna cum nominis fama etiam in exteris oris. Hæc dum ita in Wallachia fiunt, *Georgius Cantacuzenus*, princeps forma & animo præstans, quem supra nominavimus, cum matre, fratre ac sororibus, Coronæ exulabat, usque ad an. 1718. quo Turcæ, pace facta, partem Wallachiæ ad Alutam fluvium, Imperatori Romano cedere cogebantur, quam Cæsar Georgio administrandam dedit, ubi præfenti quem scribimus anno, adhuc vivit vigetque. Hæc

D d 3

partem Aquidem quæ à fluvio illo est, y Hungaricam. jacet, eamq. Cæsar & causet usq. ad annum 1729. dant pace cum Turcis facta, restituit illis ista Wallachicæ partem restitui debuit.



a b de Moldavia & Wallachia, præter solitum, aliquantæ prolixius enarranda fuerunt, ut alii habeant, unde corrigere errata, aut supplere hiatus in historia horum principatuum, queant. *Scriptores* huc spectantes sunt MARCELLINVS, THEOPHANES, ZONARAS, CEDRENVVS, scriptores rerum Hungar. THYROZIVS, BONFINIVS, ISTVANFIVS, REVA, alii, & quos supra pag. 208. allegavimus; quoad recentiora ANTON. de CHIARO in *Istoria delle moderne rivoluzioni delle Valachia*, BIANCHI *Relatione della pace di Passarowitz*; *Fama Europæa*, HVBNERVS in *Supplem.* & quæ ego congesta in *der Einleitung zur neuesten Historie* T. 1. pag. 214. T. 3. pag. 42 seq.

XI. De Hunnis agetur in Historia regni Hungariæ; de Francis dicetur in Hist. Germaniæ & Galliæ; reliquas Europæ gentes antiquas, utpote minus celebres, commemorasse vix attinget; fiet tamen incidenter, ubi opus erit, earum subinde mentio, in historia particulari cujusvis regni Europæ; conferti interim hic meretur ABEL in *Hist. Monarchiarum* L. 2. c. 3. et omnino Hagelgan in libro pag. 66 citate

II. PRAESENTIA & adhuc dum vigentia, qualia sunt

I. PORTUGALLIAE ubi notamus

a. *Nominis Notationem*; Olim Lusitania dicta, licet, si dicendum quod res est, nec totam Portugalliam Lusitania, nec Lusitaniam Portugallia totam complectebatur, hodie tamen, Lusitania Portugalliaque ejusdem plane regni nomina, vid. Geographi, qui & ea nomina varie interpretantur.

b. *Statum Antiquum*. Non repetimus heic, quæ de primo Hesperiae peninsulae conditore Tubal adducuntur; illud certum, eodem Lusitaniam olim fortunæ æstu jacta, tam esse, quo Hispania reliquæ. De antiquis Lusitaniæ incolis, Carpetanis, Vettonibus, Callaicis, Turdetanis, Turdulis &c. vid. PLINIVS, MELA, alii, & ex recentioribus BRITVS de *Antiqua Lusitania*, RESENDIVS de *Antiqui-*

*Hornig in Ant.*

p. 263  
p. 226, 275/4

5







Gaditanis hoc nomine ueniunt Carthaginienses, qui multo  
his retro annis, mari traasmisso ad futurum Gaditanum,  
uicinisq; oris, firmas possedant sedes.

Caperta sub Augusto fuit provincia Romana, sub Claudio  
Reliquis Hispania introducta et prima ecclesia Pragae  
erecta, huc spectat Resendij supra citatij Carigin  
Commentariis de Republica Romanorum, confectus  
et pariter in Geographia sacra ubi de statu re  
ligionis plura.



a b tiquitatibus Lusitanicis. SCHMAYS in Staat von Portugal,  
MICRAELIUS in Hist. Polit. L. 2. pag. 269 seq.

γ. Historiam certiozem, scilicet ab illis temporibus, ex quo Carthaginenses, Hispaniæ partes sibi subicerent, Romanorumque arma in eam invitarent; Ut autem singula hujus periodi, eo ordinatius commemorari queant, secundum varias Dynastias, Lusitaniæ res gestas exponemus.

1. *Sub Carthaginensibus*, hi, quum Gaditanis opem adversus accolas petentibus, cognato populo auxilium Carthagine misissent, vicinas aliquot provincias imperio suo adjecerunt, & postea duce Hamilcare, a. M. 3713. a. C. n. 235. eoque occiso, Hasdrubale, & hoc interfecto, Annibale a. M. 3730. a. C. n. 218. universam Hispaniam domant, inde armis in Italiam translatis, Romanos per XVI. annos fatigant, cum interea Cneus & Publius Scipiones, magnam Hispaniæ partem Carthaginensibus eriperent, ab a. M. 3733. a. C. n. 215. seqq. *huc spectat, sicut et Plutarchus in vita Hannibalica.*

2. *Sub Romanis*. Hispani subacti, si qui alii, impatientes jugi fuerunt; cum primis Viriatus Lusitaniæ dux a. M. 3805. a. C. n. 143. Lusitaniam occupat, a proditoribus quinto post anno interemptus, quam a. M. 3813. a. C. n. 135. Junius rursus perdomuit. Ex quo tempore Lusitania, cum omni Hispaniâ juris Romani fuit, per longa infecunda tempora, eademque cum Hispaniâ fortunæ vices experta est.

3. *Sub Alanis*. Seculi V. anno IX. Vandali, Svevi, Alani Gallias vastant, hinc biennio post, Hispanias occupant, Alani quidem Lusitaniam; quorum rex Rapansianus, cui successit Attacius, quem alii Atacem seu Attasem vocant, eo demortuo, Alanisque de novo rege creando contendentibus, Svevorum in Gallæcia rex Hermericus, valido milite in Lusitaniam irruit, quo bello Alani, qui Vandalis antea & Svevis potentia præstabant, fracti proclis & ad paucos redacti, se Gunde-

ric



a b c rico regi Vandalorum in clientelam dicunt, & paulo post Geisericum in Africam sequuntur a. 428. *V. a. p. 170. pag.*

4. *Sub Svevis.* Devictis, ut prædictum, Alanis, Svevorum dominationi subiecta fuit Lusitania, in Gallæcia regnantibus, usque ad finem sec. VI, ubi internis Svevorum discordiis, Leovigildus West-Gothorum rex in Hispania, Svevos adoriretur, regnumque Svevorum dederet a. 585. quod sub regibus X. ab a. C. 408. steterat, ultimo rege *Audtea*, quem Leovigildus captum tonsuræque monasterio inclusit. *p. 197. & 219*

5. *Sub Gotbis.* Ex eo tempore, Lusitania juris Gothici facta Hispaniæque innexa fuit; sub finem vero sec. VII. Lusitaniam rursus fuisse separatam, a rege Egica, & cum Gallæcia, Wetisæ filio natu majori circa a. 690. donatam, testimoniis fide dignis relatum habeo, in quo statu mansit Lusitania cum Hispania, usque ad irruptionem Saracenorum. *p. 123. 197. 222. seqq.*

6. *Sub Saracenis.* De irruptione Saracenorum in historia Hispaniæ ex instituto, conf. *pag. 123.* Hispania sub jugum missa, eadem & Lusitaniæ fuere fata, usque ad tempora *Alphonsi* regis.

7. *Sub Regibus rursus christianis, qui sunt*

a. *Legionis & Asturum.* *Alphonsus enim Magnus*, fufis in *p. 222. pag.* Lusitania Mauris, per paucis ante obitum annis, (obit 887.) Lusitaniam Gallæciamque, addito regnorum titulo, Ordonio filio donavit. A. 1064. obiit Ferdinandus M. moriturus regna inter filios divisit, quorum juniore *Garcia*, Portugallia & Gallæcia cessit. Eo defuncto in vinculis a. 1128. in quæ eum conjecerat Sancius frater rex Castiliæ, ceteris Hispaniarum provinciis annexa mansit Lusitania, donec ab Alphonso VI. *Henrico* Comiti, ex Burgundia vel Lotharingia ortum ducenti, dotis loco, cum titulo *Comitatus* daretur, ob ductam in matrimonium Tarejam, Alphonsi notham; huic Henrico a. 1112. defuncto successit patri,

a b c

tri,



Comitatus. In completibus partibus illis ubi hodie Praga,  
Pimbra, Vipo, Lamego et Porto, sed jure feudali, a regibus  
Legionis dependere debuit.



Cariza Alphonsi parentis demostue minorum erat,  
mater uisus regis comiti cuiusdam, quiq; artibus factum,  
ut Alphonso iam adulto, regnum paternum ei fore ten-  
deret mater, artibus uero detulit; Alphonsi matrem  
cum marito ipse et duc proclamata est. anno  
1126.



a b c tri, ex Tareja uxore filius *Alphonsus*, Comes Lusitaniae, mox *Dux*, tandemque *Rex* proclamatus ab exercitu.

3. *Domefici*. Horum primus fuit *Alphonsus*, haecenus Comes & *Dux* Lusitaniae, qui a. 1139. post memorabile praelium ad Oriqueam, caesis V. Maurorum regibus, ab exercitu rex proclamatus est, in cuius memoriam, pro insignibus adhibuit quinque <sup>scilicet cum lotium</sup> *lunas*, (non argenteos *denarios*, ut vulgares Heraldici libelli) ob devictos totidem Maurorum reges, quibus. pro insigni luna fuit, V. CARAMVEL LOBKOWIZ in Respons. ad Manifestum Regni Lusit. pag. 55. Idem, capta 1147. *Lisbona*, <sup>ope navium Belgarum</sup> Eborae aliisque locis, Portugalliam tam late, quam hodie patet, extendit, sedemque *Lisbonae* constituit, eius posteritas in recta linea numeratur ad usque *Ferdinandum*, qui IX. in ordine rex fuit, sine mascula prole defunctus 1383. Successorem relinquens fratrem *Iohannem* ex concubina natum: cuius posterii, ex seq. Tab. conspici possunt:

	<i>Iohannes I.</i>			
	1384. †1433.			
	<i>Eduardus</i>	<i>Alphonsus</i>		
	1433. †1438.	Dux Braganzae.		
	<i>Alphonsus V.</i>	<i>Ferdinandus</i>		
	1438. †1481.	D. in Viseo.		
	<i>Iohannes II.</i>	<i>Emanuel</i>		
	1481. †1495.	rex 1495. †1521.		
	<i>Iohannes III.</i>	<i>Isabella</i>	<i>Ludovicus</i>	<i>Henricus Eduardus</i>
	1521. †1557.	ux. Caroli V. Imp.	Dux in Beja	Cardinalis Dux in
				rex 1578. Gvima-
	<i>Iohannes</i>		<i>Antonius</i>	ranea
	† ante patrem	<i>Philippus II.</i>	pretendens. <i>John</i>	
	1554.	rex Hisp.	<i>Johann ezechy profugus</i>	<i>Catharina</i>
				ux. Iohan.
	<i>Sebastianus</i>			D. in Bra-
	rex 1557. †1578.			ganza

E c

a b c



a b c

Theodosius  
† 1630.

Johannes IV.  
rex 1640. † 1656.

Alfonfus VI. Petrus  
1656. † 1683. 1683. † 1706.

Johannes V. Franciscus, Antonius Emanuel  
rex hod. n. 1691. n. 1695. n. 1697.  
n. 1689. Prior in Frato

Josephus Emmanuel Carolus Petrus  
n. 1714. † 1726. n. 1717. n. 1720.

*Handwritten note:* In 1639. In 1661.

*Handwritten note:* Septa Jode Costa appellatur.

Hi reges, expeditionibus marinis magnam nominis famam adepti sunt; Iobannis enim auspiciis a. 1415. Septa expugnatur; a. 1420. Africae littora legunt Portugalli, Maderam aliasque insulas, & a. 1481. Tanger, cum aliis regni Maroccani urbibus, occupant. a. 1494. Africam circumnavigant, Gvineam sibi subjiciunt, structo ibi castello del Mina; hinc superato Capite bonae spei 1497. usque in Indiam orientalem, per vada hactenus a nemine Europaeorum tentata, excurrunt; a. 1500. Brasiliam occupant, suoque imperio subjiciunt. Rex Sebastianus Maroccanum regem Mohhamedem a patruo ejectum, restituere volens, cum omni exercitu perit 1578. De Psevedo-Sebastianis dicentur per discursum plura. Ultimus, adeoque XVII. ex Alphonsi posteris fuit Henricus Cardinalis, proclamatus quidem, sed in ipsa de successione consultatione a. 1580. mortuus.

γ. Ex Hispanis. De mortuo Henrico, lis oriebatur, utrum Isabellae sororis filius Hispaniae rex Philippus II. an fratris Eduardi filia Catharina, Joh. Bragancii uxor, ex jure & lege succederet, sed potentior Hispanus, armis regnum sibi praecipuit 1580. transmittendum ad posteros usque ad Philippum IV. quo regnante Portugallia rursus amissa est; sub Dynastia enim Hispanica, Lusit-

a b c



Pseudo-Sebastianus. Inter quos proceres dubio ueris fuit  
 Sebastianus qui anno MDLXXXVII. ex Africa in Italiam ue-  
 nit et in Hispania adducto satis in episcopus probauit  
 se uerum Sebastianum fuisse. Videatur. See circa in Hispa-  
 nia Portugalliae, et Planting in ueritate uindicata.

Praecipua Videatur Conestagio de conjunctione Portugalliae  
 et Castiliae, Coetig in dissertatione de iure Philippo II.  
 in Portugalliam, Socij in dissertatione de iustitia  
 belli et pacis in Regno Portugalliae



Sequenti, pace anno 1712 insequente, ad domesticas res ani-  
 mam conuertit rex modestus, et quod quid facere poterat ad am-  
 pliandam boni principis famam et auctoritatem, id omne  
 singulari cum exemplo perficit, quo pertinet, erectio sedis  
 Patriarchalis in regia et fundatio academice scientiarum  
 ab anno MDCCLXXII scilicet papalis auctoritatis intra limites  
 facta coercitio, ab anno 1722, cui dispersioni nonnumquam finis  
 impositus; matrimonium solius regiae cum infantibus His-  
 paniae anno 1728, inquisitionis tremendae exhibitio anno 1729  
 dissidio inter regem et fratrem Emanuellem ab anno 1716  
 compositum anno 1734, rursus resuscitatum 1736, dum Cuius  
 nescis Hispaniam se recepisset usque dum anno 1738 patri  
 reconciliatus Cisteronam rediret, dissidium cum Hispano anno  
 1734 sed interuentu Gallorum anno 1737 compositum.



a b c Lusitani in servitutem fere redacti, impatientes jugi Hispanici fuere, quod privilegiis pessundatis, tributis imposito, commerciisque disturbatis, insuper etiam ab Hispanis se vilipendi & vexari cernerent.

d. *Rursus Domestici*. A Iohanne IV. Duce Bragantino, quem Portugalli injuriis Hispanorum irritati, excusso jugo foedæ servitutis, a. 1640. regem sibi constituerunt, Hispanis sponte ad sua recedentibus, Iohannis regimen pacatum, nec quicquam eo regnante memorabile gestum fuit. Ab a. 1649. cum Batavis in Brasilia, & interea domi cum Hispanis belligerant Lusitani; *Alphonsus* matre regimine mota a. 1661. bellum continuat, felici successu, donec pax coitit 1668, interea dum graves discordiæ oriuntur in familia regia ab 1666, factum exinde, ut Alphonsus regno & uxore, a fratre Petro privatus, 1667. in insulam Terceram deportaretur, rediit ad Lisibonam 1674. ubi diligenter custoditus a. 1683. obiit; *Petrus* æque ut *Iohannes* satis pacifice regnarunt, in bello de successione hispanica, Cæsaris partes secuti, Scriptores huc spectantes sunt, LIVIUS, DIODOR. SICVLVS, APPIANVS, FLORVS, EUTROPIVS, & ex recentioribus, qui in SCHOTTI *Hispania illustrata* occurrunt, huc spectantes, GOES de *rebus Lusitanicis*, NONII & SOVSÆ *Genealogia regum Portugal.* & quos pag. 214. seq. allegavimus, THVANVS, & LVDEWIG in der *Erläuterung über des Puffendorffs Einleitung* c. 5. alii et quidem quoad recentiora in *Europäische Geschichte* Hübneri sup. *Plinius* et alii alii libri

II. HISPANIAE, Ubi notamus

I. *Varias Appellationes*, antiquissimis temporibus *Tartessus* dicta, dein *Iberia*, ac tandem sub Romanis *Hispania*, quæ diversa nomina a variis varie interpretantur, vid. *Geographi*.

II. *Historiam Antiquam*, quæ complectitur res Hispaniæ ab antiquissimis temporibus, usque ad irruptionem

a b c *Wandalorum, Alanorum &c.* sec. V. factam, & quidem

E e 2

a. Sub

Videat. Tab. infra in  
Quat. Cabinal. Joac. ubi vide  
Alphonsi

in Europäischer Geschichte  
Hübneri sup. Plinius et alii alii libri



a b c

a. Sub *variorum populorum Dynastiis*, quorum notissimæ *Celtiberorum, Rhodiorum, Zacynthiorum, Phœnicum* &c. in varia enim olim particularia dominia, Hispaniam dilaceratam fuisse constat, licet, quæ de rebus illis antiquissimis vulgo adducuntur, incerta sint nec fabulis vacua; imprimis quæ de Nebucadnezare dicuntur, eum, per Africam usque in Hispaniam penetrasse.

β. Sub *Carthaginensibus*. Qua occasione illi Hispaniam ingressi fuerint, dictum pag. 215. tenuerunt ergo majorem ejus partem ad <sup>internum mare</sup> internum mare, novamque in ea *Carthaginem & Spartariam condiderunt*, usque ad tempora belli Punici II. p. 165.

γ. Sub *Romanis*. Sagunti obsidione ab Hannibale a. M. 373 i. a. C. n. 217. suscepta, Romani in Hispaniam movent, Pœnisque successive victis, a Pyrenæis montibus usque ad fretum Gaditanum omnia subigunt; totam vero ut sui juris facerent, annis opus fuit fere ducentis, *gravia enim diu cum Hispanis bella gesserunt*, nec prius eam subjugare potuerunt Romani, quam Augustus perdomito orbe, in *formam provinciam redigeret* a. M. 3925. a. C. n. 23. Sub Nerone circa a. C. 67. rebellantem Hispaniam, Galba ad officium redire cœgit, Vespasianus procellis jactatus Reipublicæ, *Latii jus universæ attribuit Hispaniæ* a. 75. in eam *christiani ex Iudæa fugiunt* a. 35. & persecutionem patiuntur a. 57. Mauri in eam irruunt sed expelluntur a. 170. vastatur a Germanis a. 263. eam pacat Saturninus, occupatur a Magnentio a. 350. seq. & a Maximo a. 383. Atque in hoc statu mansit Hispania omnis, usque ad sec. V. initium, ex quo a variis gentibus varie dilacerata fuit, ut jam dicetur.

II. *Historiam mediæ ævi*, hac periodo considerari potest Hispania

I. *In Statu diviso*, & quidem sub

a b c d *Romanis, Vandalis, Alanis, Sævis, Gothis; posteriorio* p. 215-198 228

F hodie *Moriscorum* in Valentia

*Virg. Georg. Factum hoc post multa  
et longissima bella Hispaniam  
in pacatissimam fuerat legimur  
et Romanorum P. d. Strabo Lib. III*

*Constantini de Affricano in Hispania  
a. m. incivitate et civitate in epist.  
et in oratione P. d. partem in  
in Hispania et in imperia sacra*

p. 215

p. 215

p. 215-198 228



Ulaerudam licet alii per multa regna regnant qui  
in imperio illi pacem dominarunt

penetrare videat Strabo libro III Plinij lib III capitulo sequen-  
tibus Melos lib II de cap II. huc etiam in ceteris Hercules,  
qui Oceanum cum Mediterraneis conjungit dicitur, hinc  
Columnae Herculis, et fretum Herculeum

Condiderunt et quidem consilium Phoenicis hodie Carthago  
in Regno Mauriae, Spartana à terra parva

Mouerat sub praesepit, sequentium Romanorum esse civita-  
tem, Oceanum atque suum bellum Punicum idem.


Gravia duae Romani subegerunt intelligenda sunt de partibus  
infra Tatum, ex reliquis supra fluvium usque Boream, Romanis  
gravia bella cauprent.

formam atque sic Hispania diuisa fuit in ceteras Graecias  
regimini ad ministrandi ergo de quo placet sub Roma  
his videat Lasiq in comens: Et septuag: Rom.

Latii jus. Hoc est ut honorum et officiorum participes fue-  
rent, qui in Hispania nati erant aeque ac qui in Latia  
ortum haberent vid Plinij LIII cap 3. Regniq de ueteri Roma  
notum iure

in  
de  
de







a b c d steriores hi, vastata Gallia, conjunctis viribus Hispanias occuparunt a. C. 400. sorteque *Svevi* Gallæciam, *Vandali* Bæticam, *Alani* Lusitaniam acceperunt, Romanis ægrè reliquam Hispaniam defendentibus, usque ad a. 630. quo Gothi eorum reliquias plene deleverunt. *Vandali* post XVIII. circiter annos, in Africam se recipiunt, v. p. 170. *Alani* potentiores prius, fracti tandem a Gothis, *Vandalos* sequuntur; *Svevi* post abitum ex Hispania *Vandalorum*, suos habuere reges, usque ad ultimum *Audicam* tyrannum, quem West-Gothorum rex *Leovigildus*, dejectum in monasterium detrussit a. 584. finemque *Svevorum* in Hispania regno fecit. *Gothi* ex Italia Gallias ingressi, rege *Arhualpho* primum in Hispaniam movent circa a. 514. *Walla* multis cladibus affectos *Vandalos* in Africam compulit, quæ Romanis supererant, occupavit, *Leovigildus* *Svevorum* reliquias in Hispania sustulit, ex quo tempore Gothi omnem Hispaniam tenuerant, non interrupta regum serie, usque ad *Rodericum*, qui ab a. 713. regnavit & a *Saracenis* devictus est.

p. 122 p. 123  
B. Sub *Saracenis*. Rem bellicam strenue apud Gothos gerebat Comes *Julianus*, cujus filia stuprum intulit rex *Rodericus*, dedecus vindicta expiaturus parens, aut e sedibus suis advocavit *Mauros*, aut in limitaneas munitiones irruentibus, obicem ponere studio neglexit, aditu hunc in modum patefacto, ingressa barbarorum agmina in Hispaniam, victoque statim *Roderico*, Hispania maxima ex parte, potiuntur, in eoque regnum Gothorum extinguunt a. 714. aut ut alii 715. Dicitur supra pag. 122. seq. post *Mohamedis* obitum, summam apud *Saracenos* rerum fuisse penes *Chalifas*, dictum vero etiam *ipidem*, vastam imperii *Saracenorum* molem, exorto schismate, in IV. *Chalifatus* fuisse divisam, quarum unus fuit *Andalusia*, quo nomine Hispaniam indigitabant *Mauri*; ab ingressu igitur eorum, & Hispanientes supremo *Chalifæ* parebant,

p. 216  
Supra. Historia patet postquam  
Pellonno regis ab hostibus suis p. 122  
f. 122 in udo et merito a generis  
c. 122 complum luculentum de illi  
Roderico

E. 3



a b c d bant, usque ad a. 756. vel 760. quo *Muavias*, aut ut alii volunt, eius filius *Abdurhama*, primum se Chalifam Andalusie vocavit, sede imperii *Corduba* collocata, qui suos successores in Hispania habuit usque ad a. 1000. quo internis dissidiis, singuli fere Præfetti provinciarum, regium nomen sibi sumerent, hinc varia per Hispaniam regna, inter quæ præcipua fuere *Saragossa*, *Toleti*, *Murcia*, *Portugallia*, *Valentia*, *Corduba*, *Granada* &c. quorum numerum, ut & nomina ac tempora regum inire, operæ pretium non est, nec in tanta confusione facultas quidem.

γ. *Sub Christianis Gothis post recuperationem Hispanie*. Post stragem Saracenicam, quicumque Gothorum illam evaserant, in partibus montanis, quæ septentriones spectant, aliquandiu delituerunt, natura locorum tuti, usque dum rediret in præcordia virtus, ipsique Gothi, Saracenos non solum aggredierentur, verum etiam successive eijcerent, diversisque temporibus V. regna conderent sequentia:

1. *Asturia* seu *Legionis*, conditum a *Pelagio*, ex regio Gothorum sanguine oriundo, a. 716. vel 719, victo & fugato *Murza* Saracenorum duce, sedes regia fuit *Ovietum*, dein *Legio*.
2. *Soprarbia* & *Ripagorze*, quod, capta *Pampelona*, *Pampelonense*, & dein *Navarra*, dictum fuit, conditum a *Garzia Ximeno* a. 724.
3. *Aragonia*, cujus primus rex fuit *Sanctius* a. 895.
4. *Castilia*, cujus primum regem se vocavit *Ferdinandus* a. 1035. cujus primi postiores tantum comites fuerunt
5. *Portugallia*, de quo diximus pag. 216. seqq.

Hic autem notamus, historicos in designandis, *Soprarbiae* præsertim primis regibus, admodum discrepare, nec in rebus gestis enarrandis, semper convenire, quas diversas auctorum sententias, vel conciliare, vel prolixius exponere, instituti nostri ratio non permittit,

a b c d

vel prolixius exponere, instituti nostri ratio non permittit,



Partibus scilicet in hodierna Asturia et Biscaya quosdam Saraceni  
neglexerant inuasionem facere, hinc hodiernam adhuc Asturia  
uocat uirgo Hispania filijque primogeniti Regis et hinc  
nomen principis Asturie hodiernum uelut

erjarent. Hinc illud etiam notandum, ab hac seculi conuecti-  
one perisse nomen Gothorum et inualuisse nomen Hispano-  
rorum, noui etiam illi Reges qui successiue exorti  
suerunt, se se appellauerunt, nominibus ab illis Fractibus de  
Sumbis, quos successiue Saraceni eriperant.

Soprarbia Sipagoria fluius fuit circum cuius fluentas.  
Soprarbia hactenus appellatur, ubi urbs Tampelona ho-  
die uero Nauarra dicitur.

Conuenire ratio est, quod propter perpetua bella, prima illis  
temporibus nemo fuerit, qui hominum sequum sed gestas actura-  
se descripsisset, hinc apud scriptores subsequentium Tempe-  
rum hactenus dixerunt.







a b c d mittit, legat, qui ista cognoscere velit, HORNIVM  
 in *Arca Noa* pag. 184. seq. MICRAELIVM in *Hist.*  
*Pol. Lib. 3. Sect. 3.* LVDEWIG in *der Erläuterung* cap. 2.  
 II. In *Statu conjuncto*, quatenus scilicet, non solum sin-  
 gula illa Saracenica regna successive occupata, verum  
 etiam christianorum jam facta, in unum *Hispania* cor-  
 pora coaluerunt. Recuperarunt christiani *Barcinonem*  
*Cataloniæ* caput a. 998. *Toledum* 1080. *Baleares* insu-  
 las 1229. *Cordubam* 1236. *Valentiam* 1238. *Hispalim* hodie *Sevilia*  
 1247. *Murciam* 1266. & sic consequenter alios etiam  
 tractus, usque dum Ferdinandus, *Granata* capta, Sara-  
 cenos protinus *Hispania* expelleret a. 1491. *Catholici* re-  
 gis cognomen inde sibi & posteris, Decreto Papæ ad-  
 ceptus. Christiana vero illa regna sequenti ratione coa-  
 luere: *Soprarbia* quidem seu *Navarra* cum *Aragonia*  
 conjunctum fuit in *Sanctio Abarca*, circa a. 900. ejus  
 abnepos *Sanctius Major* a. 1028. *Castellam* titulo regni,  
 per uxorem *Nunniam* ultimi *Castellæ* Comitis filiam,  
 adjunxit, hujus filius *Ferdinandus*, regnum *Legionis*, de-  
 victo *Veremundo*, a. 1038. adduxit, ex quo tempore  
 non amplius *Legionis* & *Asturiæ*, sed *Legionis* & *Ca-*  
*stelle* reges, oblitterato *Asturiæ* nomine, dicti sunt. Post  
 ejus mortem, varie rursus divisa fuere *Hispaniæ* regna,  
 usque ad *Ferdinandum V.* *Aragoniæ* regem, qui a. 1474.  
 ducta *Isabella*, *Iohannis II.* Regis *Castellæ* & *Legionis*  
 filia, *Henrici IV.* sine liberis defuncti sorore, omnes  
 illas provincias conjunxit; non vero *Navarra*, quod  
 suos reges habuit usque ad *Iohannem Albertium*, qui a.  
 1515. a. *Carolo V.* ejectus fuit. *Portugallia* etiam suos  
 peculiare reges habuisse, ex pag. 216. seq. novimus; vid.  
 MICRAELIVS & LVDEWIG *Loc. cit.*

IV. *Historia nova*, a *Sec. XVI.* ad nostra tempora. *Fer-*  
*dinandus* conjunctis, ut diximus, christianorum in *His-*  
*pania* regnis, ultimo quoque, quod supererat *Saraceno-*  
 rum regno, *Granatensi*, a. 1491, capta *Granata*, finem  
 fecit.



fecit, ejectionisque Mauris, Catholici cognomen adeptus est, seque regem Hispaniarum vocari iussit. Ejus posteror ex seq. Tab. cognosce:

Ferdinandus Catholicus  
† 1516.

Iohanna

† 1555.

ux. Philippus Austriaci

† 1506.

Carolus I. V.

† 1558.

Philippus II.

† 1598.

Philippus III.

† 1621.

Ludov. XIII.  
rex Gall.

Ludov. XIV.  
rex Gall.

Ludovicus  
Delphinus  
† 1711.

Philippus V.  
rex Hisp. hod.  
n. 1683.

Ferdinandus I.

Imp. † 1564.

Carolus  
Archid. Austr.  
† 1590.

Ferdinandus II.  
Imp. † 1637.

Ferdinand. III.  
Imp. † 1657.

Leopoldus Imp.  
† 1705.

Carolus III. Fl.  
hod. Imp.

Anna Maria, Philipp. IV. Maria Anna  
† 1665.

Maria Theresia Carol. II. Marg. Theresia  
† 1700.

Ferdinandus Carolus Maria Anna Philippus Maria Theresia Ludov. Ant. Maria Antonia  
n. 1713. n. 1716. n. 1718. n. 1720. n. 1726. n. 1727. n. 1729.

Philippus Maximiliani Imp. filius, Ferdinandi Catholici gener, rex Hispaniae declaratus, ante socerum moritur, relicto cum aliis filiis Carolo, qui Ferdinando in Hispaniae regnis successit, Navarram occupat, eligitur in Imperatorem 1520. De rebus extra Hispaniam gestis, infra suis locis

p. 280  
p. 223







127  
Gallia hic intelligit Franciscum quem Carolus in Ita-  
lia anno 1525 bello captum, in Hispaniam misit,  
videat Gillii Crati ad Carolum V de Rege Francisco  
dimittendo.

Designat Cisterciensis aduocatus, certissimum nemo est qui  
sciat, illud certum est ingressum esse monasterium  
S. Justini in Andalusia ubi prius quiescit usque ad mor-  
tem, cui vero Lutheranus fuerit mortuus, nullum di-  
putatur Videat Obricht de abdicatione Caroli Vti,  
et alii conjunctionem editi 1660. in 4to. Haexner et  
Mejer de morte Caroli Vti euangelica.

Philippum Astea vero Gallorum Rex cum Anglis et Pa-  
taviis de diuisione Hispaniae dit. Onitq. tractatum con-  
tra erat Videat Historiis Relatione de Spania Successor  
quod etiam sum. Via. Rod. Franc. 1595, fugelland. C. Gyllen-  
pauis. Justitium de. 1595. Monarchia.

efficit. Anno 1724 seipso abdicat, filius Ludouicus deoanct.  
hoc vero eodem anno de mortuo burser. Proauis con-  
scendit.



b locis dicetur. Expeditiones Africanas, pag. 165. seq. teti-  
 gimus. Ab a. 1519. multæ in Hispania turbæ, rebelliones,  
 & 1520. bellum cum Gallis in Navarra, per aliquot an-  
 nos. Pace insecuta, Carolus ex Hispania per Galliam 1540.  
 in Belgium iter suscipit. Bellum cum Gallis 1542. recru-  
 descit; a. 1556. imperium resignat, monasteriumque ingres-  
 sus, moritur 1558. *Philippus II.* ab a. 1559. religionis  
 causa immaniter sævit in acatholicos; filium *Carolum*  
 1568. in carcere necare jubet; Mauros rebelles domat  
 1570. Lusitaniam 1580. subjugat; bello Belgico occasio-  
 nem suppeditat. Sub *Philippo III.* potentia Hispanorum im-  
 minui cœpit; bellum cum Batavis continuat, Mauros a.  
 1610. ad IX. centena millia ejicit. *Philippus IV.* Catalo-  
 niam & Portugalliam amittit, bello cum Batavis finem  
 facit, novo autem cum Gallis implicatur, usque ad an.  
 1668. *Carolus II.* sub tutela matris regnans, a. 1667. Gal-  
 lorum & Lusitanorum armis affligitur, cumque Batavis  
 1674. suppetias fert, novum cum Gallis bellum caussat;  
 dehinc corpore & animo marcescens, moritur sine prole  
 a. 1700. Hic testamento hæredem scripsisse fertur *Philip-  
 pum* Ducem Andegavensem Gallum; cum vero Impera-  
 tor Leopoldus, præreptam sibi cerneret successionem hispa-  
 nicam, in *Carolum* filium, jura sua in Hispaniæ ditiones trans-  
 fert, qui classe Anglica in Portugalliam vectus, ab a. 1703  
 in Hispania cum Philippe certat, usque ad a. 1711. Iosepho  
 emortualem, quo Carolus Hispania relicta, in Germani-  
 am revertitur; discedentibus itaque a foedere Anglis ali-  
 isque confœderatis, Philippus Hispaniam quiete possedit,  
 eamque pacificatione Viennensi 1725. retinuit. A. 1717.  
 consiliis *Alberoni* in Sardiniam Siciliamque arma confert,  
 idem in Hispaniam Galli Anglique a. 1719. faciunt, & ad di-  
 mittendum Alberonium, regem Philippum necessitant; qui  
 a. 1720. expeditionem contra Maroccanos suscipit, sine  
 tamen magno effectu. A. 1727. *Gibraltariam* Hispani ob-  
 sidione cingunt, quam vero cito rursus, re infecta solvere,  
 a b

Ff

paci-

Carolus hanc causam negotia  
 præcepserat quasi cum rebellibus  
 conspirasset utroque Reali in vi-  
 dea. In don Carlos  
 Belgico fuit Anglica quo  
 de se causa dicta uti et membra  
 injuncta est in 1719 classis in  
 ducebili.

p. 219. 280. 1719

p. 282. 1719

Videt. Quæ in libro Leopoldi,  
 et ubi Carolus in Belgio abierit  
 Tom II.

Videt. In hisp. 400. Europa ubi  
 omnes pacificationes pæ-  
 1730. 1730 sunt  
 4. Cardinalis adhuc vivens  
 ab Alberoni.

Videt. Alberoni Hispaniæ  
 1717. 1717. 1717. 1717. 1717.  
 1717. 1717. 1717. 1717. 1717.



<sup>a</sup> <sup>b</sup> pacisque conditiones audire coguntur, quarum tenorem Sveffionensis pacificatio nos cum tempore plene edocebit.

*Scriptores* pro diversitate periodorum varii sunt, qui ad antiquiora & mediæ ævi tempora, hinc etiam inservire possunt, præced. nom. pag. 219. relegendi sunt; ad historiam Hispaniæ generatim consideratam facit MERVLA in *Cosmograph. P. 2. L. 2.* & quæ in ANTONII *Bibliotheca* & SCHOTTI *Hispania illustrata* comparent; MARIANA *de rebus Hisp.* Ad recentiora tempora spectant Anonymi *Leben Caroli III. Leben Philippi V. Spanischer Successions. Krieg.* MULLERI *Spanischer Vermählungs-Saal.* reliquos dabit GRYPHVS in *Apparatu Scriptorum Hist. sec. XVII.* Du FRESNOY in *Catalogo.*

II. GALLIÆ. In Historia Galliæ notamus

I. *Rationem Nominis variasque appellationes*, non occupabimur nominis *Galliæ* etymon indagare, quod a variis varie derivatur; nec facile dispectu est, ab initio proprium & peculiare nomen, hæc regio, quod habuerit. Illud certum, nomen *Galliæ* jam a longinquis temporibus in usu fuisse, vixque aliud antiquius admittere, quam *Celtia* seu *Celtica*. *Franciæ* nomen liquido a Francis ei inditum est, a quibus, vi & armata manu in potestatem fuit redacta Galliæ, plura hanc in rem, deque limitibus antiquis, modernis, tam ipsius nationis quam regionis, ut & varia Galliarum divisione, dabit MONETVS in *Geogr. Galliæ veteris & novæ*

II. *Statum Galliæ antiquum*, quo spectant

a. *Origo & natales Gallorum*, quos varii varie assignant, varias olim colonias Pœporum Græcorumque, in partibus ad mare internum, imo literas horum in Galliæ, nemo negabit, qui antiquos legerit. Ceterum de antiquis Gallis eorumque origine, nihil certi constat, vid. BOXHORNII *Origines Gallicana*. Quæ de *Celtis & Celtia* hic dici possent, multis doctorum disputat

Ex Editione novissima 1727 fol.

a b c

putat



Edoebit, At vero cum illud res nung proccideret,  
Angli eo negotium illud deogerant, et sententia ad. 1724  
ubi tunc aula Hispanica moradatur, in ante Gallo  
quam privatissime papae concludebat, et lusit omnia ali  
is. Papi etiam Caspare, et quo notu uerisq. Tudeant  
Anonymi Lemarquer ubi deo Scindiff, tractat, uox Cup  
io 1721. Occasione mortis Augusti in Polonia notum  
bellum et Italia et Germania oriret. finitum 1706. de  
Caroli filii regii Transportatione in Italiam sicut  
p. 303. de diffinis cum rege Portugalliae dictum p. 219.



Multitudine Quam adhuc cum docet ex penitentia, proinde  
causa populofitatis non ingenio Gallorum praerise, sed in qualitate  
de Almatid hujus regionis quaerenda. vid. Geographia

Romani praedari Quomodo Romani deinceps Galliae partem  
ordinaverint, et administraverint, et in ceteris praefecturas  
suis feriat docet Laetius in Comitat: de Rebus Romanis et  
habetur loco citato.

Sicambi Germani ex partibus Germaniae ad Rhenum, in  
partem ubi hodie Lotharingia, et vicini tractus, quos exinde Ro-  
mani dixerunt Germaniam primam



a b c putationibus obnoxia sunt, v. BOCHARTVS in *Poa-*  
*leg. L. 3. c. 5.* SPENERVS in *Notitia Germ. Ant. Lib. 1.*  
*pag. 19. 39. L. 3. pag. 121. seq.*

β. *Emigrationes Celzarum s. Gallorum antiquae.* Uni-  
 versa Gallorum gens, in ipsa Gallia, quot civitatibus  
 tot fere nominibus ac magistratibus discreta, adeo po-  
 pulosa semper fuit, ut ob multitudinem necessum ha-  
 buerit, in diversas & longinquas mundi regiones, co-  
 lonias emittere, & quidem primo in *Italiam*, ubi a. M.  
 3562. a. C. n. 386. Romanos vincunt, ipsamque Ro-  
 mam capiunt, diu postea cum Romanis belligerantes;  
 hinc duce Brenno *Macedoniam* incursant a. M. 3670. a. *p179.*  
 C. n. 278. a Graecis vero vincuntur anno sequenti, re-  
 liquae Gallorum a. M. 3672. a. C. n. 276. evocati, in  
*Asiam* transeunt, partemque Phrygiae & Bithyniae oc-  
 cupant, quae regio postea *Galatia* dicta est, & ipsi Gal-  
 li Asiatici, *Galata*, vid. pag. 141.

γ. *Res gesta Gallorum, qui in ipsa Celesica remanserunt.*  
 De rebus Gallorum ante bella & commercia cum Ro-  
 manis, parum aut nihil certi scitur; universam Gallorum  
 gentem, quot civitatibus, tot fere nominibus, ac ma-  
 gistratibus discretam olim fuisse, nemo dubitat. Certior  
 vero historia incipit ab eo tempore, quo Cimbri & Teu- *p274, 200, 198 seq.*  
 toni Galliam invaserunt circa a. M. 3748. a. C. n. 200. *Iul.*  
*Caesar* expeditionem in Galliam suscepit a. M. 3892. a. C. *Caesar*  
 n. 56. eamque totam intra decennium subegit, per Prae- *Provinciae scripsi de*  
 ctos in posterum administrandam. In eam traducuntur Si- *saeculatae copia fuit in*  
*Tract. de bello Gall.*  
 cambri ab Augusto a. C. 10. Romanis in Germania cae-  
 sis, nutat, expilatur a Caligula a. 39. vineta ibi jussu  
 Domitiani excinduntur an. 93. infestatur a Materno  
 a. 188. & a Frisiis a. 192. diripitur a Germanis a. 234.  
 reparatur a Posthumo a. 257. vineta recipit a Probo  
 a. 278 a Germanis vastatur a. 288.

III. *Statum sub medio evo, a sec. IV. ad XV. finem.*

a b c *Sec. IV. Alemanni circa a. 313. & cum primis a. 355. p276*  
 Ff 2 Gal.



a b c Galliam conturbant, quos Iulianus vincit a. 357. & Gratianus a. 379.

Sec. V. initio, & quidem a. 406. Galliam invadunt Vandali, Alani & Sævi, eamque multiplicibus cladibus vastant; illis in Hispaniam secedentibus, a. 412. Gothi Gallias ingrediuntur, quos a. 413. secuti sunt Burgundi, qui frustra renitente Aëtio, maximam Heduarum Sequanorumque partem occuparunt, novumque regnum Burgundicum condiderunt, a Francis a. 532. subjugandum, conf. dicta pag. 200 seq. Franci gens sine dubio Germanica, licet de illorum nomine, sedibus, regibus prioribus, migrationis via &c. multum disputetur. V. LEIBNIZIUS de Origine Francorum, GUNDELINGIANA T. 1. pag. 234. seq. T. 2. pag. 62. 295. seq. A. 419. Pharamundo rege, Galliam ex parte occupant, quæ hoc tempore inter Romanos, Burgundiones & Gothos divisa erat; Clodius multa Belgicæ oppida expugnavit, Meroveus primæ regum Franciæ familiæ nomen dedit, Childericus Alanos ex Gallia ejecit, Chlodoveus seu Ludovicus primus rex christianus a. C. 499. & totius fere Galliæ dominus, ultimum Romanorum Præsidem Siggrum vincit atque obtruncat. Ab hoc rege, quum haud interrupta serie, Franci suos in Gallia habuerint reges, nunc secundum Dynastias, illorum numerum atque successiones disponemus. Prima itaque familia est I. Merovingiorum, a Meroveo ad Childericum, num. XX. h. e. ab a. 448. ad 752. quo Childericus cogitur monachus fieri; Hac Dynastia, dilatatum undique regnum, sæpius fuit divisum, ubi imprimis notanda divisio in regnum Austrasia, Ostrick, & Neustria, aut verius Westria, Westrick, vid. SCHURZFLEISCH in Diss. de regno Austrasia, Anonymi Bericht vom Königreich Austrasien. Interea jam a sec. VII. occasione intermarum turbatum, potentes & rebus gestis clari, fiunt Majores Domus, <sup>seu regiae</sup> palatii præfectis, regnorum procuratores,

\* alias Clodius

Videat. Lanichen in Diss. de Clodoveo  
a. 480. hinc Franci Reges Christiani.

a b c

res,



Aetio In ultimis erat Romanorum praefectus in his partibus, quo  
regnante Burgundi sedes sibi erant, ubi hodie adhuc Burgun-  
dia et alii tractus

Occupant sub hoc Rege et in ipso Francorum imperio etiam Lex Sa-  
lica dicitur publicata, quam edidit Carolus VII. successorem  
de L. Salica, Wendeligi de naturali solo & Salicae.

Christianae Atque hinc titulus legis christianissimae et aliae cere-  
moniae, quae adhuc dum in sequentibus inaugurationibus obser-  
vantur ab id. de la Force in universis Rebus Francorum Re-  
manu. in nobilitate dignitatum illustrium.  
Obtruncat Non vero omnes Romanorum reliquias nec Galli-  
corum veteres quae supermanserunt per multa tempora, do-  
nec successit Francis miserentibus in primis vero notandum  
a seculo X probinge potuisse Linguae Francorum Germanicam  
et inolevisse Linguae Latinam sed corruptam admodum  
hinc et illuc dicitur Vid. Galonij Historie de Galia Nivella  
p. 146 de Francorum Imperio.

Majores domus Hoc nomine veniunt officiales in Regno  
Francorum, qui prima origine fuerunt Praefecti  
Palatii (habet hodie missos Videlicet Favianus de principibus  
officij personae Francicae; de Fresne in Glossario sub  
vocali Major domus.









a b c res, mox tutores ipsorum regum, ac postremo reges evaderent.

II. Carolingicorum, a Carolo M. cujus pater Pipinus, & ipse rex factus a. C. 752. ad Ludovicum V. a. 988. Nexum Genealogicum propinat sequens Tab.

*Francorum reges quae hic in fine sunt*



Ludovicus III. Carolomannus Carolus Simplex  
879. † 882. 879. † 884. 893. † 928.



*Selicet dilatum sed et*

Et hac Periodo, regnum Francorum varie divisum fuit; oritur regnum Burgundicum, primo rege Bosone, repete dicta ex pag. 202. Normanni quoque, late vagi p. 247 Neustriam incurstant, partemque ejus occupant sec. X. quam Normania nomine retinent sub suis Ducibus.

Ff 3.


Lacer



a b c Lacer status Gallia fuit hoc seculo, quibus turbis *Hugo Capetus Comes*, regnum ad se pertrahere facile poterat.

III. *Capetingicorum*. Ab *Hugone Capeto* a. 988. fundatore familiae ad nostra tempora regnantis, secundum tres lineas

a. *Capetingiorum in recta linea ab Hugone Capeto* <sup>Comite Parisien</sup> ad *Carolus IV.* h. e. ab a. 988. ad 1327. Horum nomina, series & ordo ita se habent: *Hugoni Capeto* successit *Robertus* a. 996. *Henricus I.* a. 1033. *Philippus I.* a. 1060. *Ludovicus VI.* a. 1108. *Ludov. VII.* a. 1137. *Philippus II.* a. 1180. *Ludovicus VIII.* 1223. *Ludovicus IX.* a. 1226. reliquos seq. Tab. ostendit:



Hac Periodo filii *Hugonis Robertus & Petrus* diu de regno contendunt; a temporibus *Ludovici VI.* per integrum seculum, cum Anglis belligeratum, pro *Normannia* obtinenda, victoribus ut plurimum Gallis; nonnulli etiam reges, sacram ut vocant, secuti sunt militiam, ut *Ludovicus VII.* *Philippus II.* *Ludovicus IX.* Ordo *Templariorum* sublatu, autoritate & jussu *Philippi IV.* & *Clementis V. Papae*, ab a. 1307. seq.

b. *Valesiorum*, a *Philippo VI.* *Caroli I. Valesiorum* *Comitis*



Sequuntur sunt Has proleje describit Schöpfling in Dissertat:  
de sacris Galliae sequentibus in Orientem expeditionibus  
Sublati de iustitiae causa multum disputat quid Thomasio  
in Dissertat: de Templariorum ordine sublato et cum non nul-  
li legentes in ipso punitis motibus suae ad tribunales Christi  
procurantur quid. Ebeling de pronuntiatione ad iudicium  
dei

rica  
in  
Ha

2  
in  
ca  
r




Ueris salicae origo ad tri-  
bus germanis, et deinde ad  
uocem salicam quod palatium de-  
notat, et deinde salicae uocem  
quod palatium salici  
caae quasi ex aula francorum  
promulgatae. Intra legem  
salicam et francicam dicitur de  
hereditate non fuisse offitium  
dit conringis et Hattomarii  
in francis  
P de orig. iul. germ.

adire uolebat. Galli uero uolebant admittere propter L salicam  
cuius titulus est de terra salica in multis  
nulla portio hereditatis transit, quam Galli ita interpretantur,  
salicae in reges francorum non succedunt. Ludewig in diffen-  
de tunc Anglorum in Gallia, in eodem ab illo tempore reges  
Angliae illius titulo et insignibus Regni Gallici abse-  
confer dicta p 228.

Tandem olim Reges Galliae, L. Regni uocant ad  
Arietem, hic uero potentiam absolutam quam  
Souveranitas uocant suadent. Franciscus Imp  
euerit Ludouicus XII. absoluit. Videat Henricus in no  
titia Galliae



a b c mitis filio, ad *Henricum III.* h. e. ab a. 1327. ad 1589. quorum numerum & seriem, ex seq. Tab. cognosce: *Carolo IV.* sine prole mascula defuncto, Gallia proceres *Philippum*, *Caroli Com. Valesii* filium eligunt, cui successit filius magnanimus *Iohannes* a. 1350. *Carolus V.* 1364. reliquorum nexu ita se habet:



Hac Periodo, tertium bellum cum Anglis exortum sub *Philippo VI.* Eduardus enim *Philippi IV.* ex *Isabella* nepos, regnum adire volebat, qui regem *Philippum* magnis cladibus affecit, continuatum varia fortuna bellum usque ad *Carolum VII.* qui Anglos, *Toanna Lotharingica* adjutus, ubique profligavit, ut nihil pene, praeter *Caletum* retinerent. *Ludovicus XI.* absolutam potentiam fundavit. *Carolus VIII.* Neapolitanum regnum occupavit. *Ludovicus XII.* & *Franciscus I.* Galliam variis bellis clariorem reddunt; sub *Henrici II.* filiis, *Francisco II.* *Carolo IX.* & *Henrico III.* bellis intestinis, ob religionem ortis, misere turbatur, nuptiisque *Pariensibus* a. 1572. foedatur, finem familiae *Valesiorum* imponente *Henrico III.* postquam & *Poloni* in regem eum elegissent, quos

*Videa, Goldasti, Sybilla Franca,*  
*Andymis, Sphera galanta in*  
*quatuor tractatibz de ista*  
*puella*

*Vid. hic Pharsuand in narra*  
*tione de furoribz gallicis in*  
*lanica Parisiensis Franca*  
*Henrici III. de nuptiis*  
*Parisienfibus*

p 242

p 259



a b c quos tamen cito deseruit, a Iacobo Clement Dominicano monacho confossus.

γ. *Burbontorum*, ab *Henrico IV.* ad presentem *Ludovicum XV.* Horum stirps deducitur a Roberto Com. Claremontano, Ludovici IX. regis filio, vid. pag. 220. cujus posteritas ita se habet:

Robertus  
† 1317.

|

1

Carolus  
Dux Vendomen.  
† 1357.

Antonius  
rex Navarra  
1555. † 1562.

Ludovicus  
a quo familiae  
Conde & Conty.

Henricus IV.  
rex G. 1589. † 1610.

Ludovicus XIII.  
† 1643.

Ludovicus XIV.  
† 1715.

Philippus I. Dux Orleanen.  
† 1701.

Ludovicus Delphinus  
† 1711.

Ludovicus Dux Burgund.  
† 1712.

Philippus v. D. 224  
rex Hisp.  
n. 1683.

Ludovicus XV.  
n. 1710.

Ludovicus Delphinus n. 1729

a b c Horum imperio, Gallorum potentia & auctoritas, bellis rebusque pace gestis maximis, mirum in modum augmenta cepit, Hugonotarum ob religionem ac persecutionem, nec non aliis motibus internis, Gallia percutitur gravissime. Ludovicus XIV. longævitate, rebusque bello & pace gestis



Clement Vid Anonyme Brief Inp f. 50b Clement Henrici 1111  
Möge die christliche Kirche die Mächtigsten und Heiligsten zu verführen



regnabat quidem usque ad annum 1727 ut minorensis sub  
administratione Ducis Aurelianensis, quo tempore  
Galliam uaria afflicta sunt fata, precipue lues in in-  
ferioribus Galliarum partibus ab anno 1720 eregitur societatis In-  
dicæ ab a. d. 1719. Vid. Anonymi hystoribus de lande Louisi-  
ana: Sub lobis Moz: Paul. Marperger hystoribus de  
Athen. hantel. Turbae in causis religionis ab conspi-  
cutione unigenitæ ab a. d. 1713. Coronatio regis a. d. 1722  
et infecuta una forennitas: diffusiones inter principes  
regis sanguinis cum lud. XVII naturalibus. Matrimonium  
regis cum hodie madapore 1725. De bello cum Hispanis  
dictum p. 225 bellum cum Germanis ab a. d. 1732 confectum  
1756 pacificatione demum a. d. 1739 in publicata

Geographia sacra putat, Phoenices huic  
regioni nomen indidisse, eamque in sacra lingua Bretta  
hac hoc est terram Sanni appellasse.



a b c gestis memorabilis, successorem relinquens abnepotem  
*Ludovicum XV.* qui hodie regnat.

IV. *Statum recentiorem*, ab *sec. XVI.* initio ad nostra tem-  
 pora, qui ea complectitur, quæ a temporibus *Francisci I.*  
 ad nostram ætatem, apud Gallos gesta sunt. *Scriptores*  
 huc spectantes sunt varii; ad antiquiora tempora faciunt  
 PLVTARCHVS in *Camillo*, LIVIVS, DIODOR. SI-  
 CVLVS, FLORVS, EVTROPIVS, IVL. CAESAR de  
*bello Gallico*, SVETONIVS, *Scriptores Hist. Augusta*, HE-  
 RODIANVS, MARCELLINVS; Ex recentioribus PAVL,  
 AEMYLIVS de *rebus gestis Franc.* GAGVINVS in *Hist.*  
*Franc.* SERREVS in *Hist. Gall. Inventario*, THVANVS  
 in *Hist. Sec. XVI.* BVSSIER in *Hist. Francica*, & nuper  
 GABR. DANIEL in *Hist. de France*, PRIOLI de *rebus Galli-*  
*canis*, HERTIVS de *veteri Francorum regno*; Particulares  
 scriptores oppido multos dabit LE LONG in *Bibliotheca*  
*Francica*, DU FRESNOY in *Catalogo*, GRYPHIVS in *Ap-*  
*paratu Scriptor. Hist. Sec. XVII.*

IV. MAGNÆ BRITANNIÆ, quæ complectitur regnum  
 I. ANGLIÆ, in cuius historia notamus

a. *Varias adpellationes.* Anglia cum adjecta Scotia olim uno  
 nomine *Britannia* dicebatur, quarum hæc *Minor*, illa seu  
 Anglia, *Major Britannia* dicta. In ipsa vero vocis in-  
 terpretatione variant auctores, Ptolemæo hæc insula di-  
 citur *Albion*. *Angliæ* nomen *Britannia Major* accepit, ab  
*Anglis Germaniæ populo*, qui ex *Chersoneso Cimbri-*  
*ca*, a *Britannis* a. 450. in auxilium contra *Scotos Pi-*  
*ctosque* exciti, *Britanniam* ingressi, eam sibi subjece-  
 runt, horum rex *Egbertus*, *Britanniam* imposterum  
*Angliam*, & incolas *Anglos* nominari, edicto sancivit  
 a. 811. vid. pag. 235. *plura lege in Cluverii Geographia cum notis Bunoni et*

b. *Statum antiquum.* Quod plerisque gentibus commu-  
 ne est, ut originem suam ex antiquissimo ævo repe-  
 rant, regesque suos ostentant atque enumerent, idem  
 & *Britannis* usu venit; at vero, quam lubrico nitantur

G g

tur

7



a b c tur fundamento, in propatulo est; primos incolas ex Hispania, Gallia, Germanique huc progressos esse, vulgo dicitur, licet sero cogniti fuerint ignoti ante, & toto orbe divisi Britanni. Ut autem dicenda eo ordinatius proponi queant, notamus heic

1. *Statum ante Romanorum irruptionem*, de quo nihil certi scitur, *Iul. Caesar de bello Gall. L. 4.* omnia fere huius gentis, Gallis fuisse incognita scribit, additque, insulam diversis parvis regibus, qui cum singuli pugnarent, universos victos esse.

2. *Statum sub Romanis.* Primus romanorum Britanniam cum classe ingressus est *Iul. Caesar a. M. 3895. a. C. n. 53.* quod Gallis inde subministrata auxilia intelligebat, bis igitur cum exercitu trajiciens, insulæ partem in deditionem accepit, tributumque ei imperavit. *Augusto Cæsari* Principes Britannorum per legatos sese insinuarunt, arma deprecati a. M. 3924. a. C. 24. Circa a. C. 162. seq. magnas ibi res gessit *Agricola*, discordibus inter se Britannis. *Adrianus* Imp. circa a. 122. & *Severus* circa a. 210. murum s. vallum in finibus Scotiæ & Angliæ transversum ducunt. Sub sequentibus Imp. sæpe rebellant, ægreque compescuntur. Imperarunt interim Romani Britannia ad <sup>Valentiniani</sup> ~~Constantini~~ III usque tempora, qui illam a. 418. deseruit, præsidiaque ad defendendam Galliam eduxit. Scoti igitur Pictique, ubi illam inermem intelligerent, Britanniam invadunt 430. quorum impetum, quem Britanni sustinere haud possent, Anglo-Saxones ex Germania in auxilium vocant a. C. 450. qui navibus trajecti, Pictos vincunt, Britanniamque sibi subjiciunt.

γ. *Statum sub medio ævo*, qui complectitur res Angliæ a sec. V. ad XVI. secundum varias Dynastias

1. *Anglo Saxonum*, ab a. 450. quo, ut diximus, Anglo-Saxones Britanniam invitati introierant, & obtentu nimis parce soluti stipendii, in Britanos arma conver-

a b c tunc,


Vid. Tacitum in vita Agricola



ducunt. Huc Romanus in charta Scotiae delineavit, lo-  
cum designavit, dicitur fuit adhibenda, totorum  
infantes

edupit Interim qui statum Britanniae sub Romano-  
rum imperio nosse cupit. Cyat Lazium in Coment.  
de Republica Romanorum.







a b c

tunt, devicto rege *Vortigerno* a. 465. hoc & sequenti seculo, invasam Britanniam in *Heptarchiam* dividunt, cujus partes fuere regnum

1. *Cantii* fundatum ab *Hengisto* a. 455.
2. *Suthsexia* fund. ab *Ella* a. 488.
3. *Westsexia* a *Kerdicio* a. 519.
4. *Eastsexia* ab *Erchenwinio* a. 527.
5. *Nordanhumbria* ab *Ida* a. 547.
6. *Merciorum* a *Penda* a. 556.

7. *East-Anglorum* ab *Uffa* a. 574. Horum regnorum historia obscura & confusa admodum, illud certum, coaluisse VII. illa regna in Monarchiam sub *Eberto* rege *West-Saxonum* a. 800. Reliqui Britanni in angustias redacti, in *Cambria* angulum se receperunt, suos principes vel reges habentes usque ad a. 1254. quo *Henricus III.* Cambriam titulo *Principatus Angliæ* univit, ex quo primogeniti regum, *Principes Cambria* seu *Vallie* dicti.

2. *Anglorum*. Postquam *West-Saxonum* rex *Ebertus*, *Cantio* & *Nordanhumbria* potitus esset, Monarchiam *Anglorum* fundavit a. 800. ac lege lata, abrogatisque *Saxonum* & *Britannorum* nominibus, gentem *Anglos*, regionem *Angliam* nominare iussit; causa adducitur, quod *Gregorius Papa*, visa *Anglorum* pulchritudine, *Angelos* nominaverit. Duravit hæc dynastia sub XIV. regibus ab a. 800. ad 1014. quo *Edelredus* a *Danis* victus est.

3. *Danorum*. Dani sæpius jam a seculo IX. *Angliam* infestaverant, inque ea fixam sedem passim posuerant, quos cum *Angli*, facta conspiratione, una nocte omnes trucidassent, *Sveno* rex *Danorum* anno 1014. *Edelredum* magna manu adoritur, victumque regno exiit; ex quo *Dani Angliæ* imperarunt usque ad a. 1066. sub IV. regibus, qui tamen inter perpetuas turbas regno hoc potiti sunt.

a b c 4. *Normannorum*. *Haraldus II.* ultimus ex *Danis* rex, filiam

G g 2

liam

hic Poulson de Gylto  
non est in Gylto  
Wallis

p 247.



a b c liam *Gvilielmi Conquestoris* Normanniæ in Gallia Ducis, sibi desponsatam repudiaverat, id ægre pater ferens, ex Gallia in Angliam trajecit, victoque & perempto Haraldo, sibi regnum asseruit a. 1066. Ab his Normannis, antiqua regni facies multum immurata fuit, omnia debebant esse Normannica, victus, amictus, sermo &c. soli Cantii subacti non fuerunt. Mansit deinceps regnum Angliæ, penes *Gvilielmi* posterios per multa secula, ita tamen, ut reges ex diversis familiis regnarent, postquam enim mascula proles cum *Henrico I.* filio a. 1136. deficeret, tunc regnum devolutum est ad *familias*

a. Gallicanas, & quidem

1. *Blesensem*, ex qua *Stephanus* a. 1136.
2. *Andegavensem* ab *Henrico II.* ad *Richardum II.* h. e. ab a. 1154. ad 1377. res ipsa, ope seq. Tab. clarius elucescet:

*Guilielmus Conquestor*

† 1087.

*Guilielmus II.*

† 1100.

*Henricus I.*

† 1135.

*Adela*

ux. *Stephani D. Blesensis* in Gallia

*Matildis*

ux. *Godfridi Com. d' Anjou.*

*Stephanus*

rex 1136. † 1154.

*Henricus II.*

rex 1155. † 1189.

Post *Henricum II.* regnarunt *Richardus I.* a. 1189. *Io-*  
*hannes* a. 1200. *Henricus III.* 1217. *Eduardus I.* 1273.  
*Eduardus II.* 1308. *Eduardus III.* 1327. His regibus,  
perpetui motus, turbæ, & bella in Anglia ipsa, & in vi-  
cina Gallia; non nulli etiam secuti sunt militiam sa-  
cram, ut *Richardus I.* & *Eduardus I.* Felix & celebris  
fuit *Eduardus III.* bello præsertim Gallico, quo duran-  
te Imperator Rom. <sup>1348</sup> designatus est, *Richardus II.* in car-  
cere necatus fuit.

β. An.

a b c

p 230.  
p 231  
p 278




epiduraera (ausam nonnulli adducunt, quos Robertus I. si-  
luis Guilielmum ex pellice infimioris sortis suscepisset  
Vid. Dicenda ad p. 248.

Immutata Hic, ab his temporibus de riuanda etiam est  
mixture lingue hodiernae Anglicanae, immo usque etiam  
linguae Gallicanae, in negotiis etiam publicis. Vid. aucto-  
ris hist. de Glosifrit Cap. Hod. du fuyfiffo Hrause.

designata Et classe horum legum nonnulli etiam in historia  
Germanica occurrunt, puta Richardus Henrici III. fratris qui  
per tempus fuit imperator in Germania vid. in Hrisf. Hystoria  
p. 16. Richardus I. qui ao. 1196 in Austria captus est. Vid. hist.  
abst. p. 49 et 60. ac tandem Eduardus III. qui contra Carolum  
IV. electus fuit vid. hist. cit. p. 103.








a b c

- β. Anglicanas, & quidem
1. Lancastrensem seu rosæ rubræ, ab Henrico IV. ad Henricum VI. ab a. 1399. ad 1422.
  2. Eboracensem seu rosæ albæ, ab Edaardo IV. ad Richardum III. ab a. 1461. ad 1483.
  3. Richemontensem ab Henrico VII. ad Elisabetham, ab a. 1485. ad 1558. Hac periodo gravia bella gesta fuerunt, partim cum Gallis, partim etiam civilia contigerunt inter familias rosæ rubræ & albæ, (quæ appellatio ab insignibus ortum habet) de regno dimicantes, controversiam seq. Tab. illustrat:



a b c

Gg 3


J. Stief



a b c d. *Statum recentiorem a sec. XVI. ad nostra tempora. Ubi notamus res Anglicanas*

1. *Ante unionem Anglia cum Scotia regno, scilicet a temporibus Henrici VIII. ad mortem Elisabethæ, ab a. 1509. ad a. 1603. Hac periodo, ob Henrici VIII. polygami variabile ingenium, in ecclesia & republ. multæ turbæ; papæ auctoritas mox ejecta, mox rursus restituta, reformationem introduxit Eduardus VI. sed veneno, ut creditur, sublatus. Maria crudeliter in protestantes sæviit, & inter multas regni turbas sine prole obiit. Elisabetha ex carcere thronum conscendit, rerum bello & pace gestarum magnitudine celeberrima, a matrimonio protinus abstinuit, religionem purgavit, Mariam Scotam capite plecti iussit.*

2. *Post unionem Angliæ cum Scotia. Cum Elisabetha a. 1603. absque prole obiisset, Iacobus VI. Scotiæ rex in Anglia quoque successit, quod esset Henrici VII. ex filia Margaretha, Iacobi IV. Regis Scotorum uxore, abnepos, utroque regno Magna Britanniæ nomine conjuncto, ne discordia ex alterutrius præposito titulo nasceretur. In conjuncta sic Magna Britannia regnarunt, eo ordine & serie, quam seq. Tab. propinat:*





Polygami Pleari sunt Historici de rebus hujus Regis, in compen-  
ditum singulare redigunt. Traaxenplein in Sin. Naal non Groyd  
Britannica. Conferant. electio Junis publici tom. VI ff. ubi  
plura.

Elisabella Vitam et res hujus reginae prae alijs eleganter  
descripsit Gregorius Letti qui in sta omnium



Literatissimus. Habet hoc exemplum scriptum, conjunctim  
editum inter alia imprimis notanda, instructio pa-  
terna ad filium prodoxentum, sed et de moribus  
immo et de scriptis conspirationum quam ipse  
confignavit.

Plegget de hoc inaudito exemplo multum pro et con-  
tra disputat. Vid: Taylori episcopati: circa regi cuum  
Anglorum, Anonymi Sylloge uariorum tractatum  
pro innocentia Caroli I. Reliquos dabit du Fresnoy  
in Catalogo.

Suppositio: lege hic sequentia scripta: Anonymi hi-  
storiæ nuperæ mutationis in Anglia: Regini Jacobi  
II. Quædam autem nuperæ scripta: Jurem nos de casu  
Johannis de Frinsford Wallis cui quidam opposuit de  
flathodysse Jurem ibi in gibus cum et larnodysse  
Jurem, porro de his in Maale Cabius Tomo 3.  
in libro de Jure S. Joris que nomine præten-  
dens intelligit.

Infidias videat, Anonymi Conspiration contre la vie  
de Roi d'Angleterre, item Histoire secretes des Intris-  
ques de la France: conf. de Linsp. de la Crudito-  
rum in 27 Nul pag. 187. et observa, ex Jocij con-  
spirationis Anno 1734. in castere adhuc uisisse Bern-  
hardi et Glaiborn.



a b *Jacobus I.* princeps literatissimus, variis conspirationibus obnoxius, periturus, ni fata avertissent omnia. *Carolus I.* ob formulam rituum ecclesiasticorum, quam liturgiam vocant, quodque nimis pronus videretur in religionem pontificiam, quam uxor regina profitebatur, civili bello ansam præbuit, quo victus rex & inaudito exemplo, publice capite plexus est. Ejus filius *Carolus II.* turbato apud Anglos statu ejectus, in Batavia hæsit; *Cromwellio* interea rerum summam administrante ad a. 1658. cui successit filius *Richardus*, quem a. 1669. Angli ejiciunt, *Carolus* que regem a. seq. sibi creant; qui judicum nonnullos, qui patrem condemnaverant, supplicio afficit; bello adversus Batavos 1672. seq. satis infelix. *Jacobum II.* religionis suspectum ejicere conantur in Scotia Comes Argylus, in Anglia princeps Montmutius, *Caroli* filius naturalis, quos tamen victos & captos capite plecti jussit; cum vero rex pergeret pontificiis favere & in religione multa innovare, interea etiam suspicio, de filio *Jacobo* suppositio a. 1688. exoriretur, tantis turbis implicatus fuit, ut fuga sibi salutem quærere, locumque filix *Mariae* & ejus marito *Wilhelmo* cedere cogere a. 1689. Gallorum copiis suffultus in Hibernia substitit usque ad a. 1690. quo ejectus in Galliam migrare debuit, ibique cum familia hæsit quam diu in vivis superesset, *Wilhelmo* interim bellum cum Gallis continuante; qui dehinc, varias sibi insidias struktas, feliciter evasit; Eo sine liberis defuncto, ex legibus regni successit *Anna*, *Jacobi II.* filia, qua regnante, magnas res terra marique gesserunt Angli, bello de successione Hispanica confederati; unio etiam illa, per seculum & ultra frustra tentata, qua Scotia, sublato regni Parlamento, cum Anglia in unum corpus politicum coaluit, post graves altercationes, anno demum 1707. felicem sortita est finem. *Anna* sine liberis demortua, *Georgius I.* Elector Brunsvicensis, ex jure sanguinis & vigore legum a b regni, thronum Magnæ Britannix faustis auspiciis con-

scent.

Hanc periodum describitur  
legimus in *Historia Caroli  
I. & II. & III. & IV. & V.  
belli & in Cromwelli  
P. II. & III. & IV. & V.  
P. I. & II. & III. & IV. & V.  
P. I. & II. & III. & IV. & V.*

p. 247.

p. 247.



ascendit, magnaque cum laude regnavit, licet inter consuetas Anglorum turbas & insidias sibi structas, quas tamen divina providentia semper avertit: dissensionibus cum Hispanis ab a. 1725. durantibus, in itinere, ex Anglia versus Hanoveram suscepto moritur, successorem relinquens filium *Georgium II.* qui hodie magna cum auctoritate regnat.

*Scriptores* huc pertinentes sunt *IUL. CAESAR de bello Gallico*, *PLUTARCHVS & SVETONIUS in Iul. Casare*, *EVTROPIVS, FLORVS, STRABO Lib. IV. TACITVS in Annal. & in vita Agricola*, *XIPHILINVS, IUL. CAPITOLINVS*; Et ex recentioribus *BEDA in Hist. Anglic.* *POLYDOR. VIRGILIUS in Hist. Anglic.* *SHERINGHAM in Originibus Anglicanis*; Speciales numero plures propinant *DU FRESNOY in Catalogo*, *GRYPHIVS in Apparatu ad Scriptor. Hist. Sec. XVII.* alij.

## II. SCOTIAE; Hic quoque notamus

1. *Rationem Nominis.* Antiquitus *Britannia Minor & Caledonia* dicta; recentius & magis usitatus nomen *Scotia*, quod a *Scotorum* gente incolatur, unde vero *Scoti* id nominis habeant, incertum. Conjecturas doctorum addere, vix pretium erit operæ; illud certum, omnem hanc regionem nomen *Scotia* induisse, post devictos penitus *Pictos* a. 828.

2. *Originem incolarum.* *Pictos* atque *Scotos*, hanc *Britanniae* partem olim inhabitasse constat, quicquid vero de illorum origine ac natalibus vulgo profertur, incertum imo fabulosum; *Buchananus Lib. I. cap. II.* omnes has nationes e *Galliis, Germania & Hispaniis* huc immigrasse, docet.

### 3. *Dynastias & quidem*

a *Ante conjunctionem cum Anglia.* Hoc ævo *Scoti* portentosam regum suorum seriem jactant, a primo rege, quem *Fergusum* adpellant, ipsique *Alexandro M. coævum* faciunt, ad *Jacobum IV.* num. *CVII.* sed incertis traditionibus id se debere,



Insulae Haec describit in parte Pommer in Libris de Effra  
Et non hactenus, res aut. in universum hujus regni quas Effra  
dortia ubi Georgio 1. multo etiam occurrunt in Libris  
Europaeis. Quia ad annum hujus legis de diffinitione curatio.  
Et legat in Libris de fam. in Libris de Hales

Scotos. Aliud constat hodiernis Scotos ejusdem originis et  
cum Hibernis id quod illorum sermo et probrat illud per  
don in Typem: Geographico ex Edit. Germ. Hinzelman.  
nica.



Delto His borealis Istiae partibus separata habuerunt  
republica de qua uero nihil certi scit.

Awardoun Award nomen officii fuit, idem deest  
ac apud alios gentes Marshall sine Awardoun non  
adhuc apud Scotos sanctum & uenerabile

Peractis Singularia de hac regina habet Barrethapessia  
paria Auarth & Scoly in hincris de morte Margae Auarth

Religiose in Scotia adhuc dum sunt multi Politici reliqui  
dicunt Episcopales hae duae sectae hoc aeuo se mutuo  
persequunt. Vid. Hornius in compend. Hist. Ecclesiasticae  
Wallehigii de Histor. de Religione Auarth & Scoly



debere, vel ipsi cordatiores Scoti haud negaverint. Certior igitur regum series collocatur in a. 800. quo tempore regnavit rex *Achaius*, primus cujus extasi scriptores mentionem faciunt; post hunc, tribus interjectis, sequitur *Kennethus* a. 823. qui Pictorum regno delecto, solus Britannia septentrionali potitus est, & pro conditore regni ad nostra tempora durantis, habetur. Ultimus ex *Fergusii* sive *Kennethi* stirpe fuit *Alexander III.* quo an. 1285. demortuo, varie inter regni competitores distracta fuit Scotia, donec tandem familia *Stuardorum* a. 1370. succederet, ex qua primus fuit *Robertus II. Stuardus*, qui, pari ratione ut *Iohannes* infelici successu cum Anglis bellavit. *Iacobus I.* 1406. optimus princeps per sicarios trucidatur. *Iacobus II.* ab a. 1437. domesticis turbis affligitur. *Iacobus III.* ab a. 1460. tyrannice cum regnaret, occiditur. *Iacobus IV.* regnat ab a. 1488. & in bello cum Anglis perit; quod cum *Iacobus V.* ab a. 1513. adverso successu continuaret, animi moerore decessit, successorem relinquens a. 1542. *Mariam* filiam, quae Francisco II. regi Galliarum nupsit, eo defuncto, familiaritate parum decora cum *Rizio* musico usa, nupsit *Henrico Darleo*, a quo cum *Rizius* interficeretur, & ipse *Darleus* mori debuit; quae res proceribus ita displicuit, ut reginam regno indignam carceri includerent, ex quo elapsa, cum in Galliam secedere vellet, ab *Elisabetha* Angliae regina capitur & a. 1587. securi perentitur, successorem relinquens *Iacobum VI.* qui *Elisabetha* defuncta, rex totius Magnae Britanniae eligitur, ut praediximus pag. 238. sub cuius regimine magnae in negotio religioso dissensiones & turbae. De *Præcedentis* invasione 1708. & 1716. facta, dicetur per discursum.

2. Post <sup>proprietatem</sup> conjunctionem cum Anglia, rem ipsam pag. 238. iam innuimus, ex quo tempore, in unum corpus Scotia cum Anglia eatenus coaluerunt, ut communem haberent regem, in salvo tamen manentibus, utriusque regni peculiaribus sibi status rationibus. de altera unione anno 1706 facta dictum p. 239

Hh

*Rationibus* qui habet *curavit*  
 usque ad annum 1706. post quo sic  
 scripto. sed cum Anglia 2000. tempore fuit  
 juncto de quo vid. *lib. 2. cap. 1. ind.*  
*Wm. H. Labine Ford &*



a b *Scriptores huc facientes sunt BVCHANANVS in Hist. rerum Scotie, BOETHII Historia Scotorum, VERVAMIUS & GENTILIS de Vnione Angl. & Scotie, THVANVS in Hist. Sec. XVI. recentiores propinant du FRESNOY in Catalogo de Scotia & GRYPHVS in Apparatu ad Scrip. Hist. Sec. XVII. alii.*  
 III. HIBERNIA E. Ubi notamus

1. *Nominisationem; Hibernia aliis Ierne, Juerna, Hiverione, Bernia, Overnia dicta, ipsis indigenis Eri, ex quo forte, diversa tantum pronunciatione, reliquæ appellationes ortæ, Camdenus ab voce Hiar, quæ Hibernis occasum significat, nomen derivat, alii aliter.*

2. *Originem Nationis.* Multa fabulosa hanc in rem tradunt scriptores. Hibernos ab antiquis Britannis esse, doctiores conjiciunt ex linguæ conformitate, quibus dein accesserunt alii populi, ex Germania, Belgica, Hispania, Scotia, postremisque temporibus, ex Anglia.

3. *Dynastias.* Hiberniam nunquam Romanis paruisse constat, nec enim, vel apud bonos scriptores legitur, Romanos huc penetrasse, nec quicquam in Hibernia romanarum antiquitatum reperitur. Paruerunt igitur Hiberni

a. *Regibus domesticis, de quibus vero parum habemus certi. Seculo IV. insula hæc divisa fuisse dicitur in Pentarchiam, ita tamen, ut semper unus in ceteros Monarchiam obtineret, et quidem qui major natus esset.*

b. *Sub Normannis.* Hi in Hibernia vocabantur *Ostmanni*, quorum excursiones piraticæ in Hiberniam circa a. 800. *primus* commemorantur, duce *Turgesto*, qui primus sedes illic fixit, sed post decennium Normanni ab Hibernis trucidati & expulsi sunt; ab a. 849. novas expeditiones suscipiunt, Hiberniamque a. 852. seq. denuo sibi subjiciunt, & novorum fundamenta regnorum ponunt, ita tamen, ut penes unum, supremum esset imperium; tandem quum circa a. 1170. inter *Rodericum* & reliquos regulos, quos ille durius tractabat, bellum oriretur, hi Anglorum implorarunt auxilium, qui rege *Henrico II.* in Hiberniam

*Nummi et inscriptiones lapideæ  
 res, quæq; furtiva.*



Conformitate. Hic rursus omnino legendus pariter in Saxon. Geogr.  
qui de his suis cibilibus optima quae nobis proponit quae  
de lingua, quando reliquis hujus regionis qualitatibus.

H



Subjacent *Atque* hic apparet *quod* radii ad luc<sup>o</sup> de *Anglia*  
 ad *jo* cum *antiquitate* regnat in *Hibernia* quam in *An-*  
*glia*: *Habens* quidem *et* *id* *em* *scilicet* *Parlamentum* *per*  
*istud* *in* *regis* *consensu* *ut* *potest* *si* *concludit* *lib.* *Selwyn*  
*supra* *id* *em*.

*Dominus* *ipsa* *insula* *non* *regnum* *sed* *terra* *Hibernia*  
*dicta* *lib.* *Compinis* *vel* *de* *lib.* *honora* *part.* *1* *pag.*  
*69* *pag.*

*Lucienus* *idem* *amplissime* *describit* *Heidegger* *in* *Histo-*  
*ria* *populorum* *ad* *hunc* *hunc* *modum*. *De* *uaticiano* *Archiepiscopi*  
*Uleri* *ad* *1601*. *in* *concione* *ad* *Basiliam* *C. 4.* *q. 6.* *pro* *col. 16.*  
*Quid.* *Arnold* *in* *primis* *lingua* *in* *Libra* *Historia*:

*Nationem* *Geographus* *Laucanus*. *lib.* *VIII* *uincens* *scribit* *ab* *W.* *populi*  
*hunc* *uocationem* *uisse* *Dani* *flumina* *uero* *liberum* *in* *hunc*  
*uisse* *Deder* *hinc* *pro* *uincibus* *Dani* *nomen* *accepit*  
*lingua* *accolat* *flavii* *Dani*. *Dani*. *uocabitur*  
*hinc* *in* *Dania* *lingua* *signat* *supra* *campum*  
*hinc* *Dan* *Marxia* *quasi* *Danorum* *Terras*.

*Epicurus*. *Immo* *putandum* *Danos* *atque* *reliquos* *Scythicos*  
*populos* *numquam* *in* *complexu* *Germaniae* *uisse* *acque*  
*alii* *populi* *natione* *Germani* *qui* *numquam* *intra* *Ger-*  
*maniae* *finis* *sedes* *habuerunt* *scilicet* *ab* *illo* *tempore* *Dum*  
*Germania* *per* *ultra* *regio* *erit* *certis* *limitibus* *certa*  
*scripta*. *Illud* *est* *quod* *Plinius* *et* *Plolomaeus* *omnes* *Scy-*  
*thicos* *inter* *Germanos* *numerare*.



a b berniam trajicientes, insulam illam sibi subjecerunt anno 1172.

γ. *Sub Anglis.* Postquam dicto modo, Hibernia Anglis cessisset, ex eo tempore reges Angliæ dicti sunt *Domini Hibernie*, usque ad Henricum VIII. qui in Hibernorum comitiis rex declaratus est, quod *Domini* appellatio, seditiosis quibusdam displiceret. Rebellarunt equidem pro ingenio suo sæpe Hiberni, sed repressi semper fuere, speciatim ab Henrico III. anno 1230. Richardo II. 1394. Henrico VII. anno 1488. Elisabetha a. 1567-1580; qui ab a. 1597. contigerunt motus, ad a. 1601. durarunt. A. 1641. catholici immanissime in Protestantes *scyierunt*, quos tamen multis millibus cæsis, in ordinem cito redegit Cromvelli. Tempore Jacobi II. partes ejus sequebantur Hiberni, eo tamen cum eventum quem pag. 239. signavimus. *Ue Malinera de Giffusibz* *et de Giffusibz de Giffusibz*

Scriptores huc spectantes sunt VARAEVS de *Hibernie ejusque Antiquitatibus*, Eiusdem *Annales rerum Hibernicarum*, CARVE in *Annalibus Hibernie*, HANMER in *Chronico Hibernie*, reliquos lege apud DU FRESNOY & GRYPHIUM *Loc. cit.*

V. DANIAE. Ubi notamus

1. *Nominis rationem.* Daniam ab incolis suis, hos vero a primo illorum vel deo, vel rege *Dano*, nomen habere, vulgaris est opinio; constat etiam, apud scriptores mediæ ævi, Daniam sæpe *Daciam* appellari, vel per ignorantiam illius ætatis, vel quod *Daci* olim relicto pingui Pannoniæ tellure, maritima loca Norwagiæ proxima occuparint, quale quid legimus apud THYROZIVM in *Chron. Hung. P. 1. cap. 40.* VIRGILIVM *Hist. Angl. L. 5.* quod confirmat SHERINGHAM in *Origin. Anglic. pag. 41.*

2. *Originem Nationis.* Germanicæ originis esse Danos, vel ex linguæ tenore liquido patet, etiamsi vix determinari queat, quando ex Germaniæ complexione exciderint,

a b factum vero hoc esse jam ante Caroli M. tempora, vel inde

Hh 2

patet,



a b pater, quod illo cum Danis belligerante, limes Germaniæ & Daniæ, Eidora fluvius fuerit constitutus, vid. SPENNERI *Notitia Germ. Ant. & mediæ ævi* L. I. c. 2. §. 5. portentosas atque incertas origines, quas Dani in suis libris ostentant, non addimus.

3. *Dynastias.* Has, pari ratione ut origines, ex antiquissimis temporibus repetunt Dani, suorumque regum seriem; per multa ante Christum natum secula, deducunt, quam lubrico vero fundamento, rectius edocti optime norunt. Interim annales Danici, post duplex intervallum *Patrum Noachidarum & Judicum, VIII. Dynastias regum* numerant, quarum est

a. *Danica*, annorum 513. regum XIII.

β. *Dano-Svedica*, annorum 683. regum XIX, quæ dux dynastiæ ante Christum natum floruisse dicuntur.

γ. *Gotblandica*, annorum 55. regum IV.

δ. *Scandica*, annorum 126. regum IV.

ε. *Norvegica prior*, annorum 485. regum XXII, quæ quinque sunt regum paganorum.

η. *Anglo-Danica*, in qua reges XXVI. quorum ultimus rex fuit *Christophorus*, qui a. 1448. vetustissimam atque aboriginum Daniæ regum prosapiam clausit; qui seriem & numerum omnium horum regum legere avet, evolvat MICRAELIVM *Lib. 3. pag. 264. seq.* In posteriori hac Dynastia locum quoque habet regina *Margaretha*, quæ ab a. 1375. per 37. annos regnavit, & ab a. 1389. trium regnorum borealium fuit domina. *Ericus* gravissimis bellis defatigatus, regnis abdicatis in Pomeraniam se recepit a. 1438. *Christophorus* a Svecis repudiatus, sine liberis moritur. a. 1448.

θ. *Oldenburgica.* Post defunctum *Christophorum* regem, Dani & Norwegi regnum *Adolpho* duci Slesvicensi offerebant, verum is ætatem jam gravem caussatus, *Christianum* Comitem Oldenburgicum, ex sorore nepotem suum

*Interregnum coadit per Mannos  
urbis plenissimum deinde hic.*

235

*substitua  
Hoyerau in  
admirandiff  
pessimal*



constituta. Hinc adhaerens Scheinbergi, supra portam Ead.  
re uisus lapis cuius scriptura: Ebor lineis imperii

causis sub intelligi quoad lineam foemineam aequae ma-  
sculan. Paris enim in more fuit eligere Reges ex illius  
familia exiens: e. g. Albertus Rex Neapolit. & Ricardus  
Pomeranus Christophorus Comes palatinus


Luca



Tyrannidem Equidem à Suetonio receptam & inauguratam  
fuerat, ubi uero is ad supremam potestatem transfari ui-  
deret, multosque proceribus capite plecti iussit,  
proinde eiecit in Tancum se recepit, ubi à fabribus  
suis captus, carceribusque inclusus fuit, ibique sine prole  
obit.



suum commendat, qui ducta Christophori vidua, regnum adjit, cujus posterii ex seq. Tab. cognosci possunt.



*vid. Peltner in Diss. de marito Regis Angl.*

*Christianus I.* a Suecis receptus sed & cito rejectus est, hinc varia ei bella gerenda. Slesuicum, Holsatiam ac Dithmarsiam obtinuit. *Johannes* cum Svecis & Dithmaris belligeravit, sed sine felici eventu. *Christianus II.* ob tyrannidem in Svecia commissam 1521. repellitur, quorum exemplum imitati Dani eundem in exilium ejiciunt, cumque decennio post regnum recuperare nititur, captus ad perpetuam custodiam damnatur, in qua post 27. annos spiravit. *Fridericus I.* optimus princeps, pace cum Svecis facta & reformationem introduxit. *Christianus III.* in-

*Hadimian Aufrius fuit utaq. 1478.*

*Italia*

lib. 3

rest



a b ter multas turbas, quas reliquæ pontificiorum caussave-  
 rant, post interregnum aliquot annorum, solium regium  
 conscendit. *Fridericus II.* septennale bellum cum Svecis  
 gessit, pacemque in 1570. Dithmarsos subegit, iisque  
 barbaram libertatem 400. annorum, ademit. *Christia-  
 nus IV.* a Svecis laceffitus, arma in eos convertit, adver-  
 so tamen successu, ut prima 1610. ita & altera expedi-  
 tione a. 1647. Eadem quoque fortuna usus in bello Ger-  
 manico ab a. 1624. *Fridericus III.* Svecos bello Poloni-  
 co felici successu occupatos, armis aggreditur, sola in-  
 vidia percitus, cito vero ad duras pacis condiciones ac-  
 cipiendas cogitur. Quem adversum rerum successum  
 compensare potuit, adepta a. 1660. absoluta regni po-  
 tentia, quam Galli *souverainité* appellant. *Christianus V.*  
 vestigia parentis secutus a. 1675. arma Svecis infert, sed  
 nec meliori utitur fortuna. *Fridericus IV.* Holsatiam  
 1700. hostiliter invadit, a Svecis vero Scelandiam  
 irruentibus, deponere arma cogitur. A. 1705. regis <sup>p. 157.</sup>  
 auspiciis Missionarii ad Malabaras proficiscuntur. A. 1708.  
 rex in Italiam iter suscipit; 1709. Svecos in Scania ad-  
 oriuntur Dani, sed anno sequenti clade accepta rejiciuntur,  
 eadem & a. 1712. solium usi ad Gadebuschium. Se-  
 quentibus annis, usque ad 1720. belligeratum fuit cum  
 Svecis in Holsatia, ducatu Bremensi, & in Pomerania.  
 Recentissima addemus per discursum. *Scriptores* huc fa-  
 cientes sunt: SAXO GRAMMATICVS, PONTANVS,  
 MEVRSIVS in *Hist. Danica.* SVANINGII *Chronologia  
 Danica*, TORFEI *Series Dynastiarum & regum Danie*,  
 HOIERI *Dänische Geschichte*; reliquos suppeditabunt DU  
 FRESNOY in *Catalogo*, GRYPHIVS in *Apparatu  
 Script. hist. Sec. XVII.* alii. *Conf. Sæferus in Bibliotheca  
 Historica Dano-Norvegica*  
 VI. NORWEGIAE. Et hic notamus  
 I. *Rationem nominis.* Ex situ regionem hanc, suam ha-  
 bere denominationem, extra dubium est. *Nordenim* Bo-  
 realem plagam designare germanis, constat. *Scriptores*  
 a b dome.

System. Christi regis. Saeculum  
 regis Ch. crudelis, infelicis  
 et exempl. ceteris.



Pericy Uid Stronmi hutor fupmizaba Uoy fupmizaba fupmizaba  
 in yuffra Danemarca yuffra Schweden ad 110 fupmizaba  
 in fupmizaba fupmizaba fupmizaba fupmizaba fupmizaba.

Recentissima Huc spectat matrimonium Regis post mortem  
 suae uxoris cum comite à Löwenklau ad 1721. qua ha-  
 ctenus ut concubina erat usq. Pax cum Suecia facta  
 qua mutuo restituta fere bella ablata. In eandem  
 Regiae civitatis ad 1729 quo potior urbis pars perit.  
 Successio moderni Regis & inauguratio solemnior  
 hujus regimen adhaec dum pacificum fuit sub  
 principe multae uirtutibus illustri.







a b domestici, *Norum* quempiam nominant, & ab eo regnum, ac nomen haic regioni inducunt, licet admodum incerte ac fabulose, illud certum, Norvegiae ut & Daniae ac Svediae incolas, circa a. C. 800. communi *Nordmannorum* nomine Germanis Francisque innotuisse. *Heberm. de Nordmanni. Sæti. ad. p. 242.*

2. *Originem ac natales nationis*, Nordmannos cum vicinis Danis ac Svedis, ejusdem, germanicae videlicet esse originis, vel ex tenore linguae colligitur, quae non nisi dialecto a Danica & Suedica differre dignoscitur.

3. *Dynastias*. Norvagorum regnum, olim suos peculiare habuisse reges potentissimos, & juxta rationem sanguinis succedentes; domestici scriptores affirmant. Primum illorum faciunt *Svidagerum*, qui 200. ante Christum annis, regnum hic fundasse dicitur, cujus successores gigantibus similes describuntur. Circa tempora Caroli M. Norvegiae rex fuit *Gotto*, cujus filia, cum Olao regi Daniae nuberet, regnum ad Danos fuit devolurum, sed *Haraldus* circa a. C. 878. Danicum jugum excussit, a quo series regum XXXII. usque ad *Olaum*, *Margarethe* reginae Daniae filium, quem ex Haquino rege Norvegiae susceperat, descendit, quo defuncto, mater a. 1388. Norvegiam cum Danis conjunxit, in quo statu permansit ad nostra usque tempora. Circa a. 980. Norvegiam invadunt Dani, nec multo post Sveci, quorum rex Magnus II. circa a. 1340. seq. eam acquirit A. 1644. Sveci in Jemptiam irruunt eamque occupant, idem factum & 1748. quo & Bahusii tractum suo subjecerunt imperio. Ab a. 1717. Norvegiam Sveci hostiliter invadunt, adverso tamen successu, anno enim sequenti, Carolo XII. occiso, pedem referre coguntur. *Scriptores* huc spectantes sunt *STURLESONII Chronicon regum Norvegorum*, *RAMI Regnum Nori*, *TORFAEI Historia rerum Norvegicarum*, conferri hic etiam debeat *Scriptores rerum Danicarum & Svedicarum*.

4. *Emigrationes Normannorum & possessiones in exteris*  
a b *oris*. Scandinaviae veteris incolae, communi *Nordmannorum*  
*rum*



a b *rum* nomine celebres, circa a. 800. piraticas excursiones ceperunt, Hiberniam, Belgii ac Galliae litora saepius infestando, possessiones vero fecerunt

a. In *Hibernia*, de qua dictum est pag. 248.

β. In *Gallia*, rege seu duce *Rollone*, (*christianus factus, Robertus* dictus) qui Carolo Simplici rege Galliae, in Frisia, Zeelandia & Neustria, firmas sedes collocarunt, hinc *la Normandie* in Gallia, vid. pag. 229. Suosque ibi *Duces* habuerunt: *Wilhelmus* a subditis pulsus, opera Gallorum restituitur 1047. Idem a. 1066. rex fit Angliae, ut diximus pag. 235. seq. *Robertus* a. 1096. in Palaestinam proficiscitur. Ab Anglis a. 1106. occupatur Normannia, quos ejicit rex Philippus 1192. recipitur vero ab Anglis 1199. *vid. 236.* quos Philippus II. 1204. rursus expellit; & postquam a. 1417. denuo eam occupassent Angli, a Gallis 1450. repulsi iterum fuere, ex quo tempore Gallorum potestati subiecta mansit Normannia. Plura dabunt Scriptores rerum Gallicarum & Anglicarum.

γ. In *Italia*. *Tancredus* Normannus, sub finem Ottonis III. & initium Henrici II. Imp. cum manu Normannorum, ad stipendia contra Saracenos facienda, in Italiam venit, & a Basilio II. Imp. Cpolitano, iniqua praedae divisione circumventus, in *Apulia*, captis aliquot oppidis confedit, ejus filius *Drago* a. 1039. primus *Comes* Apuliae creatus fuit, cujus successores dein & *Calabriam* & *Siciliam*, cum regio nomine, sibi subjecerunt, ut in historia *Italia* dicitur. *291 seq.*

δ In *Anglia*, qua de incurfione & possessione vid. pag. 236.

VII. SVEDIAE. Circa hujus quoque regni historiam notamus sequentia:

1. *Diversas appellationes & earum rationes.* Antiquissimos hujus tractus incolae, *Tacitus* in *Germ.* c. 44. vocat *Sviones*, hinc *Svionia*, & deinceps *Svedia*, *Svecia*, illosque a mascula virtute dictos, domestici scriptores ajunt, nam hodieque vox *Sven* masculum juvenem denotat. Ceterum *Gothi*



ceperant, immo & longe ante nequante apud Græcos Roma  
no usq; ad Hælespontum angustiâ nauibus perstramant  
sed dicti et profugati fuerunt.

Epianq; fides Fulgallia jam dicitur à Caroli crassi acuo ma-  
jorâ Normannorum nomen fuit simplex, utro ita illos  
recepit, ut Epianæ religioni addicti degen se agnosce-  
rent, et ab eo LL & Magistratû acciperent.

Wilhelmus ite quinto gradu à Roberto 1º genisauum du-  
cebat, ex pellice natum fuisse supra diximus posteror  
p 236 ad idem

appellationes Sæpi Suedi uernacula sua patriam  
suam uocant Sverige: uocem Suedia nonnulli  
componant, ex uocē Suen. et öde Quasi terra Sæ-  
onum.



Regnum Et quidem in illis partibus ubi adhuc Offel Woff  
Gothia tenentur, sed de hoc regno, egypti regibus pariter  
certi dies potest praeter eos quae hinc persequuntur.

connumerat Interim hic quoque repeti debent, quae  
supra p. 243 de Danis dixerim, praeter ad Suedos etiam  
applicari.

antiquum Sci. sine omni fundamento. Hinc Puffen-  
dorff in introductione in Hist. medicam dicit Solannam M.  
in Hist. sua Suevica et Lapponum Grammaticam in  
Hist. Danica per aemulationem gentis suae historiae  
tam antiquam uenditasse, ut uterque in uenditi-  
one merito dicatur.

Interregnum Non est quidem sensu, quasi rex cum ipso  
placuit conuenit capite, uerum quod illo tempore Araste-  
ruac rex fuerit, nunc ruffus gubernator regni, qui sus-  
tulente & hinc per annos 50. durauit.



a b *ibi* etiam Svionum gens fuere, licet peculiare in Scandinavia constituerent regnum, quod modo conjunctum, modo avulsum, modo rursus, & quidem ultima vice, conjunctum cum regno Svediae fuit circa a. C. 1260.

2. *Originem nationis.* Svedos jam olim inter Germaniae Magnae & transmarinae gentes fuisse connumeratos, ex antiquis scriptoribus constat, neque id sine ratione, ex linguae enim tenore liquido patescit, Svedos cum cognatis Gethis, vicinisque Danis, ejusdem esse originis, conf. SPENERI *Notitia Germ. ant. & medii aevi Lib. V. c. 6.*

3. *Dynastias.* Regnum Svecorum, valde antiquum faciunt scriptores domestici, suosque reges a *Magogo* nepote Noachi, stupenda audacia deducunt, certior historia incipit a temporibus *Biorni IV.* qui foederatus fuit *Caroli M.* contra Danos, primusque rex Christianus; Dynastiae igitur sunt sequentes:

a. *Regum Domesticorum,* a prima regni origine ad *Magnum III.* qui fuit rex CXXXIV. de quibus parum, quod commemorari dignum sit, constat.

b. *Regum exterarum,* ex variis domibus, e quibus *Albertus* <sup>p. 248</sup> Dux Megapolitanus, regis Magni III. ex sorore nepos, 1363. electus fuit, qui dum Norvegiam recuperare nititur, a *Margaretha* regina Danica vincitur & capitur 1396. ex quo tempore Svedis etiam imperavit *Margaretha.* Ea demortua, Sueci *Ericum* ducem Pomeraniae eligunt, qui post 42. annorum imperium, bellisque multis peractum, in patriam revertitur. *Christophorus* *Erici* ex sorore nepos, a Danis eligitur 1438. ac brevi post a Suecis etiam recipitur. *Carolus VIII.* senatoris *Canuti Bonde* filius a. 1448. electus, factione clericorum, *Christiano I.* regi Danorum cedere locum cogitur, quem post 7. annos rursus repudiant *Carolus*que restitunt, unde varia bella & motus exort.

γ. *Interregnum* sequitur annorum LIII. *Carolo* an. 1470. defuncto, regni *Gubernator* constituitur *Steno Sture,* brevā

li

tamen



a b tamen post, Sueci a. 1483. *Iohanni* Daniæ regi sese submitunt, sed & bello civili cruento, aniam suppeditant; *Stenone* 1512. demortuo, *Christianus II.* armis Sveciam invadit, cum vero immanissime in proceres faviret, bello regem 1521. aggressum e regno ejiciunt. *p. 245*  
 d. Rursus domesticorum, & quidem ex familia *Wasorum*, a *Gustavo I.* 1523. ad *Christinam*; quorum nexus genealogicus ita se habet:

<i>Gustavus I.</i>			
1523. † 1560.			
<i>Ericus XIV</i> dejectus 1568. <i>Erici XII</i> <i>Victorinæ</i> Regis	<i>Iohannes</i> † 1592.   <i>Sigismundus</i> dejectus 1600.	<i>Carolus IX.</i> † 1611.   <i>Catharina</i> ux. <i>Iohan.</i> <i>Casimiri</i> Com. <i>Palat.</i>	<i>Gustavus Adolphus</i> † 1632.   <i>Christina</i> resignat 1654. † 1689.

*Gustavus I.* linea materna ex regio sanguine ortum ducens, *Trokius* a familia, *de Wasa* a sede in Finnia, dictus fuit; turbis illis internis a. 1521. Gubernator regni factus & biennio post regnum adipiscitur, & quidem hereditario titulo ad posterum transmittendum, cum *Russis* feliciter bellavit, civiles dissidias extinxit, reformationem, non tamen sine tumultu introduxit. *Ericus XIV.* hostes expertus est *Danos* & *Polonos*, cumque indigna se multa commisisset, a fratribus in vincula conjectus obiit. *Iohannes* pace cum *Danis* facta, *Russos* bello aggressos vincit. *Sigismundus* a *Polonis* electus, hereditarium *Sveciæ* regnum amittit. *Carolus IX.* cum *Danis*, *Poionis* & *Russis* bella gessit, variante, ut fit, fortuna. *Gustavo Adolpho* cum iisdem hostibus belligerandum fuit, felici satis eventu; pace cum singulis facta a. 1630. *Germaniæ* rebus se immiscuit, successu plane admirabili, usque ad a. 1632. quo victor ad *Luzenam* pugnans, occubuit, incertum cujus manu. *Christina* anno ætatis octavo succedit;

a b

dit;

*Wasa in Lingua Suecica dicitur*  
*Wasa in Lingua Suecica dicitur*



Haereditario Et id quidam ex ea ratione, ut Danz de Sue-  
cia cogitanda, omnis spes praecluderet, quod feliciter eventu  
factum est.

Occubuit Quae circa res gestas Gustavi Adolphi in genere  
tum in spei de eij morte scita sunt necessaria in com-  
pendio propinavit Mittag in Libro Gustavi Adolphi, ma-  
jori vero apparatus Puffendorffii in libro Suevicorum



Pacificacionibus Et quidam cum<sup>2</sup> Paris pace Hassiacis, cum Polo  
nis pace Silesiensi, res vero hujus regis ex inscripto descripsit  
Puffendorffig.



a b dit, sub tutoribus regnans; ejus auspiciis bellum in Germania continuatur, & conficitur pace Westfalica a. 1648. interea, nimio, quam reginam decebat, ardore in antiquitatum & literarum studia, in religione avitate incipit, regnoque a. 1654. abdicato, Carolum Gustavum, patris ex sorore nepotem, successorem declarat, quibus peractis, relicta Svecia iter versus Romam ingreditur, Bruxellis prima feria Nativitatis Christi, Romanae religioni se addicit; Romam a. 1655. ingressa, summa cum pompa ad Pontificem introducit. Deinceps an. 1660. de morte Caroli Gustavi edocta, Sveciam repetit, postulatque ab ordinibus, ut sibi jus in regni successionem reservarent, quod cum illi publico diplomate recusarent, indignabunda Romam revertitur.

6. Rursus exterorum, & quidem  
 1. ex familia Palatina, a Carolo Gustavo, cujus posteritatem sequens Tab. proponit:

Carolus Gustavus  
 rex 1654. † 1660.

Carolus XI.  
 † 1697.

Carolus  
 Landgrav.  
 Hassiae.

Hedwig Sophia  
 ux. Friderici V.  
 Duc. Holsat.

Carolus XII.  
 † 1718.

Ulrica Eleonora  
 n. 1688. regina  
 1719.

Fridericus  
 rex hod.  
 ab a. 1720.  
 n. 1676.

Carolus Fridericus  
 n. 1700. ~~hodie~~ † 1789

Carolus Gustavus regnum a Christina resignatum adiit; cum Polonis & Danis, horumque confederatis bellum gessit magno cum successu, quod pacificationibus finit Carolus XI. Hoc regnante Bremensis urbs infestatur, miles Svecius ditiones Brandenburgicas hostiliter invadit, quem tamen felici successu Elector rejicit, armaque in Pomeraniam transfert, idem confederati ejus in Ducatu Bremensi & ad Vismariam faciunt; pax tamen 1679. insecuta, rur-

*Legit. h. Anonymi. Historie des Antiquaire de la  
 Reine Christine. Anon. sur. l'histoire de la Reine  
 Christine. par. l'abbé Giffart. Paris. 1714. p. 187.  
 Reliqua dabit Supplementum in reg. Svecicis*

*videt. Giffart. p. 186.*

*p. 259*



*Uellum quod Carolus de Suedia  
gestit in reb. gest. Sued. a. 1697.*

*Carolus XI. deliquit  
in scribit. Hist. in reb. gest.  
Sued. a. 1697.*

*Catena hujus Regis Caroli de  
Scribit. Hist. in reb. gest.  
Sued. a. 1697.*

*Conditiones ejus leg. in reb. gest.  
Sued. a. 1697. in reb. gest.  
Sued. a. 1697.*

b sus omnia Svecis ablata restituit. Dehinc summam potentiam Carolus sibi acquisivit; reductionem honorum regalium tentavit in Livonia, aliisque ditionibus. Contra Gallos auxiliares copias misit, sed & pacem 1697. suo interventu composuit. Carolus XII. ab an. 1700. bello Danico, Russico & Polonico implicatus, rebusque ad an. 1709. admirabili successu gestis, magnam sibi acquirit famam & auctoritatem; a. 1706. Saxoniam ingreditur, paceque insecuta, contra Russos arma convertit, adverso tamen eventu, a. enim 1709. ad Pultavam magna clade victus, omnibus amissis, in Turciam se recipere cogitur, ubi varia fortuna usus hæsit, usque ad a. 1714. quo Stralsundiam reversus, anno seq. a. confederatis suis hostibus oppugnatur; in Sueciam summo discrimine elapsus, ab a. 1716. Norvegiam aggreditur, sine tamen sperato successu, usque dum heros incomparabilis a. 1718. in oppugnatione Fridrichstadii caderet, incertum tamen cujus manu. Successit soror Ulrica Eleonora soror, sub cujus auspicio a 1719. mutatam novimus formam regni Suedici.

2. Ex familia Hassiaca, duxerat Eleonora jam dum a. 1715. in matrimonium, Fridericum Landgravium Hassiæ, quem Status & Ordines regni Suedici a. 1720. in solium regium evexerunt; his regnantibus pax insecuta an. 1720. seq. Scriptores huc spectantes sunt IO. MAGNVS in Historia Gothorum Svecorumque; ERICI OLAI, IOH. LOCCENI Historia Svecana; particulares dabunt DU FRESNOY in Catalogo, GRYPHVS in Apparatu script. sec. XVII.

#### VIII. RVSSTAE. Ubi notamus

1. *Rationem Nominum.* Regio ipsa & gens late diffusa, unde nomen habeant, disquiritur, Slavica historia Russos a *Russa* Lechi fratre, dictos esse narrat, qui in his tractibus sedem fixerit; *Russia alba* ad distinctionem nigrae & rubrae, quæ Poloniæ regni finibus complectuntur. *Moscovi* a flumine *Moscua*, ad quod pars quædam Russorum

rum



Volentia ad huc sup. p. 246 in Hist. Dan. de iur. eadem ceteris paribus  
sic intelligenda sunt, sed illa formula de iur. usque ad annum 1718  
qua de re infra.

ventum in Suecia sua proficit: Nos ita scilicet sub  
eximine spinarum ad domania regia donati. obtinenti. aliosq. modis  
dissipata erant. ipsi nunc Carollia puerina. parua redierunt ad  
laborabat, sed ex successu ut regibus ipa in Suecia formis  
erit, ad bellum post eam non oportuit: cui putant acta  
uonica in nauis collecta aliquot Formis.

Barthol. XII. Hujus uita de iur. in Lib. (scilicet XII).  
Voltaire gallico sermone in aula Svecy gessit. Car. XII. in An.  
in uale porta Ottomannica recessit, ex hoc quae sua serua  
in Turcia gessit. Aristophiles in his Raynaulton in  
una Gosaugus Schuon in Russland. de statu illo  
rud qui in Siberiam et Tartariam deportati et uol  
nos instruit.

Formam Conf. hic. Neibelbat in diff. de formula regni  
Sueciae ad 1654 collata cum illa de ad 1719.

enerunt. His tamen conditi. ut religionem reformatam  
cum Lutherana mutaret, et nouam regni formam  
liberaret quod & factum.

narrat. Haec tamen ut III fratres ex Asia cum suis primum  
perfer. hoc & uicinos Hacty octupauerunt, Russy  
quidam Moscouiam, Lechy Poloniam, Czechy Bohemiam.

64  
48  
7

A



depingit hoc testat eandem linguam quae communis e. Polonis, Bo-  
hemis, et omnibus Mitt: alijs Slavicijs. hac tantum cum differe-  
ntia, quod Russi charactero graeco utantur et ecclesiarum  
illi etiam sint additi: reliqui talium utuntur litterarum  
plurimae sunt catholici aut. dicitur in hoc scripto: de Golafin  
lib. Cap. 100 de Russi. Praef.

Hodierni Russi Hist. suae Systema ita adumbrant

**I** Historia antiqua

- 1. Sub principibus ante assumptum
- 2. Sub principibus a nato isto ad aduentum Waregionum principum, de quibus nihil certi

**II** Historia media quae continet res

- 1. Sub duobus Russorum ab a. 862 - 970 num. 11 inter quos Rurik
- 2. Sub magnis Ducibus ab a. 980 - 1157. inter quos Rurici filius  
Istis factis Galitii nomen gessit, cum 22 successoribus
- 3. Sub schismate magno, quo Russorum regnum divisum fuit  
in tres
  - 1. Magnos Duces Rurici filii fuerunt  
a. Liberi ab a. 1157 ad 1330 num. 22
  - b. Tributarii Lithuanis ab a. 1330. hi fuerunt  
c. Palatini Lithuanis  
d. Palatini Lithuanis. Polonia ab a. 1471 ad 1569  
y ont etiam res publica s. facorum ab a. 1569
  - 2. Magnos duces Wladimirenses, qui sederunt ab a. 1157  
Wladimiri num. 21 ab a. 1157 ad 1338
  - 3. Moscoviae num. 16 ab a. 1338 ad 1506. hi hanc dicitur

**III** Historia recentior ab a. 1506 ad nostra tempora ubi not.

- A. Interregnum ab a. 1506 ad 1613.
- B. post interregnum quo interuallo regnarunt
  - 1. Russorum Czarum ab 1613. ad 1721
  - 2. Russorum Imperatorum ab a. 1721. ad 1740.



rum confedit, arcemque ac urbem *Mosca* condidit, quae appellatio inoluit, quum *Iohannes* Dux, primus sedem in urbem *Moscam* transferret, sed eum nomen *Moscovitarum* nimis angustum esset, auctoritate Imperatoris *Petri I.* & post fata *maximi*, ab an. 1711. in desuetudinem venit; quos igitur olim satis inepte *Moscovitas*, hodie *Ruffos* accurate nominamus.

2. *Natales & Originem Nationis.* *Ruffos* gentem esse *Slavonicam* diximus pag. 205. nec quisquam est, qui hoc inficietur.

3. *Dynastias*, & quidem

a. *Statu Antiquissimo* ad a. 860. qui ob defectum scriptorum nos plane latet.

b. *Statu certiori*, qui incipit circa a. 860. & tres habet periodos

1. *Principum ethnicorum*, a *Rurico*, qui circa a. 860. cum fratribus *Sinai* & *Truvore*, in *Russia* regnum condidisse fertur, ad *Volodimirum*, qui a. 989. religionem christianam secundum ritus *Græcorum* amplexus, *Basilius* dictus est.

2. *Principum christianorum*, qui triplicis sunt generis

a. *Liberi*, a *Basilio* ad *Georgium II.* qui cum *Svecis*, *Græcis* & *Polonis*, varia bella gesserunt.

b. *Vasalli & tributarii Tartarorum*, a *Georgio II.* qui a. 1224. a *Tartaris* victus, & cum tota *Russia* subjugatus fuit, ad *Iohannem M.* ab a. 1450. regnantem.

γ. *Rursus liberi* a *Iohanne M.* qui *Tartarorum* jugum penitus excussit, *Ruffos*que in libertatem vindicavit, cuius posterii, fasces in hac gente tenuerunt hoc ordine: *Iohanni* successit a. 1492. *Basilius*, qui cum *Tartaris* & *Polonis* gravia bella gessit; idem & de *Iohanne Basilide* tenendum, qui successit 1533. & ob tyrannidem a nonnullis diffamatur, ab aliis defenditur. Filius ejus *Theodorus* ab

a. 1584. regnavit, & post funestum bellum cum *Svecis*, pacem firmavit, eo sine prole demortuo, *Boris Gudenov* regnum ad se rapuit, & inter multas turbas tenuit usque ad an.

1605.

1605.

*3. Hist. ubi demonstrat ante  
XV. aetate esse de rebz  
quosdam, interea ipsi Russi illon.  
Sibi ac uo multo prodigiosa  
hasteng ignora.*

*Religion*

*Sed curd opusat Iohannem Basilide  
pologu pro Iohanne Basilide*



a b 1605. ex quo ad a. 1613. immanes & crudeles de regno, inter XII. competitores, disceptationes contigere, quas in usus suos convertebant Poloni & Sveci, Russiamque haud simplici vice armis infestabant, duravit lacer ille Russorum status usque ad a. 1613. quo *Michael Foederowiz*, Iohannis Basilidis ex filia *Iconomasia* nepos, felici auspicio eligere-  
 tut, qui turbas civiles sedavit, pacem cum Svecis sanxit, regnumque ad posteros transmisit, quorum series hæc est:

*Iohannes Basilides*

1

*Iconomasia*

ux. Iædoris Mi-  
 Kitewiz Patriarchæ

1

*Michael Foederowiz*  
 electus 1613. † 1645.

1

*Alexius Michaelowiz*  
 † 1676.

<i>Fædor Alexieviz</i> † 1682.	<i>Ivan Alexieviz</i> † 1696.	<i>Sophia</i> † 1704.	<i>Petrus I.</i> † 1725.
-----------------------------------	----------------------------------	--------------------------	-----------------------------

<i>Catharina</i> ux. D. Mecklenb.	<i>Anna</i> ux. D. Curlandiz. <small>Duc. 1720 + 1740</small>	<i>Alexius Petroviz</i> † 1718.	<i>Anna Elisabetha</i> ux. D. Holfat. n. 1710. † 1728.
<i>Anna</i> ux. Anton. Duc. Brasav.		<i>Petrus II.</i> n. 1715. † 1730.	<i>Carl Petrus</i> n. 1728.

*Juan*  
*Alexius* sedatis turbis internis, Polonos & Svecos armis ag-  
 gressus est, felici satis successu, ex quo celebrior Russia  
 apud exteros facta est. *Fædor* s. *Theodorus* post aliquot  
 annorum bellum, cum Polonis & Turcis feliciter gestum,  
 veneni suspicione obiit, quam ob rem horrendi tumultus,  
 rapinæ ac crudeles cædes multorum contigerunt. Quibus  
 sedatis, fratres *Ivan* & *Petrus* coronati fuere, qui bellum  
 contra Turcas gesserunt sine tamen magno successu. De-  
 tecta a. 1689. nefaria conspiratione, *Ivan* cum sorore *So-  
 phia* in monasterium concedunt; ex quo tempore solus re-  
 gnavit *Petrus I.* rebus pace & bello gestis revera *Magnus*;

civis

*Lige hic Schlesiſingr haſt iuſt an  
 ſtaud in hie pland. unthraſtan  
 Peto, Sophia 20 1700 in 8.*



Competitorum Fundamentum totiq. controversiae in eo consistit  
an Theodorus filius minorum reliquint regna? quod non sit firma  
sententia, dicitur de metrum omninoque in mense hunc fuisse abdi-  
cavit secus et postea Honorii scribit, qui non negant  
principem juvenibus et Honorio fuisse necatam solentant.  
Alia aliquot Huius Demetrii ex,angebant, de summa re-  
rum concordantibus, ut, dicitur omnes e medio sublatis in-  
feriuntur Michaeli a Felice fuisse transfere,  
coromaria. Fla quidem uel, garet genealogia ipsi uero.  
Puffi negant, hanc principem fuisse filiam Bassilii  
1000 Strahleberg in d. d. v. s. h. u. n. i. g. non Ruffilam  
pag 174. ubi alii plane nega genealogia certit, illud  
estra dubium Patriarcham illud inq. illustri Genta  
Romano originem ducere.

fratres qui uno quidam patres sed diuersis matribus  
geniti erant p. h. o. q. posteriori reliqui omnes ex prior.  
matrimoniis



F. 228<sup>o</sup> 866.

F. qui uisus israelidis in figa  
10. 11. 12.

Fr. II. Et quidam usq. ad annum 1730 quo de mortuo. in solium erecta  
et Anna Duani filia quae magna cura nominis sui fama  
regnavit usq. ad annum 1740. et q. enim auspiciis Russi bellige-  
raverunt cum Turcis & Tartaris. Rapendo lup. succ. suus q. de  
ad annum 1739 quo per insequuta cu. q. conditiones adhuc  
dund. spectant. Breui ante mortem successor de signatq.  
et Annae filij duang breui ante obitum imperatoris natiq.  
cui eadem imposuit protectorem perlandiae ducem. hunc  
vero ordines. Alforda ep. praegnantibus occulsi. q. in illa  
dispositus in Siberiam. et a miserent. o. u. o. filij sui  
II. filia fratrisq. II. et domino de Bismarck qui Vice. Jauer.  
nec in Regas. Tutela uero principis minorum una  
cum regimine matris suae obtulerent, quo cum successu  
temp. doretur.



a b  
 cuius regimen majora nos edocuit, quam brevis hæc pagella capere possit; a. 1696. Asoffum expugnavit, 1697. seq. iter in exteras oras ingreditur, redux in rebelles se vere animadvertit. Ab a. 1700. cum Svecis bellavit, interea imperium suum, viris doctrina claris & re militari ac œconomica peritis, ex variis orbis partibus accitis, exornat, gentemque suam ex barbarie transformat, variis legibus latis & novis institutis introductis. A. 1709. Svecos ad Pultavam internécina clade vincit; ab a. 1720. in Pomerania & vicinis oris, denique in Finlandia, Livonia, imo & in mari Balthico victricia arma circumfert; Extructo Petroburgo, classeque valida comparata, terrorem vicinis incutit, Fata filii sui incidunt in a. 1718. Petro demortuo, summa rerum rediit ad uxorem *Catharinam*, quæ magna cum laude regnat ad a. 1727. ex quo tempore fasces tenuit *Petrus II.* Petri I. nepos, ~~hæc sunt~~ *Scriptores* hac facientes sunt FREHERI *Scriptores rerum Moscoviticarum*, TREVERI *Einleitung zur Moscovitischen Historie*, WEBERI *verändertes, Russland*, Anonymi *Leben und Thaten Petri I. Staat von Russland*; Particulares dabunt *Catalogi* Du Fresnoy & Dn. Menckii, GRYPHII *Apparatus ad Script. sec. XVII.* & TREVERVS sub fin. libri citati.

IX. TARTARIAE. De nomine & divisione Tartarorum diximus pag. 148. ubi doctum quoque fuit, duplicem esse Tartariam, Orientalem seu Asiaticam, & Occidentalem seu Europæam; illius historiam pro virili dedimus *Loc. cit.* nunc *Europæos* Tartaros breviter perlustramus, atque sic notamus

1. *Situm Tartarie minoris s. Europææ*, qui est inter Pontum Euxinum, paludem Mæotidiam, Russiam, Volhyniam, Podoliam, Moldaviam & Bulgariam, v. *Homanni Charta*.

2. *Divisionem*. Dividuntur Tartari Europæi in *Precopenses* seu *Crimenses*, qui Chersonesum Tauricam inhabitant, a *Cremo* & *Precopia*, præcipuis civitatibus & arcibus ita dicti, *Oczakovienses* ab oppido *Oczakov*, *Bialogrodenenses*.

*tribus nunc partibus consistit*

*Adiuncte hinc referre du p. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.*



<sup>a</sup> <sup>b</sup> *denses*, ab urbe *Bialogrod* in ora Euxini maris, inter ostia Boristhenis & Tyræ; *Budziacenses* inter ostia Tyræ & Danubii, in Bessarabiæ parte orientali, *Dobrucienses* inter Danubium & mare Euxinum.

<sup>γ</sup>. *IncurSIONES ex Asia in Europam, ibique factas possessiones.* Quando primum Tartari in his regionibus confederint, haud satis certo constat, interim sub initium sec. XIII, factum esse, magnus est scriptorum consensus; maxime probabile est, Tartaros occasione famosæ illius expeditionis, quam *Batu*, nepos magni Zingis-Han versus Europam, initio sec. XIII. suscipit, in Crimia confedisse, ac deinceps reliquos circumjacentes tractus occupasse, ab eo enim tempore, multa illorum mentio occurrit in historia Poloniæ & Hungariæ.

<sup>δ</sup>. *Statum Publicum atque res gestas Tartarorum.* Ex quo hordæ istæ Tartarorum, ab Asiaticorum corpore sese separarunt, peculiarem sibi regem, quem nomine appellativo *Han* vocant, elegerunt, quorum primum diverse assignant auctores, Polonici scribunt, Duces Lithuanicæ, domitis Tartaris principes dedisse, ex quibus unus *Atzkirei*, qui regnavit ab a. 1452. ad 69. a quo stirps *Kireorum*, & omnes *Hani Kirei* dicti. Sub *Mechmet Kirei*, Amurathes Turcarum Imp. a. 1584. Crimeam subegit, a quo tempore *Hani Tartarorum* a Turcis eliguntur, ipsique Tartari Turcorum socii federati facti. Excursiones & rapinas Tartarorum, rerum Polonicarum & Hungaricarum scriptores dabunt. Reliqua & ad recentiora tempora spectantia, qui in tanta relationum varietate imo & penuria dare potuerit, nemo hactenus reperit fuit. Ad sec. XVI. pertinentia proponunt JOVIVS & THVANVS, conf. HORNII *Arca Noë* pag. 270. seq.

X. POLONIAE. Ubi notamus

<sup>a</sup> <sup>b</sup> I. *Rationem nominis*, quam regionem antiqui *Sarmatiam* dixerunt, ea ab ingressu Slavorum *Polonia* fuit appellata, ratio



Consequa. Ab illo saepe tempore primum inchoa fit Tartarorum  
in Crispa, Polonica & Hungarica, quas regiones claudibus ab Tartaris  
tibi inflictae hanc quidem nosse didicerunt.

Successit. Ille Tartarorum princeps Zingis Khan impensum in Italia  
circa finem s. XII. condidit, quod post ejus mortem in partes iuit  
quarum una in his Europae finibus nostrum regnum fundavit illud  
De la Croix & Sarras de Zingis Khan & de Hungaria in s. XII.  
Heringus ad Russiam.

federali facti. Ita ut hanc Tartarorum tempore belli supplicia ferre  
hanc, Tartarorum Sultanus, quae hanc & ipse ab illo potest expecta-  
re, immo ita pactum hunc fuit, ut Tartari suam successione habeant  
si domus Ottomanica proterea extinguitur.

Reperit fuit. Hinc sequitur & numerum Romanorum et aonica successi-  
onem, nos ignorare, praeter enim ea quae ea relett. publicis  
subinde nobis exeniant nihil certi nobis constat. Zingis Khan  
perum cum Rusia dabunt libri mensuris praesertim de his  
Rusis, Sarmis, & reliqui



de Piasto Atq; hujus domini nomen propter eijus pacatum regnum  
tam factum & sanctum permansit. ut coronam regni sui per  
multa secula necesse imponerent. nisi originem diceret  
piasto etiam per focalineam lineam.

Germanorum Ita voluit Germani iud. Paring. de finibus  
Imperii Lauterbach in An. Soluisfron Gronick praefatione pla  
ra huc spectantia habet.



a b ratione non satis comperta, vid. HARTKNOCHIVS *de Republica Polonia* L. 1. c. 2.

II. *Originem Nationis.* Polonos natione & origine Slavos esse, illorum lingua satis edocet, regni seu reipublicæ originem ponunt in an. 550. quo *Lechus* dux Slavorum, cum valida advenarum manu accessit, priscis Sarmatis aut exturbatis, aut in societatem acceptis.

III. *Dynastias.* Periodos regni Polonici diversimode assignant scriptores, nos accuratiores sequimur, adeoque notamus Dynastiam

[1. *Mixtam*, a *Lecho* conditore reipublicæ ad a. 830. qua periodo variis administratoribus, modo *despotice*, modo *aristocratice* gubernata fuit Polonia, sub *ducibus* & *Woyvodis*, a *Lecho* ad *Popielum II.* num. VII. cum interjectis XXIV. *Woyvodis*; ubi tamen multa sane fabulosa, multa incerta occurrunt apud nonnullos gentis hujus Scriptores.

[2. *Piasteam*, a *Piasto* Crusvicæ oppidano, ad quem, devorato a muribus *Popielo*, fasces regni hujus delati sunt a. 842. Hæc periodus complectitur

a. *Duces* seu *Principes*, a *Piasto* ad *Mieczislaum I.* qui primus religionem christianam professus est a. 976. h. e. ab a. 842. ad 999. num. V. de quibus parum memorabile gestum legimus, præter *Ziemovitium*, qui regno *Moraviæ* finem inposuisse scribitur, *ad Judiciaque* *Commo III.* ubi observatio loci

b. *Reges*, a *Boleslao I.* a. 999. primo rege, ad *Boleslaum II.* qui a. 1079. ob interfectum S. *Stanislaum* episcopum *Cracov.* ejectus fuit, circa a. 1082. num. IV. Disputatur hic multum de *regis titulo*, an ille a *Germanorum* regibus fuerit collatus, & quo jure, denique, an *Poloni* unquam *Imperio Germanorum* fuerint obnoxii? v. HARTKNOCH. *Loc. cit.* S. 8. seqq. SCHVLZIVS *de Polonia nunquam tributaria.* Ut ut sit, hac periodo multum fuit belligeratum cum *Prussis*, *Russis*, *Bohemis*, imo & *Germanis*, aliter vero

Kk

horum,

*ad p. 205.*  
*ad p. 205.*  
*ad p. 205.*

a b c



a b c

horum, aliter Polonorum scriptoribus, successus describentibus.

γ. Iterum *Duces*, a *Vladislao I.* exacti regis fratre, ad *Lescum nigrum* num. X. ab a. 1082. ad 1295. Hac periodo, subortis turbis, Polonia in multas partes scinditur, qua occasione Tartari invadunt, ferro & flamma omnia vastantes. p. 256

δ. Iterum *Reges*, a *Premislao*, quia, 1295. de nova Regiam dignitatem condidit, usque ad Ludovicum an. 1382. demortuum, num. VI. Hi cum vicinis quaque versum varia bella gesserunt, *Ludovicus* rex Hungariz, parum de Polonia sollicitus, ultimus fuit ex *Piaftis*. *Sequitur Lineam masculinam*

3. *Iagellonicam*, quam inchoavit *Iagello*, (in Baptismo *Vladislaus II.* dictus) Magnus Dux Lithuaniz, ducta in matrimonium *Hedwige* Ludovici regis filiz, & destinatae Poloniarum reginaz; duravit haec periodus ab a. 1386. ad 1571. quo *Sigismundus Augustus, VII.* ex *Iagellonidis* mortuus, hanc dynastiam clausit. *Vladislaus III.* <sup>infelix</sup> evocatus ad regnum Hungariz, a Turcis ex- p. 265  
sus est 1444. Sequitur *Interregnum* annorum 3. Tandem eligitur *Casimirus IV.* <sup>frater</sup> qui incredibili felicitate Poloniam ab Hungaris, Moldavis, Militibusque Teutonicis defendit. Infelix contra filius *Iobannes Albertus*, paulo felicior adversus Russos & Tartaros *Alexander* <sup>frater</sup>  
a. 1501. Cui successit frater *Sigismundus* an. 1507. prospere cum Turcis, Tartaris & Russis pugnavit. Ejus filius *Sigismundus Augustus*, variis turbis in causa religionis implicatur, hoc regnante Prussia & Curlandia sunt ducatus. p. 260  
Eo demortuo 1571. sequitur *Interregnum* ad a. 1574.

4. Ex variis familiis partim *exteris*, partim *domesticis*, quales fuerunt *Henricus* gallus 1574. *Stephanus Bathori* Hungarus

rus

hinc a die intelligi quod p. 260  
ritatem masculinam



offert. Impiis cum Bohemis qui ad. 1355 omnia Silesiam  
Bohemis relinquere coacti sunt hinc p. 272.

Religionis Co enim regnante Poloni nonnulli Lutheranism alii reforma  
ad religionem susceperant, qui adhuc dum in Polonia diffidenter uerant.  
omni modum libertatem suam adepti erant, cum tempore uero uarie  
ueniret affligi, et successiuè ab omnibus officiis exclusi qui remanere  
ad huc dicuntur. Sicut Stattenoch. in des. Silesia. Historie.  
Vollandia tota provincia spectabat ad ordinem cisterciensium in Si  
onia, quorum ultimus capitul. Kettler mutata religione et habitu, Pol  
nia se se submitit ea conditione ut diocesis Croaciae Polonicae, prouinc  
Vollandia haberet cum suis possit, ultimus horum fuit Ferdinandus ante  
Cricianum mortuus sine prole, in cuius locum Imperatrix rufforum  
substituit Pirsonium de cuius fato recentissimae relationes ad diēbus  
huc uastauerunt. Ad Suctonij subitibus quos Naath Capto Casleat  
familia Sigismundi Augusti sine prole decessit duo; tamen reliquit  
sorores Catharina Johannis regi Sacciae uxorem cuius filius fuit Si  
gismundus III uid p. 280. hic 2 filios reliquit, Vladislaum III. et Joannem Sa  
liminum de quibus pag. sequenti, altera proli Sigismundi Augusti fuit  
Anna uxor Stephani Bathoris de qua in pag.



Stasifles ad Demotus Augustus ad 1753. filij ejus Augustus III.

celeberrimam libellissimam Poloniam ream, quippe qui statum militarem  
in meliorem formam reducit, usumque Latinae linguae apud Polo-  
nos int. reducit, multasque leges populo utiliter tulit.

Hudet. Stasifles inter scholasticos et diffidentes multas fuerat tra-  
ctas, has componere videbat rex in publico colloquio caritativo Sa-  
ni in Prussia sed sine sperato eventu ut prolixo nos edocet.  
Hartknoch in his Histor. Lit. Hist. de bello sua Tartarorum &  
Cossacorum ad boachum Pistoris singul. descript.

ingressus. Nam omnia enarrat Brand in libro Stasifles 7.

gent. causas iustitias, rerum pericula lege in his Histor. Lit. de  
his Histor. Lit. Revolutionem qui liber auctoritate Augusti prodit.

Latinae Lex hic in fuisse. Tam ad annum 1753. et  
imprimis. Quia Jura publici Tomo VIII. ubi plura inveniunt  
prolixo vero hanc auctor nosse descripsit in his Histor. Lit.  
Nam Tumultus in Thora in his Histor. Lit. de sequentibus.



a b rus 1576. *Sigismundus* Svecus 1587. cui successerunt fi-  
 lli *Vladislaus IV.* 1632. et *Ioh. Casimirus* 1648. *Michael*  
 Polonus 1669. *Iohannes* Polonus 1674. *Augustus* Saxo  
 1697. cum interjecto *Stanislae* ab a. 1704. *Henricus* *Valesius*,  
 accepto nuntio de morte fratris *Caroli IX.* post regimen  
 sex mensium, clam ad lares patrios discessit; Sequitur *In-*  
*terregnum* consuetis turbis plenum. *Stephanus Bathori* ex  
 Principe *Transilvaniae* thronum conscendit, rebus non  
 minus bello cum *Dantiscanis*, *Tartaris*, *Turcis*, *Russis* &  
*Svecis* feliciter peracto, quam domi pace praclare gestis,  
 celeberrimus. *Sigismundus* regno *Sveciae* excidit, hinc  
 diuturnum inter *Polonos* & *Suecos* bellum; domi etiam  
 turbis & caedibus omnia plena, rege a nutu *Iesuitarum*  
 pendente; bellatum etiam cum *Turcis* & *Tartaris*, varian-  
 te, ut fit fortuna. *Vladislaus* princeps pacificus bellis tot  
 compositis, contentiones quoque in religione an. 1645.  
 componere studet, licet, sine effectu. *Iohannes Casimirus*  
 ex *Cardinale* rex factus, infinitis undiquaque bellis ex-  
 ternis & civilibus implicitus, regnum a. 1668. abdicat &  
 in *Galliam* secedit, ibique inglorius in monasterio mo-  
 ritur. *Michaël Wiesnoviky* diu reclamans eligitur, cui ta-  
 men, aequae ac antecessori parum fortuna favit, motibus ci-  
 vilibus & bellis cum *Turcis* vexatus. *Iohannes Sobiesky* se-  
 datis turbis regni, *Turcas* ad pacis condiciones coegit, eos-  
 que ab obsidione *Viennensi* 1683. repellit. *Fridericus Au-*  
*gustus* *Elector Saxoniae*, rejecto a plerisque *Condeo* eligi-  
 tur; ab a. 1700. bellum cum *Svecis* de *Livonia* oritur, ad-  
 verso tamen adeo successu ut nonnulli *Polonorum*, reje-  
 cto legitimo rege, *Stanislaum Leszcynsky* 1704. eligerent;  
 a *Russis* ad *Pultavam* *Svecis*, *Augustus* iterum *Poloniam* in-  
 gressus est; a. 1715. seq. bellum inter *Polonos* militem-  
 que *Saxonicum* geritur, ab a. 1720. *Dissidentes* perpetuo  
 vexantur, a. 1724. *laniena Thorunensis* committitur; re-  
 liquas *Poloniae* semper confusae, innuberabiles confusio-  
 nes,



nes, quislando vel scribendo enumeret? <sup>f</sup>Scriptores huc facientes sunt PISTORII *Collectio Script. rerum Polon.* DLVGOSVS in *Hist. Polon* PIASECII *Chronicon.* ZALVSKI *Epistola.* HARTKNOCHII *Respubl. Polon.* PASTORII *Florus Polonicus.* Anonymi *Vervirrtes Polen.* *Historische Nachricht über die Polnische Revolutiones.* reliquos dabunt HOPPIVS de *Scriptor. Hist. Pol.* DV FRESNOY & MENCKIUS in *Catalogo.* GRYPHIUS in *Apparatu Script. sec. XVII. Mittag im Lande Sughelli III.*

XI. PRUSSIAE; Hæc provincia Poloniæ olim fuit incorporata & subjecta, quum vero ab a. 1701. pars ejus *rogiam* induerit vestem, eamque splendidam, peculiari opera Prussiæ historiam heic proponere, e re nobis visum fuit, in qua notamus:

1. *Nominis rationem & descriptionem*, quod alii *Prussia* scribunt, alii *Berussiam*, *Porussiam* proferunt; gens ipsa *Prussi*, *Pruzzi*, *Prutevi* appellatur, unde vero derivanda sint ista nomina, haud certo constat, v. HARTKNOCH. *Loc. cit. c. 7. et præcipue in Dissertat. de rebz Prussiae*

2. *Statum Prussiae antiquum, usque ad ingressum Militum Teutonicorum Sec. XIII.* Antiquissimis, quantum scitur, temporibus, Prussos suos habuisse *reges* vel duces, dicitur, quorum unus *Prutenus*, ejusque frater *Waidevutus* sec. VI. vixisse perhibentur, licet alii scribant, nullum inter se Dominum pati voluisse Prussos, libertati studiosissimos. Primus Polonorum Principum, qui Prussos sub jugum egit, dicitur fuisse *Boleslaus I.* sub initium sec. XI. quod cum rursus excussissent, *Boleslaus II.* denuo eos subegisse scribitur; ut ut sit, illud extra dubium, sec. XIII. initio, quo Polonia internis scindebatur dissensionibus, Prussos Masoviam vicinosque tractus crudeliter infestasse, unde factum, ut Conradus Dux Masoviae, Milites Teutonicos s. Cruciferos ex Palestina ejectos, in auxilium *vocare* cogere, *p. 124.* qui & Magistro *Herrmanno a Salza* Prussiam 1216. ingressis, eam successive occuparunt,

9. Sia-



umeret Interim hic optime facere potest in firmissima fama  
nae prae aliis servandum seruum carorum reg. Poloniae. Describit

Defuncto tandem eo 1732. h. p. Febr. Augusto n. qui in Polonia  
et exortu dum pax Stanislavae ex Gallic in Poloniae redierit  
delinquat. pax Augustua ad usum regem proclamata  
et novum bellum eripit. eo quidem euentu, ut Stanislas pax  
in offensionem Dantisci peractum pedem rursus referat. Locum  
Augusto ad hoc regem dum 1738. pax insequeret. mal. Sta.  
nislav regnum Augusto fessit Titulum regis. Stanislas, Catharina  
hanc loco Poloniae accepit.

Nominis Natio Inussorum adeoq. & illorum nomen incognitum fuit  
nisi ad finem P. & quo tempore vivit Sancti Poliberty i Prus.  
fuit occisus in cuius uisa Anonymo quidam gentis illius mentionem  
facit eorum Prussos. non uero Borussiae uel Pomeraniae appellavit  
quae in Geographia merito eundem rejicit, etiam si admodum  
sit usualis

Reges Haec sententiam aule nostra credidit et defendidit  
contra Polonos. dum hi acriter sese opponunt Frederico I.  
Regi ob resuscitatam regiam dignitatem in Prussia.

Uocari A hoc factum sit et Germania aut uicina Hun-  
garia disputat. illud certum militibus horum circa annum 1223  
Hungariam intra se.



Teutonici. Hi idem sunt quo supra milites S. Johannis  
diximus, quos quoque nationes germani appellant Teutonici dicti



a b 3. *Statum sub Militibus Teutonicis* ab a. 1226. ad 1523. sub Magistris nam. XXXI. Hi, bello annorum LIII. Prussiam sub jugum miserant, & excisis fere incolis veteribus, novas ex Germania colonias illuc ducebant, urbesque multas condebant; rebus sic ex voto succedentibus elati, insolentius se gerere, vicinorumque tractus invadere coeperunt; proinde variis bellis ansam praeberunt; tandem vero, cum & urbes subditosque vexarent, hi conspiratione facta, Polonis sese dederunt, sed & novum idque gravissimum caussarunt bellum usque ad a. 1466. quo Milites jacturam maximam passi, dimidia pars Prussiae, Polonis pace insecuta cessit, quae hodie *Prussia Polonica* dicitur, reliqua Militibus mansit, sed nexu clientelari a Polonia pendens, qui rerum status duravit usque ad a. 1525.

4. *Statum Prussiae divisum*, quo temporum intervallo, pars illius una fuit

a. *Sub regibus Poloniae*; a. 1466. pacificatione insecuta, omnes illi tractus qui hodie *Polonica Prussia* dicuntur, regno Poloniae accesserunt, reliquam partem Milites retinuerunt, ea tamen lege, ut semper essent in fide & clientela Polonorum; in quo statu res Prussiae manserunt ad a. 1511. usque, quo *Albertus* Marchio Brandenburgicus Ordinis Magister, servitutis impatiens, magno conatu bellum Polonis intulit, sed speratis e Germania frustratus auxiliis, his inter alias conditionibus an. 1525. pacem cum *Sigismundo I.* fecit, ut ordine Militum in Prussia penitus extincto, *Albertus* portionem Prussiae, *Ducis titulo* obtineret, quod & factum; ex quo tempore nomen *Prussiae Brandenburgicae* inoluit.

b. *Sub Ducibus ex domo Brandenburgica*, quorum primus fuit *Albertus*, quorum posterum cum hereditario jure hanc Prussiae partem possederint, in hunc usque diem, nexum Genealogicum hic propinamus.



a b

	Fridericus I. Elect. † 1440.		
	Albertus Achilles † 1486.		
Iohannes Elect. † 1499.	Fridericus Marchio Anspac. † 1536.	Georgius   Georg. Frider. administrator Prussiz 1578.	Albertus primus dux Prussiz † 1568
Iohan. Sigismund Elect. † 1619.	<del>Albertus primus dux Pruss. † 1598.</del>		Albertus Fridericus † 1618
	<del>Albertus Fridericus † 1618.</del>		
Georgius V Vilhelm. † 1640.			
Frider. V Vilhelm. † 1688.			
Fridericus I. primus rex Prussiz 1701. † 1713.			
Frider. V Vilhelmus h. n. 1688. † 1740. 31. Mai.			

Fridericus II August. V Vilhelmus Frid. Henrich August Ferdinand  
n. 1712. h. n. 1722. n. 1720 n. 1730

Albertus 1586. successorem reliquit Albertum Frider. qui cum in animi ægitudine incidisset, Georgius Frider. Marchio Anspacensis rerum summam administravit, isto 1603. demortuo, curam ægri Principis suscepit Elector Brandenb. Ioachimus Fridericus, & hoc decedente Iohan. Sigismundus, qui a. 1612. cum fratribus, a rege Poloniarum Sigismundo, de Prussia investitus, & seq. an. in realera possessionem immissus est. Tandem post mortem Alberti Friderici, Prussia Brandenburgicis subiecta fuit, nexu tamen feudali a Polonia dependens. Hoc in statu mansit usque ad tempora Friderici V Vilhelmi, qui fœdere cum Svecis facto, Polonos armis aggressus est, hunc ut a Svecorum

corum







Hungaria a nemadmodum de nomine Pannonia nihil certi scit  
Wandel de voce Hungaria concedit Praetoribus in dno. hystoria  
100. d. hystoria pag. 21. pag. 21. scilicet in dno. hystoria  
de voce in dno. d. hystoria, und da in dno. hystoria  
Willelmus Europa hystoria in dno. d. hystoria  
hystoria, in dno. hystoria d. hystoria respecta h. hystoria  
na - oigur hystoria in dno. hystoria hystoria hystoria  
qui in dno. hystoria, an dno. hystoria dno. hystoria  
nonica hystoria hystoria in dno. hystoria hystoria  
dno. hystoria hystoria in dno. hystoria hystoria



a b corum societate divellerent, pactis Wel <sup>libus a. 1657.</sup>  
 supremum in Prussia dominium ei concesserunt, solenni-  
 que ratione 1663. contulerunt.

γ. Sub novis Prussiae regibus; Qui ab a. 1663. regnarunt  
 Electores Brandenburgici, portionem Prussiae ad se per-  
 tinentem, cum supremo dominio tenuerunt, usque dum  
 Fridericus III. Elector, a. 1701. regium diadema susciperet,  
 suaque manu sibi imponeret. Scriptores huc pertinentes  
 sunt DVSBURGII *Chronicon Borussiae*, HARTKNOCH in  
*Dissertationibus de variis rebus Prussicis*, Ejusdem *Alt und  
 Neu Preussen*, SCHURZFLEISCH in *Diss. de rebus Prus-  
 sorum*, MYRINVS in *Chronico Magistrorum ordinis Teuto-  
 nici*, BESSERERS *Preussische Crönungs-Geschichte*, LUD-  
 WIG in *Diss. de Auspicio Regio*, ejusdem *Nenia Pontificis de Jure  
 reges appellandi*; *Cron-würdiger Preussischer Adler*.

XII. HUNGARIAE. Ubi notamus

1. *Rationem Nominis.* Regio illa, quam olim *Pannoni-  
 am* dixerunt, hodie *Hangaria* vocatur, ab ejus incol-  
 lis *Hungaris* seu *Ungaris*, utrumque enim recte scribi-  
 tur, Hungari autem, iidem, qui apud antiquos *Ugri*,  
*Ungri*, *Unoguri*, *Chuni*, *Hunni*, *Hunugari* &c. diver-  
 sa tantum, per literarum elisionem vel transpositio-  
 nem, pronunciatione, ut doctissime probatum dedit  
*Otrokocsius in Originibus Hungaricis*, ipse Hungarus ven-  
 naculo sermone vocatur *Magyar*, & Hungaria *Magyar-  
 Orszag*, h. e. Magyarorum regnum.

2. *Originem Nationis.* Hunnos, gentem lingua & mori-  
 bus ab aliis Europæ gentibus, protinus diversam esse,  
 illorum lingua ac ingenii indoles, vel hodiernum li-  
 quido demonstrant. Ceterum *Hunnos* & *Avares*, non  
 nisi nomine diversos fuisse, *Annales* illorum testan-  
 tur, quicquid etiam exteri dicant, conf. *Otrokocsius Loc.  
 cit. cap. 5.* *Avarum* enim nomen, quod Hunnorum ad-  
 modum exosum scirent, sub alterum ingressum tantum

simu-



a b c simulat, unde *Ψευδαβάγους* rectius dici censet *Simocatta lib. VII. c. 8.*

3. *Migrations ex Asia versus Europam*, quarum contigit  
*Prima* circa a. 376. sub ducibus, inter quos *Attila* imprimis celebris, qui sec. V. Pannonias, Germaniam, Galliam & Italiam crudeliter vastavit, eo circa a. 455. demortuo, magnæ inter Attilæ filios dissensiones exortæ, quibus factum, ut Hunni dissipati in Asiam remearent, parte tantum illorum, in angulo Transilvaniæ montoso relicta, ex quibus hodierni *Székelyi* in Transilvania originem ducunt; illis ejectionis, Gepidæ, pars & reliquæ Gothorum, in Pannonia imperitarunt, quos cito sibi subijciunt Ost. Gothi; circa an. 526. seq. Longobardi in ea degisse leguntur, vid. pag. 200.

*Secunda* contigit circa a. 564. duce *Chagano*, sub qua incursione, non tam Hunni quam *Avares* dicti, ex ratione supra allata, hi deinceps e Pannonia egressi, vicinos quaquaversus invadunt, usque dum *Carolus M. a. 788.* bello aggressos, magna strage eos vicisset & rejecisset, paucis tantum hinc inde remanentibus. Licet alii aliter rem narrent, quod indicio est, obscuram esse Hungarorum historiam & confusam hoc temporum intervallo.

*Tertia* contigit a. 888. quo ab Arnolpho <sup>Imperatore</sup> contra Slavos, a Leone vero Imp. contra Bulgaros, in auxilium evocati, sub VII. Ducibus seu Capitaneis, in Pannoniam accesserunt, quam successive sibi subjecerunt, novumque ibi regnum condiderunt, primo rege *Stephano* a. 1001. iturum ad ejus posteros per electionis viam; Nos heic parum pensi habuimus vulgares scriptores, secuti potius doctissimi OTROCOCSII dispositionem *Loc. cit.* occurrentem.

4. *Dynastias.* De statu Hunnorum ante irruptionem in Europam, nihil certi potest affirmari, illud ex relationibus Dn. a STRAHLENBERG constabit, superesse adhuc inter

R. Vid. Eynhard. in vita Caroli M.  
c. 106. Schmirerii

Legat hic Toni in diff. de auspicio  
regis St. Stephani.

p. 260.  
p. 297.



Attila De ipso Hunnorum duce pleni sunt Hungarorum et aliorum  
gentium annales conf. Rold in diff. de Attila optima quae collegit  
Mascovius in Rom. pp. 175 ubi inde inspiciat.

Quocirca Non satis constat ubi illo tempore haeserit Hunni, inter  
eo circumstantiis collegit, aliorum in inferioribus Pannoniae partibus  
& praesertim in novissima Wallachia, Transylvania, Moldavia  
vicinisque oris haesisse.

Scriptores Illi eam immigrationes haec vixisse satis descri-  
bunt nec omnia scriptoribus coevalibus, quos non legimus, succedunt.

Constabit Tamen hoc in de scriptoribus non Vostlandium de Off. Tor-  
tari ubi plura haec spectantia legas.



Sequitur Et quidem cum eperita Palmarum ingressus ex por  
tu spatati per mare in Palaspinan abit.



a b ter Tartaros boreales, in Tartaria magna, quæ hun-  
garice loquitur; igitur ea tantum tempora respiciamus, ex  
quo regnum in Pannonia condiderunt. *Secuntur itaque*  
Hungari sub regibus

a. *Indigenis*, a *Stephano I.* ab a. 1000. ad *Andream III.* qui  
oblit a. 1301. & in ordine XXIII. fuit; his regnantibus,  
varia bella, interna & cum exteris, Germanis puta, Bo-  
hemis & Tartaris, gesta sunt, variante, ut fieri solet, for-  
tuna; *Andreas II.* sacram quoque militiam secutus est  
a. 1217. rediitque a. 1222. quo nobilitatem magnis pri-  
vilegiis ornavit. *Bela IV.* a. 1241. a Tartaris regno eji-

β. *Exteris*, qui duum sunt generum

1. *Ex diversis familiis*, a *Venceslao I.* a. 1301. ad *Ludo-*  
*vicum II.* qui ad *Mohacs* a. 1526. periit n. XIII. quorum  
tamen nonnulli, ex Hungarico sanguine fuere prognati;  
Hos inter imprimis notari merentur *Carolus*, ex *Sicilia*  
oriundus, qui contra varios hostes regnum optime admi-  
nistravit, cui successit filius *Ludovicus*, & in *Italia* satis  
clarum adeptus nomen circa 1346. seq. Hujus filia *Maria*  
nupsit *Sigismundo Imp.* qui eligitur 1392. inter varias turbas  
regnans, filia *Elisabetha*, marito *Alberto II.* *Austriaco* re-  
gnum adduxit, a. 1438. electo, a. seq. moriens gravidam  
reliquit uxorem, quæ *Hungaris* persuasit, ut *Vladislaum*  
a. 1441. regem sibi eligerent, eo autem 1444. a *Turcis*  
occiso, *Gubernator* regni constituitur *Iohannes Hunyades*;  
qui *Fridericum III. Imp.* magno armorum successu pre-  
mit, quoad usque *Ladislaum Alberti* posthumum, haete-  
nus sub ejus tutela in *Austria* viventem, a. 1453. dimitte-  
ret. Eo inter multas turbas demortuo, successit a. 1458.  
*Matthias Hunyades* flago & toga rex celeberrimus, post cu-  
jus mortem an. 1490. inter multas turbas eligitur *Vladis-*  
*laus* rex *Bohemiae*, successorem relinquens filium *Ludovi-*  
*cum*, 1526. in proelio a *Turcis* occisum.

a b 2. *Ex domo Austriaca*, a *Ferdinando I.* 1526. ad *Caro-*

L1

LXXX

*de rebus Hungaricis libri 10*  
*de rebus Hungaricis libri 10*  
*de rebus Hungaricis libri 10*

*Legimus auid. Pro finem*  
*in appendice et mirare eiq. contenta*  
*in rebus Hungaricis, quod si nos vel successores hanc*  
*dispositionem contra ire uoluerit, libere ad habuit*  
*facultatem resistendi et con-*  
*tra dicendi, quod et nos*  
*successoribus pro hoc privilegio*  
*quod tempore Leopoldi*  
*fuerit annihilatum*

*Val. Rayn. de Johanne*  
*Hunyades*




a b lum VI. e regnantem; post fata Ludovici regis grave  
 oritur schisma inter Hungaros, quorum pars *Iohannem*  
 Comitem de Zapolya hungarum, pars *Ferdinandum I.*  
 Austriacum eligunt, qui in matrimonio habebat Ludo-  
 vici sororem; hinc bello intestino suborto, cui & Turcæ,  
 ab Iohanne in auxilium vocati sese immiscuerunt, duris-  
 sima fata sensit Hungaria, usque ad a. 1540. Iohanni regi  
 emortualem; ex quo, insecuti Imperatores omnes, Hun-  
 gariam sub sua tenuerunt potestate, in hunc usque diem;  
 Hac periodo, turbulentus & perpetuis fere bellis, nunc ci-  
 vilibus nunc externis, obnoxius fuit Hungariæ status; quem,  
 si quis debite velit describere, næ multis se premi sentiet  
 difficultatibus, ortis, partim ex defectu scriptorum, partim  
 ex diversis Hungarorum & Austriacorum relationibus,  
 mirum in modum inter se pugnantibus; illi, de suppressis  
 privilegiis & libertatibus, de exactionibus nimis, & ser-  
 vili conditione sua conqueruntur, isti, conspirationes, re-  
 belliones, conjurationes illis objiciunt, & quæ sunt reli-  
 quæ, utriusque partis quærimoniæ. Recentiora addemus  
 per discursus. Legat, cui volupe est historiam Hungari-  
 cam plenius cognoscere, OTROCOCSEVM in *Originibus*  
*Hungaricis*, LAZIVM in *Commentaria de Republ. Rom. Lib.*  
*XII.* BONFINII *Decades rerum Hungar.* INCHOPERE  
*Annales Eccles. Regni Hung.* BONGARSII *Scriptores rerum*  
*Hung.* REVAE *Centurias rerum Hung.* ISTVANFII *Histo-*  
*riam rerum Hung.* ORTELLI *Ungarische Chronic* cum con-  
 tinuatione *Meyeri.* Anonymi *Historiam regni Hung. Di-*  
*plomaticam*, NADANYI *Florum Hung.* Anonymi *Histoire*  
*à Emeric Comte de Tekeli*, *Scriptores Vita Leopoldi & Io-*  
*sephi Impp.* Denique *Vita Principis Racozi* a variis descri-  
 pta; Anonymi *Rebellions-Krieg in Ungarn*, *Krieges-Thea-*  
*trum in Ungarn*, particulares dabunt DU FRESNOY & MENC-  
 KII *Catalogus*, GRYPHIVS in *Apparatu Script. Sec. XVII.*  
 XIII. TRANSILVANIAE; Antiquissimis temporibus, hæc  
 a b regio, pars fuit *Scythiæ Europææ*; *Sec. I. & II.* *Dacia* no-

MEN











a b men innotuit, cujus pars Transilvania, *Dacia Mediterranea* dicta; Gothis & Gepidis hos tractus incolentibus, *Gothia & Gepidia* fuit appellata; Recentior appellatio est *Transilvania*, quod respectu confinium regionum, *trans silvas* jaceat. *Siebenburgen* dicitur a septem præcipuis burgis s. urbibus, quas Saxones inhabitant. In Historia Transilvaniæ notamus

I. *Statum antiquum* secundum varias periodos:

a. *Sub Gethis s. Gothis*, qui se ipsos *Dacos* h. e. *Dæschos* vocabant, vid. pag. 195. In hoc intervallum incidit, quicquid *Herodotus*, *Strabo*, alique antiquiores, de Scythis Europæis, de Gethis s. Gothis, Dacisque, posteritati reliquerunt; Reges suos habuisse, nemo negabit, qui veteres legerit; etiamsi nomina illorum & series haud satis certo constant; *Dromichetes* *Lysimachum* Thraciæ regem vicit; successores ejus, superato Danubio, Romanorum provincias infestant; ætate Jul. Cæsaris & Augusti *Gothiso* floret; sub finem sec. I. & initium II. *Decebalus* cum Trajano Imp. bellat, a quo vincitur & capitur, ex quo *Dacia* fit provincia Romana.

b. *Sub imperio Romanorum*; *Decebalo* devicto *Daci* Romanis paruerunt, qui colonias in *Daciam* deducunt, ex quibus adhuc hodie supersunt *Romunyi* h. e. *Wallachi* & *Moldavi*, repete dicta pag. 207. seq. *Dacia* in tres partes divisa, quarum hodierna *Transilvania*, *Dacia Mediterranea* dicta fuit; quo in statu mansit, usque ad *Aurelianum* Imp. *Daci* interea sæpe rebellarunt, & vicina hostiliter vastarunt, usque dum *Aurelianus*, turbulento imperii statu, *Daciam* derelinqueret circa a. 274.

c. *Sub civitatis & libertate recuperata*; Denudato limite *Dacico*, *Gothi* s. *Daci*, liberi & sui juris facti sunt; suos rursus reges habuisse, ex lectione veterum satis constat, qui cum vicinis Imperatoribus Rom. subinde etiam amicitiam & fœdera coluerunt; quo in statu man-



a b c ferunt, ac ad irruptionem Hunnorum, circa an. 370 factam. *Conf. pag. 196.*

II. *Statum sub medio evo h. e. ab a. 370. ad 1526. secundum sequentes periodos:*

1. *Sub imperio Hunnorum;* Ex *pag. 196.* dictum novimus, quo tempore & occasione, Hunni ex Asia Europam invaserint, hos vicinosque Gothorum tractus, suo imperio subjecerint; qui rerum status duravit, quoad in vivis superesset Artila, illo autem circa an. 454. demortuo, dum filii relictii bellum civile caussant, Gothi haecenus subjugati, cum vicinis, in Sarmatia tunc degentibus Gepidis, gente sibi cognata, arma in Hunnos capiunt, eosque felici successu, maximam partem, in Asiam repellunt, manserunt tamen reliquiae illorum in montoso & silvoso Transilvaniae tractu, ubi nomine *Szekelyiorum*, vulgo *Siculorum*, adhuc eos degere constat.

2. *Sub recuperata libertate* ab an. 454. ad 560. Ex quo *Gepidae* summam rerum adepti sunt, Dacia nunc & *Gepidia* dicta fuit, in se complexa & hodiernam Transilvaniam; hoc temporis intervallo, Gepidae & Gothi, cum Svevis, Herulis, tandemque & cum Longobardis belligerant fortiter, imo & vicinos Graecorum tractus, invasionibus saepe infestarunt; usque dum sub Hunnorum altero ingressu, circa a. 560. rursus his subiecti fierent.

3. *Sub imperio Hun-Avarum;* Dictum supra *pag. 264.* sub altero ingressu, non tam Hunnos quam *Avares* dictos fuisse; horum itaque imperium colere debuerunt reliquiae Gepidarum, Gothorum, ut praediximus, germana soboles, quorum crebra mentio per *sec. VI. VII. & VIII.* apud Scriptores illorum temporum, etiamsi paucula admodum de rebus Daciae, illa aetate gestis, adnotarint.


4. *Sub regibus Hungarorum,* Diximus *pag. 264.* post tertium ingressum Hungarorum, novum in Pannonia regnum eos condidisse ab a. 1001. primo rege creato *S.*

*Ste-*











a b c Stephano; huius avunculus Gyula, illo tempore Transilvaniam tenebat, is homo adhuc paganus, Pannoniam hostiliter invadebat, ut Hungaros fide christiana iam initiatos, ad ritus gentiles revocaret, sed bello victus, captus & in Pannoniam abductus fuit, circa a. 1003. ex quo tempore Transilvania Hungarix regno adjecta, & per multa tempora, per Woywodas administrata fuit; variis bellis internis & externis, imo & invasionibus Bulgarorum, Turcarum, Tartarorum, aliorumque obnoxia.

III. *Statum recentiorum a seculo XVI. & quidem*

1. *Sub propriis suis Principibus, ab a. 1540. ad 1697. quorum nomina & seriem hic subjungimus, Iohannes Sigismundus 1540. Stephanus Báthori 1571. Christophorus Báthori 1576. Sigismundus Báthori 1581. Stephanus Botskay 1605. Sigismundus Racozy 1607. Gabriel Báthori 1608. Gabriel Bethlen 1613. Stephanus Bethlen 1630. Georgius Racozy I. 1630. Georgius Racozy II. 1648. Franciscus Rheidei 1658. Achatius Bartschay 1658. Iohannes Kemény 1660. Michaël Apafi I. 1661. Michael Apafi II. 1690. Dicitur p. 265. seq. Ferdinandum & Iohannem de regno Hungarix beligerasse, isto a. 1540. demortuo, Ferdinandus una cum Hungaria & Transilvaniam occupavit, pace tamen insecta, filius Iohannis, Iohannes Sigismundus Transilvaniam cum Principali titulo accepit; cum vero is 1571. sine prole occumberet; status & ordines, Principem sibi eligunt Stephanum Báthori, cuius successores, eo ordine sese exceperunt, quem ante descripsimus, & inter varios tumultus, bellaque interna & externa, fasces tenuerunt, usque ad Michaellem Apafi II.*

2. *Sub imperio domus Austriacae; Bello cum Turcis in Hungaria ab a. 1682. gesto, miles Cæsareus a. 1686. usque in Transilvaniam penetraverat, cuius Princeps Michaël Apafi I. temporis & necessitati obtemperans, sub certis conditionibus, Cæsareis locum in Transilvania concessit.*



<sup>a</sup> <sup>b</sup> cessit; eo a. 1690. demortuo, filius succedere debuerat, at enim vero, cum is, nondum tunc impleviffet annum XX. qui ad suscipiendum regimen, ex consuetudine requirebatur, Cæsar *Gubernium* instituit, eique rerum summam administrandam commisit, usque dum Princeps adolefceret; & quamvis deinceps ætatem illam attigisset, regiminis tamen confirmationem & usum, ab aula Cæsarea impetrare non potuit Apafius, quin imo jussu Cæsaris, a. 1696. Viennam se recipere coactus fuit, ibique privatam quasi vitam egit, quam & ibidem clausit a. 1713. ex quo tempore Imperator, principis Transilvaniæ hæreditarii titulum assumpsit. Plura de statu hujus principatus, sub imperio Austriaco dicentur per discursum. *Scriptores* huc facientes sunt, præter eos qui in *Historia Hung.* allegavimus, TRÖSTERI *Dacia antiqua*, TÖPPELTINI *Origines & occasus Transilvanorum*, BETHLENI *Hist. rerum Transilv.* & quæ ego congeffi in *Diss. de statu Ecclesie Luther. in Transilvania*, reliquos dabit *Catalogus* DU FRESNOY & DN. MENCKII, GRYPHIVS in *Apparatu Script.* sec. XVII.

XIV. BOHEMIAE. Et hic notamus

1. *Nominis rationem.* Antiquissimi incolæ hujus regionis *Boji* dicuntur, qui nomen de suo regioni indiderunt, quam Germani *Boheimb*, quasi *Bojenheimbde*, Bojorum patriam dixerunt. Bojos pepulerunt Marcomanni Germanica gens, hos, circa a. 325. aut ut alii 550 pars Slavorum duce *Czecho*, qui a solo seu patria Bojorum, quam occuparunt, Germanis dicti sunt *Bojobemi*, *Böhmen*.

2. *Originem & natales nationis.* Gentem illam, quæ Boemiam hodie inhabitat, *Slavorum* esse propaginem, ex lingvæ idiotismo clarissime patet, licet & multi Germani illic degant.


3. *Dynastias*, quæ admodum confusæ sunt, nos quantum fieri potest, ita illas digeremus, ut sit

<sup>a</sup> <sup>b</sup> a. *Judicium*, a *Czecho*, cujus auspicio Slavi has partes, ut diximus











- a b ximus occuparunt, ad *Premislaum*, qui Pragam condidit & genti leges præscripsit a. 712.
- b. *Ducum*, a *Premislao ad Vratislaum I.* sub initium sec. X. inter quos *Borzivojus*, circa a. 856. Christo nomen dedit; hac periodo domantur Bohemi a Carolo M. a. 811. a Ludovico Germaniæ rege a. 856. 869. 872. Bohemia datur Svantibaldo ab Arnulfo Imp. Subiguntur ab Ottone I. 949. vastatur ab Ottone II. a. 976. & ab Ottone III. a. 986. cum Bohemis bellat Henricus III. a. 1041.
- c. Partim *Regum* partim *Ducum*, a *Wenceslao Sancto* a. 916. ad *Vladislaum III.* a. 1197. numero XXIV. inter quos reges fuerunt *Wenceslaus Sanctus* a. 935. *Vratislaus II.* a. 1086. ab Henrico IV. rex creatus. *Vladislaus II.* a. 1158. a Friderico I. Imp. creatus, reliqui Duces tantum, sub quibus crudeles de imperio contigerunt disceptationes.
- d. *Regum*, a *Premislao II. s. Ottocaro* a. 1199. ad *Albertum I.* a. 1439. num. XII. Premislaus a Philippo Imp. coronam accepit, ad successores transmittendam, id quod confirmavit Fridericus II. a. 1212. *Ottocarus II.* Austriæ ditiones sibi asseruerat, hinc bello cum Rudolpho implicitus occubuit a. 1278. *Wenceslaus II.* pacem cum Rudolpho Imp. iniit; Ejus filius *Wenceslaus III.* ultimus sanguinis Bohemici, a sicario interficitur 1307. Ex quo *Henricus Carinthius* & *Rudolfus Austriacus* de regno certant, quod 1311. adeptus est *Iohannes Luzelburgicus*, ejus posteritatem ex hac Tab. cognosce:

Henricus VII. Imp.

Iohannes

† 1346.

Carolus IV.

† 1363.

Wenceslaus IV. Sigismundus

† 1419.

† 1438.

\*

a b



a b

\*  
i  
*Elisabetha*ux. *Alberti II.*

† 1439.

i  
*Vladislaus*

† 1458.

*Carolus* sic Imperator 1346. qui Bohemiam in 12. regiones descripsit; tempore *Wenceslai* Hussitæ innotuerunt, quorum antesignani *Iohannes Hus* & *Hieronymus Pragensis*, cum *Constantiæ* 1415. seq. cremarentur, bellum Hussiticum cruentissimum insequitur, duraturum ad a. 1433. cui finem imposuit *Sigismundus*, cuius filia nupsit *Alberto* Austriaco, ex quo gravida relicta peperit *Vladislaum* posthumum, qua occasione insecutum est

e. *Interregnum* annorum XIV. Hoc intervallo *Georgius Podiebracius* summam rerum administravit ad a. 1433. quo fasces regni suscepit *Vladislaus*, quadriennio post demortuus; cui successor datus *Georgius Podiebracius*, qui integras varias turbas & bella regnavit ad a. 1471.

f. *Regum*, qui duum sunt generum


1. *Ex diversis domibus*, a *Vladislao* a. 1471. ad *Ludovicum* a. 1526. *Vladislaus* Polonus inter bellum cum Hungaris variosque tumultus, sine magna auctoritate regnavit ad a. 1516. cui successit filius minorennis *Ludovicus*, in utroque regno Bohemæ & Hungariæ, juvenili ætate in bello contra Turcas 1526. periit ad *Mohacium*.

2. *Ex domo Austriaca*, a *Ferdinando I.* omnes Imperatores ad *Carolum VI.* qui hodie regnat; *Ludovico* sine prole defuncto, Bohemi eligunt *Ferdinandum I.* quod *Ludovici* sororis esset maritus; *Maximilianus II.* pacifice regnavit, *Rudolfus II.* Bohemis literas Majestaticas concessit, vexatus a fratre *Matthia*, unde multæ turbæ & motus, qui sub *Matthia* in nervum erumpunt, cum proceres regni 1618. consiliarios regios indigne tractarent, regeque *Ferdi-*











a b *Ferdinando II. 1617. creato, tandem vero 1619. repudiato, Fridericum Electorem Palatinum eligerent; quem Ferdinandus a. 1620. una clade data eiecit, quibus turbis, cum nonnulli Germaniæ etiam Principes implicarentur, bellum illud ferale, quod tricennale dicitur, ex Bohemia ortum traxit; apud Bohemos ex illo tempore sub jugum missos, parum memorabile gestum legimus. Carolus VI. a. 1723. novo exemplo, cum uxore, solennique ritu coronatus est. Scriptores huc spectantes sunt FREHERI Scripp. rerum Bohem. DVBRAVIUS, SYLVIVS, BALBINVS in *Hist. Bohemica*, THEOBALDI *Bellum Hussiticum*, reliquos propinat DU FRESNOY & MENCKII *Catalogus*; GRYPHII *Apparatus ad Script. Sec. XVII.**

XV. GERMANIAE. In Historia Germaniæ notamus

I. *Rationem appellationis.* Germaniam, a *Germanis*, quæ illam inhabitant, nomen accepisse, nullum est dubium, unde vero Germani id nominis adepti sint, varie variorum sunt sententiæ, quas collegit STRUVIVS in *Syntag. Hist. Germ. Diss. I.* ubi & de nomine *Teutonum* plura comparent, conf. GYNDLINGIANA T. 2, pag. 198. seq.

II. *Originem Germanorum.* Quemadmodum omnium gentium speciales origines, in obscuro latent, pari ratione & quicquid de origine Germanorum vulgo profertur, incertum est atque fabulosum, qui varias cognoscere velit opiniones, legere eas poterit apud STRUVIVM *Loc. cit.* KRIEGSMANNVM *de Germanica gentis origine & conditore*, AYRMANNVM in *Diss. de Originibus Germanicis.*

III. *Statum Germania antiquum*, ab an. a. C. 100. usque ad a. C. 484. secundum *triplicem Periodum*:

1. *In Libertate*, quæ complectitur res Germanorum, a primis originibus usque ad tempora Iulii Cæsaris, h. e. ab an. a. C. 100. ad annum a. C. 56. estque perincerta &

a b c obscura, equidem, quæ adversus Romanos gesta legimus.

M m

mus.




a b c mus, luculentis eorum scriptoribus commemorata sunt, reliqua Germanorum, per certas successionum ordinationes, digeri haut queunt. Conf. CONRINGII *Collectio monumentorum veterum de antiquo Statu Germania*. Nunquam iis unum in commune regimen, plures populi, plures reges vel duces, ut liberi, ita inter se divisi; etiam sedes non semper eadem, migrationes & mutationes continuæ & faciles urbes habentibus omnino nullas, plerisque ad hoc ingenio ita comparatis, ut alibi armis, quam domi labore & molesta exercendi industria, quaesita mallerent; hinc partim inter se rixæ & dissensiones, partim cum vicinis, Romanis præsertim multa bella. Civiles discordias earumque causas, atque susceptas migrationes, utpote summa incertitudine & obscuritate obvolutas, sicco præterimus pede. Igitur externa breviter attingimus; *Prima Germanorum in Historia Romana mentio fit, qui Viridomaro duce, Italiam irruentes a Marcello Cos. a. M. 3754. a. C. 194. victi sunt. Circa a. M. 3837. a. C. 111. primum in Italia de Cimbris auditum. A. M. 3844. a. C. 104. bellum Cimbricum capit initium, & post quinquennium cum magna Cimbrorum ac Teutonum strage finitur. Jul. Cæsar a. M. 3892. a. C. 56. Ariovistum Cheruscorum regem, ex Gallia ultra Rhenum expellit. A. M. 3864. a. C. 54. Rhenum strato ponte transit, v. CELLARIUS in Diss. de Cimbris & Teutonibus, primis Romanorum ex Germania hostibus, & in Diss. de Julii Cæs. adversus Germanos bellis, KVLPIUSII bellum Cæsaris & Ariovisti.*

2. *Sub Romanis.* Victo pulsoque Ariovisto, magno terrore perculsi fuere Germani, Cæsar, qui victoria uti didicerat, iterum ponte Rhenum transit, magnumque Germanis metum injicit a. M. 3898. a. C. 50. Tandem, Cæsare in Italiam regresso, Germani civilibus Romanorum discordiis excitati, Romanos, in suo territorio deprehensos trucidant, Rhenoque transmissis Galliam vastant,











a b c vastant, Lolliumque magna clade vincunt a. M. 3934. a. C. 14. quibus cognitis, Augustus, Tiberium atque Drusum contra Germanos mittit, quorum ille Rhætos & Vindelicos vincit a. M. 3935. a. C. 13. iste, gentes inter Moenum, Visurgim & Albim perdomuit ab a. M. 3938. a. C. 10. ad a. C. 7. quo Drusus obiit. Post Drusi mortem, Tiberius ad Albim usque accessit a. C. 6. nihil tamen magnopere effecit. Post Tiberium Q. Varus Galliae Germanicaeque impositus, cum acerbius Germanis imperaret, insidiis in locum iniquum pertractus, cum omnibus copiis cæsus fuit a. 10. a duce Germanorum *Arminio*, his auditis, Augustus Germanicum novo exercitu contra Germanos mittit, qui difficillimo prælio Arminium vincit a. 16. Posthæc Germanici potentiam metuens Tiberius, cum ad bellum Armenicum evocat; externo igitur metu Germani liberati, arma in propria viscera convertunt, quibus discordiis, fortis Arminius perit a. 19. Caligula contra Germanos nihil strenue effecit; subsequentes Imperatores, continuo cum Germanis belligerare debuerant, varia, ut fieri solet, fortuna, ita tamen, ut, licet Germani sæpe victi, nunquam tamen plene subacti a Romanis fuerint, v. DORNMEIER in *Diss. de Germania nunquam in totum a Romanis subacta*, CELLARIUS in *Diss. de Claudii Drusi expeditionibus Germanicis*, & in *Diss. de Germanico Cesare*. Atque hæc rerum apud Germanos facies fuit, usque ad seculum IV. quo Franci, Germanicæ populus, potentiores facti, res magnas gerere inciperent, qua de re in sequentibus. Ceterum, brevitatem hæc nostram compensare possunt, ac debent *Systemata Hist. Germ.*

IV. *Statum Germanorum sub medio ævo*, ab an. 484. ad 1493. secundum varias Dynastias, & quidem

1. *Sub Francorum imperio* ab a. 484. ad 844. h. e. a temporibus *Clodovei ad Ludovicum Germanicum*. Non re-

a b c petimus hæc, incrementi potentia: Francorum causas, quas

M m 2



a b c quas abunde demonstrarunt, quos supra pag. 228. 233. allegavimus, id saltem breviter commemorasse licebit, quomodo Francorum imperium, successive subierint reliquæ Germanorum nationes. *Alemanni* a. 496. æmulatione ducti, irruptione in Franciam, belli causam ultro suppeditabant, quos *Clodoveus* ad *Tolbiacum* devicit, *Bojarios* Alemannorum casus traxit, illi enim, vel metu vel veneratione tanti victoris, ultro subierunt Francorum imperium; Filius *Chlodovei Theodoricus*, *Austrasiæ* rex *Thuringiam* sibi subiecit circa an. 531. idem *Theodoricus*, aut filius ejus *Theobertus*, bello cum *Saxonibus* feliciter confecto, tributum iis imponit, qui tamen sæpe rebellant, sæpe reprimuntur a *Chlotario* I. & II. tributaque illis imposita denegant, a quibus eos absolvit *Dagobertus*. Nec tamen pacate vivere poterant, sub *Dagoberto* enim novum oritur bellum a. 715. quod duravit usque ad *Carolum* M. qui *Saxones* post multas clades, in ditionem Francorum plene redëgit 798. Porro, idem ex *Slavis* *Obotritas* & *Wiltos* a. 789. *Bohemos* a. 805. *Sorabos* a. 806. subjugavit. Pace cum Danorum rege a. 811. facta, *Eidoram* limitem regni constituit. Reliquæ germaniæ gentes, ut *Catti*, vicinique Francis in *Belgio*, a prima origine in obsequio Francorum fuerunt. Atque sic subjugata *Germania*, titulo *Regni Orientalis* seu *Tautonici*, complectebatur *Bavariam*, *Sveviam*, *Saxoniam*, *Thuringiam*, *Frisiam*, *Lotharingiam*, & *Slavorum* terras, mansitque corpori Francico innexa sub regibus *Merovingicis* & *Carolingicis*.

2. *Sub Regibus ex stirpe Carolingica*, ab a. 844. ad 911. Horum primus fuit *Ludovicus Germanicus*, *Ludovici Pii* filius, cujus filii *Carolomannus*, *Ludovicus* & *Carolus Crassus*, divisam inter se *Germaniam* possederunt ab a. 876. ita tamen, ut alteri in alterum nihil esset juris; conjunctam vero *Germaniam* rursus tenuit *Carolus Crassus*, post obitum fratrum ab a. 883. ex quo nulla im-

poste-











a b c posterum regni Germanici, quale illud Ludovicus Germanicus adeptus erat, divisio facta est. Carolo a. 887. deposito, Germani *Arnulphum*, Carolomanni filium, sibi regem constituunt, cui a. 899. successit filius *Ludovicus infans*, in quo a. 911. mascula Caroli M. proles in Germania, defecit.

3. *Regum post stirpem Carolingicam extinctam*, ab an. 912. ad 936. quales fuere *Conradus I.* Dux Franciæ orientalis a. 912. *Henricus Auceps* Dux Saxoniae a. 919.

4. *Imperatorum.* Primus, qui post extinctam stirpem Carolingicam, quæ Imperii jura habuerat, Germaniæ Italiam cum Imperatoria dignitate conjunxit, *Otto I.* fuit, filius *Henrici Aucupis*, a. 962. Romæ Augustus declaratus. Hujus Periodi res, secundum diversas familias, penes quas *ante, sub, & post Interregnum*, imperialis dignitas fuit, dividi potest; hoc itaque ordine fuerunt Imperatores

a. *Ante Interregnum, & quidem ex diversis domibus,*

1. *Saxonici, ut Otto I. a. 936. Otto II. a. 973. Otto III. a. 983. Henricus II. a. 1002.*

2. *Francici, ut Conradus Salicus a. 1025. Henricus III. a. 1039. Henricus IV. a. 1056. Henricus V. a. 1106.*

3. *Ex Saxonibus, Lotharius II. ab a. 1125. ad 1137.*

4. *Suevici, ut Conradus III. a. 1138. Fridericus I. an. 1153. Henricus VI. a. 1190. Philippus a. 1198. Fridericus II. a. 1218. Conradus IV. a. 1250. cum interregno a. 1208. Ottone Saxone.*

b. *Sub interregno, cujus terminus a quo, diversimode assignatur, si a Conradi IV. morte a. 1254. ordiaris, extenditur ad a. 1272. Accuratioribus ab a. 1264. numerant, quo Richardus in Angliam reversus, nunquam rediit, ex quo Germania omni caruit capite, usque ad Rudolphum a. 1272. electum; reliqui enim principes, de imperio invicem certantes, utique ele-*

a b c d *cti fuere, licet inter factiones & dissensiones statuum*

Mm 3

Gez



a b c d Getmanix, ut 1. *Henricus Raspo*, Thuringix Landgravius, a. 1246. electus, qui sequenti anno, profuvio ventris occubuit. 2. *Wilhelmus Batavus*, electus a. 1247. a Frisonibus a. 1256. opprimitus. 3. *Richardus Cornubiensis Anglus*, & 4. *Alphonsus rex Aragonix* a. 1257. a diversis partibus electi, quorum ille vacuus in Angliam revertit a. 1264. hic in Hispania remansit, solo titulo regis Romanorum contentus, v. MERTIVS in *Chronico Germanix Lib. 21.*

γ. *Post Interregnum.* Qui post Interregnum Germanis præfuere Imperatores, in duas classes abeunt, quarum alii sunt

1. *Ex diversis domibus*, a *Rudolpho Hapsburgico* ad *Sigismundum*, ille electus est 1272. hic 1414. Hac Periodo fasces adepti sunt *Rudolphus Hapsburgicus* 1272. *Adolphus Nallovius* 1292. *Albertus Austriacus* 1294. *Henricus Luzzelburgicus* 1308. *Ludovicus Bavarus* 1314. cum interjecto *Friderico Austriaco*. *Carolus IV.* rex Bohemix 1346. *Wenceslaus* 1378. *Fridericus Brunsvicensis* a. 1400. *Rupertus Palatinus* 1400. *Iodocus Moravus* 1410. *Sigismundus* rex Bohem. & Hung. 1411.

2. *Ex domo Austriaca*, quales ab *Alberto II.* Austriaco 1438. omnes sequentes, *Fridericus III.* 1440. *Maximilianus I.* 1493. *Carolus V.* 1519. *Ferdinandus I.* 1558. *Maximilianus II.* 1564. *Rudolphus II.* 1576. *Matthias* 1612. *Ferdinandus II.* 1619. *Ferdinandus III.* 1638. *Leopoldus* 1658. *Iosephus* 1705. *Carolus VI.* 1711. nunc feliciter regnans.

5. *Statum recentiore*, qui singula in se complectitur, quæ a temporibus *Caroli V.* ad nostram ætatem gesta sunt. Plura heic non addimus, quod exposita lajius singula extent in *Compendiis & Syttematibus Hist. Germ.* *Scriptores* huc spectantes bene multos propinare possunt *MERTIVS* in *Bibliotheca Germanica*, *NEV* in *Accessionibus ad Whearum*,


a b STRUVIUS in *Biblioth. Hister.* *DU FRESNOY* & *MENCIVS*

KIVS











a b RIVS in *Catalogo*, GRYPHIVS in *Apparatu Script. Sec<sup>o</sup> XVII.*

XVI. BELGII. Hic quoque notamus

I. *Rationem nominis.* Belgium seu Belgiam vocamus illas terras, quæ confusis Galliarum Germaniarumque antiquis limitibus, XVII. provincias hodiernas continent, vulgoque *Germania inferior*, & vernacula notione, *die Nederlande* vocantur. Nomen indiderunt *Belgæ*, Germaniarum populus celebratissimus, plurimos Germanos complexus, inter quos cum primis *Celtæ*, *Batavi* ex *Cattis* orti, *Frisii* &c.

II. *Statum antiquum* Belgarum ignoramus, nec quo tempore huc se infuderint gentes illæ Germanicæ, affirmari potest. A Julio Cæsare ex parte, & a Druso omnes subjugatos esse, constat, ex quo Belgicæ fines & termini varie mutati. Manserunt inde sub imperio romano, usque in medium ævum.

III. *Statum sub medio ævo*, secundum varias *Dynastias*:

I. *In Statu diviso*, a sec. IV. Belgium ab advenis ex Germania gentibus, varie direptum fuit, dum igitur

a. *Francorum* potentia valida esset *Clodio* seu *Clodiglo* rege, parere illi circa 425. debuerunt Belgæ, exceptis *Frisiis*, qui suos reges habuerunt, usque ad tempora *Caroli Martelli*, *Frisiam* subjugantis circa a. 734. *Normanni* Belgium vastant a. 881.

b. *Germanorum* Imperio Belgium acquisivit *Otto I.* circa a. 950. procedente tempore, Imperatoribus sec. XII. & XIII. gravia habentibus certamina, liberius agendi Belgis occasio cepit, difficile igitur erat Germanis, in officio retinere quos Pontifices semper ad defectionem instigabant; hinc ex *Præfecturis*

γ. *Varii* a sec. XIII. *Ducatus*, *Comitatus*, *Dominatus*, exorti qui antea *Lotharingæ inferioris* complexu continebantur, exorti, non modo ut alibi hæreditarii, sed

a b c d & independentes, quibusdam etiam subinde cohæ-

EGENT



a b c d rentibus, usque dum, in unum coaluerent corpus omnes.

2. In statu conjuncto, & quidem

a. Sub domo Burgundica, extincta illa veteri, de qua diximus pag. 203. seq. Robertus Hugonis Capeti Gall. regis filius, Ducatum Burgundiae adeptus est, ex cujus posteris Eudo IV. cum uxore Iohanna Artesiam acquisivit; ejus nepos Philippus sine prole occubuit, Burgundiae itaque Ducatus, Iohanni Galliae regi cessit, cujus filius Philippus audax, a patre Burgundiam accepit an. 1363. hic uxorem duxit Margaretham, haeredem Flandriae, Artesiae, Antwerpiae, Mechlini, quas provincias uxorio jure adeptas, transmisit ad posteros suos, filius ejus Antonius, donatione Iohannae Brabantiae accepit a. 1404. Brabantiam & Limburgum; patri successit Philippus, qui sine prole decedens 1430. haeredem ditionum scripsit Philippum bonum, Iohannis, qui Antonii frater fuit, filium, hic emtionis jure an. 1424. acquisivit Namurcum, 1443. Luxemburgum; Iacobae a. 1433. per fas & nefas extorsit Hollandiam, Seelandiam, Frisiam, Hannoniam; Ejus filius Carolus Audax a. 1473. numorum pretio acquisivit Geldriam & Zudsaniam, quas singulas provincias transmisit ad filiam Mariam unicam haeredem.

b. Sub domo Austriaca. Caeso Carolo audace a. 1477. ab Helvetiis, per filiam Mariam singulae haec provinciae ad Maximilianum Austriacum, uxorio jure pervenerunt, excepto Ducatu Burgundiae, qui Gallo cessit, has filius Philippus, jure hereditario transmisit ad filium Carolum V. regem Hispaniae, qui emtione adjunxit a. 1529. Ultrajectum, Groningam & Transisalaniam.


IV. Statum recentiore a sec XVI. & quidem

a b 1. In statu conjuncto sub Hispanis. Omnes illas XVII. Belgicae provincias in Carolo V. conjunctas, a patre accepit Philippus II. rex Hisp. a. 1558. per Gubernatores administrandas, verum is, cum Belgarum civili & ecclesiasticae











a b sticæ libertati ab a. 1560. multum detraheret, ad defectio-  
nem illos sollicitavit, cujus initium ponitur in a. 1571.

2. *In statu ab Hispanis avulso.* Posteaquam Belgæ, ha-  
tenus de injuriis apud regem, plus vice simplici conque-  
sti essent, nihil vero impetrarent, infectisque rebus lega-  
ti reverterentur, quinque provinciæ, *Geldria* videlicet,  
*Hollandia*, *Seelandia*, *Frisia* & *Ultrajectina* a. 1579. fœdus  
inierunt, cui porro a. 1581. accesserunt *Gröningensis* &  
*Transisalanica*, quo anno omnem fidem ac obedientiam  
Philippo renunciarunt, *libera Republica* instituta, ac bello,  
sub fortissimis Arausionum Principibus & Nassoviæ Co-  
mitibus, per annos LXXX. continuato, tandem a. 1648.  
pace cum Hispanis facta, libertatem armis jam assertam,  
confirmarunt. Atque ex illo tempore divisum fuit *Bel-  
gium*, in *Confœderatum*, septem illas provincias comple-  
ctens, & *Hispanicum*, ad quod reliquæ spectarunt, per  
Gubernatores regum Hispaniæ administratæ, usque ad an.  
1713. quo, Trajectensi pace Imperatori fuere adjudicatæ,  
exceptis illis tractibus, quos Gallus a. 1659. pace Pyre-  
naica, a. 1678. Neomagensi, & a. 1697. Risvicensi, ad-  
eptus est. In utroque Belgio, multa magnaque a sec. XVI.  
gesta sunt, usque ad nostram ætatem; hoc enim interval-  
lo, arena martis fuit *Belgium Hispanicum* ab a. 1635. ad  
1659. porro ab a. 1667. ad 1678. rursus ab a. 1683. ad  
1684. iterum ab a. 1692. ad 1697. ac tandem ab a. 1702.  
ad 1713. Cæsar, dum a. 1717. Ostendæ fundamentum po-  
nit societati Indicæ, eamque a. 1722. privilegio confir-  
mat, controversiæ cum Batavis nondum finitæ occasio-  
nem præbet. Apud Batavos, seculum XVII. variis rebus  
memorable redditum, sub cujus exordio societas Indica  
orientalis initium, & successive magna incrementa capit;  
Schisma in negotio religionis, inter Arminianos s. Re-  
monstrantes, & Gomaristas s. Contraremonstrantes, ab a.  
1608. contigit, nunquam sanandum, ex quo tumultus  
a b horrendi, cædes, aliaque mala, circa 1618. seq. enata fue-  
runt.

N a

runt.



a b runt; porro novi motus exorti de dignitate Gubernatoris continuanda ab a. 1651. deinde bellandum Batavis fuit cum Anglis ab an. 1652. ad 1654. cum Suecis an. 1658. rursus cum Anglis a. 1665. seq. cum Gallis 1672. ad 1679. rursus ab a. 1688. ad 1697. ac tandem focii quoque fuerunt in bello de successione hispanica ab a. 1700. ad 1713. Recentissima addemus per discursus. *Scriptores* huc facientes sunt: BVCHERII *Belgium*, Collectiones FEYERABENDII, SVERTII & MATTHAEI, HEVTERI *Opera*, CANDIDI *Epitome rerum Belgicarum*, STRADA *de bello Belgico*, REIDANI & GROTTII *Annales*, METERANI *Historia Belgica*, Anonymi *Verunruhigter Niederlandische Löwe*, & multi alii, quos lege sis apud DU FRESNOY, MENCKIVM in *Catalogo*, GRYPHIUM in *Apparatu ad Script.* Sec. XVII.

XVII. HELVETIAE. Et hic quoque notamus

I. *Nominis rationem.* *Helvetia* olim angustior fuit quam hodie, ita dicta, ab incolis *Helvetiis*, acerrima & maxima, ut *Cicero* loquitur, natione; unde vero id nominis adepta sit natio, non una sententia. *Sviceros* vero dictos vult communis opinio, a pago *Sviz*, ubi an. 1307. prima foederis fundamenta posita; alii tamen a voce *Svecus* deducunt, quod *Sviceri* *Svecorum* sint propago.

II. *Originem nationis.* Non occupabimur heic indagare natales antiquorum *Helvetiorum*, an Galli? an vero Germanica, & a Gallis discreta gens fuerint, mixtam gentem fuisse praece *Helvetiae* incolas, haud simpliciter probari potest argumento; *Hodiernos Helvetios*, ex *Alemannis*, *Marcomannis*, & maxime ex *Svevis* esse, vel linguae dialectus clarissime comprobatur, reliqui partim *Italicae* partim *Gallicae* sunt originis, vid. SPENERI *Notitia Germania* L. IV. pag. 159. seqq.

III. *Statum antiquum* secundum varias Periodos:


a b c a. *Sub libertate.* Primam migrationem *Helvetiorum* ex Gal-

Gal-











a b c Gallia aut Germania in has oras, & ejus causas atque tempus, quis in tanta obscuritate definire ausus fuerit? Circa a. M. 3844. a. C. 104. *Ambrones, Tigurini & Tugeni*, Cimbris & Teutonibus societate belli juncti, parem fortunam adversus Romanos experti sunt, victores prius, tandem ad interuersionem cæsi. Circa a. M. 3892. a. C. 56. de finibus suis exeunt Helvetii, locum sibi in Gallia quaesituri, verum a Cæsare vincuntur & repelluntur, ex quo Romanum jugum tolerare debuerunt.

β. *Sub Romanis.* Victi atque repressi a Cæsare Helvetii, quo sese receperint, non constat; illud indubium, mixtum hominum genus, deserta habitatoribus loca successive occupasse, Gallos, Quados, Marcomannos, Italos &c. hi omnes Romanis paruerunt, Celticæ Galliae, mox Lugdunensi adscripti, deinde ab Octavio Belgicæ adjecti, quo in statu manserunt usque ad tempora mediæ ævi.

IV. *Statum sub medio ævo.* Et quidem

1. *Sub Alemannis.* A Seculo III. infedere cœperunt has oras Alemanni, dumque interea labare inciperet Romanorum imperium, variis excursionibus, vicina vastare per sæpe inceperunt, & excusso Romanorum jugo, in Helvetiam Alemannicæ nomen transtulerunt, quod, permixtis deinceps Alemannis cum Svevis, in communis *Sveviae* fuit mutatum. Hoc rerum statu, cum Romanis sæpe pugnant, & vincuntur ad Mœnum a. 215. a Caracalla, in Italiam penetrant an. 265. cæduntur a Claudio a. 269. a Chlora 297. a Constantino M. a. 309. ipsi in Gallia vincunt Decentium a. 351. repelluntur a Juliano 357. a Valentiniano 365. & Gratiano 378.

2. *Sub Burgundionibus.* Tempore Honorii Imp. sec. V, initio, Burgundiones Helvetiæ hodiernæ partem invadebant, illorum rex Sigismundus amplissimos regni fines habuit, quo & complexa est pars hodiernæ Helvetiæ, quæ cis Juram montem jacet.

a b c

N 2

3. *Sub*



a b c

3. *Sub Francis.* Sec. V. fine, ubi Francorum potentia maxime excreveret, Clodoveus rex, Burgundiæ regnum, cuius pars Helvetia erat, Gundibaldo rege devicto, sibi subiecit, ex quo sub imperio Francorum fuerunt Helvetii; exorto circa an. 877. regno Arelatensi, & Helvetia pars illius fuit, usque ad tempora Conradi II. conf. pag. 201. seq.

4. *Sub Germanis.* In Germanorum ditionem Helvetii venerunt, postquam Conradus II. regnum Arelatense, ex testamento acquisitum, cum Germaniæ regno conjungeret circa a. 1032. vid. pag. 204. Ex illo tempore, occasione turbarum in Germania, Helvetii terras suas in Pagos, quos antiqua voce *Gow*, hodie *Cantons*, vocarunt, distribuerunt, in quibus successive numero plures Comites, Barones, Nobiles, Episcopi emerferunt, qui tempore interregni, summam libertatem & jurisdictionem sibi acquisiverunt, quam Rudolphus I. Imp. ab a. 1273. ut civibus suis (Comitatus enim Habsburgicus, pars erat pagi Bernensis) auxit atque confirmavit, ita tamen, ut imperii membra manerent.

5. *Sub libertate recuperata.* Rudolfo demortuo, Helvetiæ nobilitas Alberti, reliqua pars civium Adolphi partes sequebantur, isto autem occiso, ubi Albertus Austriacus, de stabiliendo pro domo sua in Helvetia principatu, consilia iniret, Præsidesque ac Præfectos, novo instituto Helvetiis imponeret, qui, mites primo visi, tandem vero ad tyrannidem se converterent, Helvetii a. 1307. defectionem moliantur, & a. 1308. aperte deficiunt, societatemque pro asserenda libertate, quam Henricus VII. Imp. a. 1309. confirmavit, religione sacramenti ineunt; non uno quidem tempore, initium fecerunt a. 1315. *Uranii, Svitii & Silvani*, quibus accesserunt a. 1332. *Lucernates*; a. 1351. *Tigurini & Glarufenses*; a. 1352. *Tugeni*; a. 1353. *Bernates*, qui vulgo *ocho veteres pagi* dicuntur, porro in foederis societatem admitti a. 1481. *Saladurii &*


a b c

Eri.











a b c *Friburgii*, a. 1501. *Basileenses & Scaphusani*, an. 1513. *Abbatiscellani*, numeratque abhinc pagi seu Cantones XIII. nec deinceps ad præsens tempus, pagorum numerus auctus; Quibus jam dum a. 1471. fœdere accesserant *Grisones*, & successu temporum, reliqui etiam Helvetiorum confœderati, numero plures. Atque sic, æterno, ut loquuntur, fœdere conjuncti, varia maximaque bella cum vicinis gesserunt, quibus tamen semper superiores esse Helvetios voluit, fortitudo & fortuna, a. enim 1315. 1386. & 1499. Austriacos vincunt; ab a. 1476. cum Carolo Audace Duce Burgund. bellant, qui 1477. occubuit. Cum Gallis ab a. 1510. ad 1515. belligerant, sed & vincuntur. Ab a. 1519. occasione religionis bellum civile cruentum exoritur.

V. *Statum recentiore a sec. XVI.* Ultimum pro vindicanda libertate Martis opus fuit, bellum cum Maximiliano, cœptum a. 1499. sed & pace a. seq. infecuta finitum, libertas integra fœderatis relicta, quam, pace Westphalica a. 1648. ut libero populo confirmatam, in hunc usque diem tuentur; quanquam sint, qui putent, Germaniam non omnibus in universonum juribus in Helvetios, ista cessionis formula renunciasse, sed duntaxat eos in possessione vel quasi reliquisse, salvis alioquin prætensionibus suis; utut sit, illud certum, Helvetios sua usos esse libertate in hunc usque diem. A. 1712. bellum caussat Abbas S. Galli, quod magno cum detrimento militis illius episcopi, finitum fuit 1718. Recentiora per discursum addemus. *Scriptores* huc spectantes sunt: GVILIMANNVS *de Rebus Helveticis*, SVICERI, STVMPFII, STETTLERI *Chronolog. Helvetie* WALDKIRCHS *Einleitung zur Schweizer-Historie*, reliquos dabunt DU FRESNOY & MENCKE *in Catalogo*, GRYPHIUS *in Apparatu Scriptor. Sec. XVII.*

XVIII. ITALIÆ. Ubi notamus

a b c [I. *Rationem nominis.* Vocem Italiæ, sive ratione originis sive significationis spectes, varias variorum deprehen-

N. 3

des




- a b c des sententias, veteres illam a gr. *Ἰτάλη* i. e. *tauro* seu *bove*, dictam putarunt, quorum fecunditate celebris est, alii aliter, vid. ABELI *Hist. Monarchiarum*, pag. 719. seq.
- II. *Origines incolarum*, quas merito obscuras esse & incertas, omnes doctiores tradunt, quæ enim ante Romam conditam condendamque vulgo traduntur, fabulis magis, quam incorruptis monumentis niti, vel ipse princeps hist. rom. *Livius* fatetur.
- III. *Statum Italiae antiquum*, secundum varias *Dynastias*:
1. *Aboriginum*, ab *Jano* rege usque ad *Latinum*, sub V. regibus, quæ dynastia duravit ab a. M. 2625. a. C. n. 1323. per annos CXLVI.
  2. *Latinorum*, ab *Aenea* ad *Numitorem Silvium*, sub XVI. regibus, ab an. M. 2771. a. C. n. 1177. duravitque annos CCCCXXIX. Res hanc periodorum propinant *LIVIVS*, *FLORVS*, alii.
  3. *Romanorum*, quæ incipit a *Romulo* urbeque condita; hanc periodum cum supra pag. 186. seq. ex instituto absolutam sciamus, lectorem benevolum eo remittimus.
- IV. *Statum sub medio ævo*, a sec. IV. ad sec. XVI. initium. Ubi notamus
- a. *Statum Italiae ante everfionem imperii occidentalis*, ubi observanda veniunt
1. *Series & successiones Imperatorum*; Divisione imperii rom. in filios *Theodosii M.* facta, occidens *Honorio* cedit, eo an. 323. demortuo successit sororis filius *Valentinianus III.* adulterio infamis, interfectus a *Maximo* a. 454. hunc a. seq. Romani e medio tollunt. Sequentes IX. principes ab *Avito* usque ad *Orestem*, intra annos XXII. mortui aut expulsi, reges Italiae magis quam romani Imperatores dicendi sunt.
  2. *Irruptiones barbararum gentium*, & quidem a. *Hunorum* sub *Attila*, qui non tam possidendi quam prædandi causa irruerant, sec. V. medio.

B. West-











- a b c β. *Westgothorum*, duce *Alarico*, de qua invasione diximus pag. 197.
- γ. *Herulorum*, qui occidentem evertunt, ut dictum pag. 198.
- β. *Statum sub everfione*, quæ contigit a. 476. quo ultimus Imperator *Romulus Augustulus*, ab *Odoacro Herulorum* rege dejectus fuit, vid. pag. cit.
- γ. *Statum post everfionem*, & quidem
1. *Sub Ost-Gothis*, qui novum in Italia regnum condunt, secundum dicta pag. 197.
  2. *Sub Longobardis*, qui a. 570. rege *Alboino*, novum in Italiae partibus superioribus, regnum fundarunt, reliqua Italiae pars, Græcis parebat; dictum vero pag. 210. qua occasione Italiam ingressi fuerint Longobardi, ex quo tempore suos reges XXIII. habuerunt, quos recenset MICRAELIVS in *Hist. Pol. L. 2. p. 423. seq.* & quamvis ultimo illorum rege a Francis subacto, regnum Longobardorum interierit, manserunt tamen nomen regni, corona Lombardica, Leges Longobardicæ, & quæ sunt alia.
  3. *Sub Exarchis*, occupata Italiae superiori parte a Longobardis, Græci Imperatores, regnandis reliquis Italiae partibus, Exarchos mittebant & constituebant, qui idem erant ac *Vicarii, Præfecti*; horum primus fuit *Longinus* ab Imp. Iustino II. in Italiam missus a. 567. Ravennæ residens, ejus successores XVII. a Longobardis sæpe vexati fuere, usque dum *Entyobius*, ultimus in ordine, an. 752. ejectus finem huic Græcorum dominationi faceret, v. STRAVCHII *Diff. de Hist. Exarchatus.*
  - δ. *Statum post restaurationem occidentis per Francos.* Aistulphus Longobardorum rex, Exarchatu sublato, ipsam nunc etiam Romanam sibi dari postulabat, Papa igitur Stephanus, Pipinum Gallia regem clanculum per literas in auxilium evocat, qui armis pacem a. 754. conciliat, qua. Exarchatus cum aliis urbibus, Pontifici dicitur donatus,

datus,



a b datus, qua de re tamen multum disputatur. Desiderius successor Aistulphi, an. 772. iterum Ravennam aliaque loca occupat, Papa conqueritur apud Carolum, de vi Desiderii, is legationibus primum rem perficere conatur, sed cum pacis condiciones Desiderio persuadere non posset, cum exercitu an. 773. Italiam ingreditur, Desiderium fundit, captum an. 774. in Galliam abducit, Imperiumque occidentale a. 800. instaurat, *vid. pag. 193. seq.* Atque sic videnda nunc Italia

1. *Sub Francis* ex stirpe Carolingica; quam post Caroli M. mortem filius *Ludovicus Pius* ab an. 814. rexit, excepto Longobardorum regno, quod Carolus, ex Pipino nepoti *Bernardo* concesserat, quem Ludovicus an. 818. e medio tollit; Ludovico an. 840. demortuo, factaque regnorum an. 843. divisione, *Lotharius*, dein *Ludovicus II.* a. 855. *Carolus Calvus* an. 875. *Carolomannus* a. 878. *Carolus Crassus* an. 880. Italiam possederunt; hoc ultimo, omnibus suis regnis an. 888. cedere coacto, Imperium Francorum in Italia, per desidia derelicta, concidit.


2. *Sub novis Italia regibus*, ab an. 889. quo *Berengarius* Dux Forojulienfis, Italiam Lombardicam ad se traxit, regiamque sedem Mediolani collocavit, cui se opposuit *Guido* Dux Spoletanus, dimicatum igitur de regno Italiae fuit ab a. 889. ad a. 961. sub IX. regibus, quorum ultimus fuit *Berengarius II.* ab *Otone M.* victus atque fugatus. Equidem, jam dura an. 896. *Arnulphus* rex Germanorum, Roma capta Imperator coronatus fuit, ejus tamen imperium durabile non fuit.

3. *Sub Germanorum Imperio.* Ex quo Italia Francorum desidia esset derelicta, proceres eam sibi pepererunt auctoritatem, ut reges sibi eligerent, deque privilegiis & immunitate servandis, cum illis paciscerentur; cum vero *Berengarius II.* pacta violasset, ad unum omnes sese *Otoni M.* Romae a. 962. coronato subjecerunt; cumque *Berengarius* a b II. loco cedere nollet, armis victus a. 864. in Germaniam rele-











a b relegavit. Atque hoc in Italiam jure, usi sunt Ottonis M. successores in Germania, & in resistentes sibi, tanquam in perduelles animadverterunt debite, constitutis passim Vicariis & Præfectis, qui in urbibus & provinciis mandata Imperatorum curarent.

4. *In Statu diviso.* Quam Imperatores Germani per Præfectos urbium ac provinciarum administrabant Italiam, ea, labente republica Germanorum, rebusque a seculo XII. turbatis, varie vexata, atque in varios titulos ac dominatus discerpta fuit; nec tamen simul & semel, verum diversis temporibus & occasionibus, partim concessu & patientia Imperatorum, partim etiam aperta secessione & rebellionem; Atque sic intra Italiæ fines & per adjacentes insulas, successive exorta sunt:

[I. *Pontificis Romani Dominium.* Initium potestatis secularis in regiones Pontificiæ ponitur in a. 755. quo Ravenna, cum reliquis Exarchatus partibus, a Pipino Papæ dono dicitur esse data, cujus exemplum alios etiam Imperatores & Principes secutos esse, curiæ romanæ parafiti asserunt; quicquid hujus sit, illud extra dubium, turbulentis illis temporibus, variis titulis & viis, Pontifices non solum urbem Romam sibi subjecisse, verum etiam circumjacentes terras usurpasse, quo vero jure & fide, alii prolixius demonstrarunt; illud tantum addimus, Romam, quæ hætenus propriis magistratibus regebatur, a Bonifacio IX. qui sedem Romæ adeptus est 1389. sub obsequium redactam esse, in qua, occupato imperio, arcem Angelicam communivit, eique præsidium imposuit, ut Romanos eo facilius sub jugo retinere posset, legendi hic sunt, qui de *Origine Papatus, de Primatu & Potestate Papæ, de Donationibus, Patrimonio Petri, &c.* scripserunt, & qui *Catalogum ac seriem Paparum* contexuerunt, eorumque *acta & facta* literis consignarunt, quos enumerat DU FRESNOY *Catalogus*

a b c *Cap. 65. seqq. & MENCKII Bibliotheca,*

Oo

II. Re.



## II. Regna, qualia sunt

## a. NEAPOLITANVM. Ubi notamus

1. *Rationem nominis*, ab urbe *Neapoli* capite suo, id nominis habere constat, alias & *Sicilia cis Pharus* s. fretum dicta, a tempore sec. XII.

2. *Originem nationis*, quam cum reliquis Italis communem habere Neapolitanos, vel linguæ tenor aperte confirmat.

3. *Statum antiquum*. Nulla Italiæ pars, ante Romanum Imperium, tantum floruit, tantæque potentia fuit, quam hæc, in illa *Capua* imperii æmula, *Cuma*, *Nola*, *Samnites*, *Marfi*, *Lucani*, *Apuli*, *Tarentum*, *Sybaris*, *Crotona*, *Metapontum* &c. in hac ingenia, artes ac literæ primum florere: Tandem singula romanorum imperium successive subierunt, exceptis partibus inferioribus.

4. *Statum sub medio ævo*, secundum varias Dynastias:
 

- a. *Græcorum*, inferior tota hæc Italiæ pars, Græcis Imperatoribus subiecta fuit, per multa tempora, quæ eam per Præfectos, & tandem Exarchos rexerunt, donec

- β. *Gothi* sec. V. & *Longobardi* sec. VI. irrumperent, qui varios in ea principatus fundarunt, inter quos celebriores, *Beneventanus*, *Capuanus*, *Melphitanus* & *Salernitanus*.

- γ. *Sec. VIII. initio*, *Saraceni* Siciliam, Apuliam & Calabriam invadebant, quo ævo *Græci* Apuliam partem tenebant; Neapolitani vero, *Amalphitani* & *Cajetani*, mari plurimum valentes, in Reipubl. formam se regebant, qui status duravit usque ad XI. sec. Antea vero, jam a. 970. Græcis Apuliam ademerat *Otto I.* cujus filius *Otto II.* a. 982. a Græcis vincitur, seq. vero anno ipsos Saracenos cruento proelio vincit. *Henricus II.* totam Apuliam & Calabriam Græcis eripuit a. 1022.


a b c d e

J. Nor-











a b c d e

§. *Normannorum.* Ex his *Tancredus* quidam, cum XII. filiis egestate compulsus, in Italiam venit, operamque suam Græcis contra Saracenos, circa a. 1000. præstitit, agro primum ab Henrico II. Imp. mox ditione donatus; evocatis mox aliis a Normannia Galliarum popularibus, res Normannorum in Italia florere cœpit; nec longo post tempore, Saracenis, Apulia Calabriaque ejectis, *Guilielmus* filius, circa a. 1041. primus Comes Apuliarum, Græcos ex Apulia ejicit; *Robertus* filius a. 1050. primus Apuliarum Calabriaque Dux a Papa pronuntiatur; hujus filius *Rogerus*, in ito fœdere cum Græcis (qui adhuc oram Hydruntinam tenebant) & Salernitano Principe, classe comparata Siciliam invadit circa a. 1080. hinc Comes Sicilia dicitur. Hujus filius *Rogerus II.* a. 1130. a Pontifice Anacleto II. *Rex utriusque Sicilia* creatus, tandem, instante Pontifice, a Neapolitanis obtinuit, ut ibi etiam rex proclamaretur, quo factum, ut in unum regnum, dispersi Principatus coaluerint. Penes hujus posteros utriusque Sicilia regnum mansit, usque ad *Wilhelmum III.* quem *Henricus VI.* Imp. a. 1194. deturbavit: Genealogia sequens lucem suppeditat;

*Tancredus*

<i>Vilhelmus</i>	<i>Robertus</i>	<i>Rogerus I.</i>
Com. Apuliarum	Dux Apuliarum	Com. Siciliae
† 1046.	† 1085.	† 1102.

|  
*Rogerus II.*  
 rex utriusque Siciliae  
 1130. † 1154.

<i>Rogerus III.</i>	<i>Vilhelmus I.</i>	<i>Constantia</i>
	† 1167.	ux. Henrici VI. Imp.
<i>Tancredus</i>		a. 1186.
rex 1189. † 1192.	<i>Vilhelmus II.</i>	
	† 1189.	<i>Fridericus II. Imp.</i>
<i>Vilhelmus III.</i>		rex utriusq. Siciliae
dejectus 1194.		1197. † 1250.

a b c d e

•



a b c d e

Conradus IV. Imp.

† 1154.

Conradinus

† 1268.

\*

Manfredus

rex 1254. † 1366.

Constantia

ux. Petri III.  
regis Aragonie.

ε. *Svevorum.* Postquam Henricus VI, Imp. ex domo Svevica, *Constantiam* Rogerii II, filiam in uxorem a. 1186. duxisset, Wilhelmum, aut ut alii volunt, Rogerium regem dolo oppressit, regnumque ad se rapuit a. 1194. ex quo utraque Sicilia penes Svevos fuit, usque ad *Conradinum* Conradi IV, filium, qui paternum regnum, post Manfredi mortem recuperatum ibat, a Carolo Andegavensi vero, regni invasore ab a. 1164. gravi proelio victus, captus & in Neapolitana civitate securi percussus perit a. 1268.

ζ. *Gallorum ex familia Andegavensium.* Cum Pontifices romani, implacabile in domum Svevicam concepissent odium, Clemens IV, *Carolus Andegavensem*, contra Manfredum a. 1264. evocatum, an. 1266. regem utriusque Sicilie inauguravit, cujus posterum, (sine tamen Sicilia, quam Carolus 1282. amisit v. p. 295.) regnum Neapol. possederunt, usque ad *Johannam II*, a. 1435. sine prole defunctam; Catalogum & res horum regum lege apud MICHAELIVM Lib. 3. pag. 5. seq.

η. *Aragonia Regum.* Ab *Alphonso V.* ab a. 1431. quem Johanna testamento hæredem scripsit; cum vero ea cito rursus adoptionem revocaret, successio- nisque jus ad *Renatum* Andegavensem transferret, gravissimo bello inter Gallos & Aragonios gesto, ansam præbuit, usque dum *Ferdinandus Catholicus*, exul.


a b c d e

exul.











b c d e expulsis 1503. Gallis, toto regno Neapol, potiretur,  
a quo tempore in Hispanorum mansit potestate.

§. *Statum recentiore* a sec. XVI. ad nostra tempora.  
A Ferdinando Catholici morte, cum Hispaniæ regnis  
conjunctum mansit Neapolitanum, usque ad a. 1700.  
qui *Carolo II.* emortualis fuit; hoc temporum interval-  
lo, parum memorabile in isto regno contigit, præter  
tumultus, quos a. 1647. & 1696. Neapolitana plebs  
caussavit. Post obitum Caroli II. *Philippus V.* a. 1702.  
personaliter, Neapoli possessionem regni accepit, cujus  
tamen partes cito rursus Neapolitani deseruerunt, Cæ-  
sarisque imperio sese 1707. submiserunt. *Scriptores*  
huc facientes sunt: COLLENTII, CAPACCII  
& GIANNETTASSII *Historia Neapolitana*, RITIVS  
*de Regibus Neapolis & Sicilia*, GVICCIARDINVS in  
*Hist. Ital.* IOVIVS in *Hist. sui temp.* THVANVS *Hist.*  
*Sec. XVI.* reliquos lege apud DV FRESNOY &  
MENCKIVM in *Catalogo*, GRYPHIVM in *Apparatu*  
*Script. Sec. XVII.*

β. SICILLIAE. Ubi notamus

I. *Rationem nominis.* A *Siculis* Latii incolis, nomen for-  
titam esse volunt Insulam, alii a *Sicano* rege, qui an-  
te Trojana bella insulam occupasse creditur, alii rur-  
sus aliter.

II. *Originem & natales incolarum*, ex lingvæ illorum  
ac indolis habitutine, liquido constare potest, Siculos  
hodiernos, cum Italis ejusdem esse originis.

III. *Statum antiquum.* Non attinet heic excurrere in  
ætatem *gigantum & cyclopum*, qui primi in Sicilia ha-  
bitasse commemorantur, mox *Iberi*, dein *Siculi*, ab  
Aboriginibus ex Italia pulsi, postea *maritima Phœnices*  
occupasse dicuntur, quibus a *Græcis* ejectis Græcorum  
colonia facta est. Certior historia complectitur Dy-  
nastias

a b c d I. *Regum seu Tyrannorum* in diversis civitatibus,

O o 3

inter



a b c d inter quos magis celebres Romanorum ævo, *Hermocrates, Dionysius, Dio, Timocleon, Agathocles, Hiero. &c.*

2. *Carthaginensium.* Hi a longinquis temporibus Siciliæ inhiaverant, unde gravia ac diuturna bella, victores sæpe, sæpe etiam victi, usque dum a. M. 3674. a. C. n. 274. Pyrho, qui Siciliotis auxilio venerat, devicto, magnam Siciliæ partem sibi subjicerent.

3. *Romanorum.* Mamertini s. Messanenses in Sicilia inter se contendentes, pars Carthaginensium, pars Romanorum auxilium petunt, quod hi miserunt, Pœnorum metu vel invidia, hinc primum bellum Punicum ab a. M. 3686. a. C. n. 262. in quo Romani terra marique superiores, Carthaginenses Sicilia successive ejiciunt, eaque maxime parte potiuntur, pace insecuta a. M. 3709. a. C. n. 239. quam in Provinciæ formam redactam, per prætores administrari curant; in quadam tamen insulæ parte, *Hiero* regio nomine apud Syracusas imperavit, & aliquot successores habuit, usque ad a. M. 3738. a. C. n. 210, quo Syracusæ a Romanis captæ sunt; Ab a. M. 3815. a. C. n. 133. servi duriter & parce nimis habiti, primo latrociniiis, ac tandem, facto sibi rege, aperto bello, insulam vastant & infestant, integro quadriennio; idem faciunt & a. M. 3846. a. C. n. 102. quos tribus post annis in ordinem redegit Aquilius. Bello civili inter Pompejum & Augustum, ab a. M. 3909. a. C. n. 39. Sicilia fit theatrum, ac deinceps etiam inter Augustum & Antonium. A. C. 280. diripitur a Francis, navibus huc delatis.

IV. *Status sub medio ævo, secundum varias Dynastias*


1. *Vandalorum & Gothorum.* Cum Maximus, Valentiniano III. interfecto, ejus & imperium & matrimonium invaderet, a. C. 455. Augusta Eudoxia, ut se a Maximo vindicaret, Geisericum Vandalorum regem ex Africa evocavit, qui Roma capta, Siciliam quoque & Sardiniam subegit, quas Belisarius a. 535. recuperat, postea.

a b c d











b c d posteaquam Sicilia, Vandalis regressis, ab a. 131. Gothici juris facta esset.

2. *Græcorum.* Post ejectos a Belisario Gothos, insula hæc Græcis imperatoribus paruit, usque ad a. 828. quo a Saracenis fuit occupata, quos Euphemius Siciliae præfectus, in Imperatorem seditiosus, invitaverat; Antea jam a. 664. eam spoliaverat Constans Imp. qui & ibidem a. 668. eapropter occisus fuit.

3. *Normannorum.* Saracenos ex Sicilia a. 1063. Rogerius ejecit, cujus filius *Rogerus II.* primus utriusque Siciliae rex creatus 1130. ex quo Sicilia cum Neapolitano regno conjuncta fuit, repete dicta pag. 291.

4. *Svevorum,* Diximus pag. cit. *Henricum VI.* Imp. ducta uxore Constantia, utramque Siciliam a. 1194. occupasse, ex quo tempore penes domum Svevicam mansit, usque ad a. 1266. quo *Mansfredus,* a Carolo proelio superatus occubuit.

5. *Gallorum,* sub *Carolo* Andegavensi, qui a *Clemente IV.* rex utriusque Siciliae 1266. creatus est; ei a. 1273. veneno interfecto, successit filius *Carolus,* hoc regnante, Siculi consilia cum Petro Aragoniae rege, quem *Conradinus* moriens successorem designaverat, ineunt, de ejiciendis ex Sicilia Gallis, quos & a. 1282. feria secunda Paschatos, dum ad vespertas campanæ pulsarentur (hinc *vespera sicula*) aggrediuntur, & ad unum omnes trucidant.

6. *Aragoniorum.* Trucidatis per totam insulam Gallis, *Petrum* Aragoniae regem Siciliotæ advocant, qui & accepto de clade Gallorum nuntio, in Siciliam venit, ibique in regem coronatur; sic, cum Aragonia tandem & Sicilia ad Castilianos delata fuit, qui eam possederunt ad mortem *Caroli II.* usque; equidem *Papa Petrus,* plus vice simplici excommunicaverat, multasque turbas excitaverat contra Aragonios, sed sine effectu; mansit itaque penes Aragonios, quibus cum Gallis multum fuit deinceps belligerandum. N. Ste

a b c d

N. Ste



a b c V. *Statum recentiorem.* Post Caroli II. Hispaniarum regis mortem, & de Sicilia, æque ut de reliquis monarchiæ Hispanicæ regnis, certatum fuit inter Gallos & Cæsarem, per Trajectensem vero pacem, Siciliæ regnum *Sabaudò* fuit attributum, qui a. 1712. solenni ritu rex Siciliæ fuit inauguratus. Posteaquam vero a. 1718. Hispani armis insulam invaderent, gravissimi belli cum Cæsare theatrum facta est Sicilia, usque ad a. 1720. quo Hispani pedem referre coacti sunt; tandem a. 1721. insecuta transactione, Sabaudus Cæsari Siciliam cessit, ejusque loco Sardiniam accepit. *Scriptores* huc facientes sunt: FAZELLVS *de rebus Siculis*, RITIVS & SANDIVS *de Regibus Sicil.* MONGITORI *Bibliotheca Sicula*, & qui in *Hist. Neapolitana* adducti sunt; particulares dabunt DU FRESNOY & MENCKE in *Catalogo*.

III. *Respublicæ*, seu Status Liberi, quales sunt

I. VENETORVM. Ubi notamus

a. *Rationem nominis.* Venetos, populum antiquum, regionem *Venetiam* insedisse, tractuique illi, quem hodie *Marchiam Tarvisinam* vocamus, nomen dedisse, communis est opinio, an vero ex Gallia? an ex Lydia, Trojana stirpe oriundi, huc immigrarint, non attinet inquire.

β. *Originem nationis.* Modernum Venetorum populum, cum reliquis Italis, ejusdem esse originis, ex morum ac linguæ cognatione constat.

γ. *Initium Venetiarum* vulgo in ea tempora ponitur, quando Attila sub medium sec. V. Italiam vastaret, verum accuratiores, urbem jam ante Attilæ adventum conditam esse, asserunt, circa a. 421. seq.

δ. *Incrementa Urbis & Reipublicæ.* Quemadmodum primi urbis conditores & habitatores, ditiores & potentiores fuere, ita successu temporum, commerciis opes, opibus potentiam sibi pararunt Veneti, ut cum Pipino Francorum rege, circa a. 808. seq. bello decertare, & Sa-


racenos

a b c











a b c racenos adgredi haud fuerint veriti. Primus in Republica Dux Venetorum, *Paulutius* seu *Paulus Lucius* nominatur circa a. 697. Imprimis vero tempore belli sacri, res Venetorum auctae sunt, quo mercatura illorum mirum in modum stabilita fuit, ita ut Graecos non solum circa a. 1173. & 1298. infestare potuerint, sed plurimae etiam maris insulae ab iis occupatae fuerint circa a. 1204. In continentem Italiae progressi sunt, dum Patavini & Veronenses inter se bello decertarent, circa a. 1401. seq. occasionem enim sic nacti Veneti, utrosque subjugarunt. Opibus ita viribusque aucta republ. Venetorum, cum Turcis, Imperatoribus & Pontificibus Rom, Gallis & Genuensibus, gravissima gessit bella sec. XV. XVI. & XVII. *Scriptores* huc pertinentes sunt: *BLONDVS de origine & gestis Venetorum*, *SABELLICVS*, *BEMBUS*, *IUSTINIANVS*, *VERVS*, *NANVS*, in *Hist. rerum Venetarum*, *SIGNONIVS de Regno Italiae*, *THUANVS Hist. Sec. XVI.* *PVTEANVS in Historia Insubrica*, reliquos dare possunt *DUFRESNOY & MENCKE in Catalogo*; *GRYPHIVS in Apparatu Script. Sec. XVII.*

II. *GENVENSIVM*. A principe urbe *Genua*, nomen habet, incolae cum reliquis Italis ejusdem sunt generis. Florente Romanorum republica, partes illorum perpetuo secuta est, hinc diruta fuit a Carthaginensibus, illis Italia submotis, pristino splendori restituta. Postea cum tota Liguria *Gothis* cecidit, iis ejectis, *Gracis* paruit per LXX annos. Sec. VI. a *Longobardis* occupatur, quibus suppressis *Francorum* subiit imperium; *Caroli M.* stirpe extincta, *Genua*, ut plures aliae civitates, *Consules*, liberis suffragiis creare coepit. A. 935. a *Saracenis* fuit direpta. Postea opibus & mercaturis incrementa sumit; A. 1015. *Sardiniam*, ejectis inde *Saracenis*, mox & *Corficam* occupant; belli sacri tempore, expeditiones illas, circa a. 1097. navibus copiisque juvant, eaque occasione *Cyprum*, *Lemnum*, aliasque insulas in potestatem successive redi-

Pp

gunt,




a b c gunt, imo in Pontum usque Euxinum excurrunt, Peram-  
 que, e regione Constantinopolis condunt. Sec. XIII. &  
 XIV. gravia cum Venetis bella gerunt. Sub finem sec.  
 XIV. factionibus Gvelforum & Gibellinorum, Genua  
 maxime lacerabatur, quibus turbis factum, ut sec. XV.  
 mox propriis legibus vixerit, mox exterorum se submi-  
 serit imperio, Germanorum puta, Gallorum, Vicecomi-  
 tum Mediolanensium, & sic porro, usque dum excuterent  
 a. 1444. externa dominia, *Ducem*que eligerent ex sua  
 gente Genuenses, *Simonem* nempe *Boccanegra*, novisque  
 legibus Rempubliam constituerent. Exortis vero rursus  
 novis dissidiis, circa finem sec. XV. Galli Genuam oc-  
 cupant, a quorum imperio a. 1527. *Andreas Auria* in li-  
 bertatem vindicat, illisque Legibus circumscriptis rem-  
 publicam civium, quarum vigore hodiernum floret. A.  
 1575. 1596. 1627. 1654. cum Hispanis & Sabaudis, terra  
 marique fortiter bellarunt; a. 1672 cum Galli Hispani-  
 que Genuensium operam exposcerent, neutri vero parti  
 se addicere constituerent, Galli a. 1678. suburbium Ge-  
 nuæ, ac tandem 1684. ipsam urbem, ignitis globis ex  
 classe immittis, plurima ædificia subverterunt, & ad du-  
 ras condiciones Senatam compulerunt. Recentiora adde-  
 mus per discursum. *Scriptores* huc facientes sunt;  
 FOLIETAE & BIZARI *Historia Genuensium*, BON-  
 FADII *Annales Genuensium*, reliquos vide apud DUFRES-  
 NOY, MENCKIVM, GRYPHIVM *Loc. cit.*

III. LVCENSIVM. Nomen habet ab urbe-principe *Luce*-  
 ca, quæ antiquitus & sub media ætate, eadem cum reli-  
 quis Hetruriz ac Liguria partibus, passa est fata. Circa  
 a. 178. colonia ex Bononiensibus huc ducta fuisse dici-  
 tur. Turbis interregni, pari ratione ut multæ aliæ ur-  
 bes Italiae, in libertatem a. 1286. se vindicarunt Lucen-  
 ses, quam tumorum pretio Rudolphus I. iis vendidit,  
 salvo tamen imperii jure. Jactata dein sec. XIV. fuit sub  
 a b c Tyrannis, ex quibus præcipui fuerunt *Castrucci*, *Spinola*,  
 & *Scal-*











a b c *Scaliger & Guinifus*, hoc ultimo in carcere 1430. extincto, civitas libertatem recuperavit, creato sibi *Duce* seu *Præfecto*, cujus tamen auctoritas legibus admodum circumscripta. A. 1626. Lucenses urbem suam, mœnibus novis & fortalitiis circum dederunt, nec quicquam apud illos ex illo tempore memorabile contigit, historiam Lucensium immixtam legimus apud *BLONDVM*, *SIGONIVM*, *SABELLICVM* aliosque, qui vicinorum res descripserunt.

IV. *S. MARINI*, *Fanum S. Marini* oppidum est in monte aspero, inter Romandiolam & Ducatum Urbinatensem, caput est reipublicæ parvæ, sub quo duodecim pagi sunt; de hac vero republica, præter nomen parum dici potest; si quæ huc spectant, legenda ea & conquirenda erunt ex scriptoribus rerum Italicarum.

V. *DVCATVS & PRINCIPATVS* insigniores, quo refero

I. *MEDIOLANENSEM*, a principe urbe *Mediolano* sic dictum, quam condiderunt Galli circa a. M. 3360. a. C. n. 588. a Romanis hi & vicini tractus circa a. M. 3730. a. C. n. 218. occupantur. Dum Gothi Italiam irruunt, *Mediolanum* a. 538. occupatur & deletur. Gothis a *Belifario* expulsis ad Romanorum imperium rediit. *Lombardis* a. 568. novum heic regnum condentibus, principalis illius portio fuit tractus *Mediolanensis*; horum regno exciso, *Francis* paruit cum tota *Liguria*, & post extinctam domum *Carolingicam*, *Germanorum Imperio* subjecta sunt, quæ *Lombardiæ* finibus complectebantur. *Turbis Gibellinorum & Gvelforum*, hæc etiam partes misere lacerabantur *sec. XI. XII. & XIII.* quo rerum statu, *Mediolanum* a. 1162. protinus everitur, sed & successive rursus restauratur; interregulos s. *dynastas*, qui summam rerum, turbulento illo statu, titulo *Vice-Comitum* *sec. XIII. seq.* administrarunt, *Galeacii* quoque fuerunt, quorum *Johannes Galeacius*, a *Wenceslao Imp.* a. 1398. *Ducis* *Mediola-*

Pp 2

ger-



a b nensis dignitatem nactus est, cujus posterii Ducatum tenuerunt usque ad *Franciscum* a. 1525. sine heredibus defunctum, ex quo, post grave bellum cum Gallis, *Carolus V.* Imp. sibi vindicavit *Mediolanum*, transmittendum ad posteros reges Hispaniæ, penes quos mansit usque ad *Carolum II.* a. 1700. demortuum, dehinc *Philippi V.* partes sequebantur ad usque an. 1706. quo Galli clade accepta, partes Italiæ superiores *Cæsari* relinquere cogebantur. *Scriptores* huc spectantes sunt *ALCIATI & RIPAMONTII Historia Mediolan.* *CALCHI Historia patriæ suæ*, *SIGONIVS de regno Italia*, *PVTEANI Hist. Insubrica*, reliquos dabunt *DU FRESNOY*, *MENCKE & GRYPHIUS Loc. cit.*


II. *SABAUDIÆ*; quæ hodie *Sabaudia* & *Pedemontii* finibus complectuntur, diversis temporibus & viis, in unum coiere corpus singula; primis, quantum scitur, ætatibus, *Gallia togata* s. *Cisalpina*, aut forte *Celtica*, portio fuere hi tractus, quorum partem *Sabaudiam* hodiernam inhabitaverunt *Allobroges* cis-montani, suos habentes reges, usque ad *Bituitum*, quo circa a. M. 3830. a. C. a. 118. a Romanis victo, *Allobroges* Romanorum subierunt imperium; *Pedemontium* ad *Galliam subalpinam* relatum, a variis populis olim inhabitatum, ætate *Longobardorum* pars illorum fuit, illis subactis, *Francorum* imperio paruit; dein cum horum ruere inciperet majestas, varii dominatus successive heic exorti, *Comitatuum & Marchionatum* nominibus; *Sec. V.* dum *Burgundi*, novum in *Galliæ & Italiæ* finibus erigerent regnum, *Sabaudia* etiam, illius complexu continebatur, dehinc *Francis*, cum toto regno *Burgundico*, subiecta facta; Exortum tandem *sec. IX.* regnum *Arelatense* s. *novum Burgundicum*, & *Sabaudiam* in se complectebatur, cujus rex *Rudolphus III.* circa a. 1000. in partibus *Sabaudia*, peculiarem *Comitem*, nomine *Bertholdum* s. *Beroaldum*, (de cujus origine multum disputatur) constituisse perhibetur. Cujus posterii in his tractibus regnarunt, variisque modis, armis, connubiis, donationibus,

bus,











a b bus, vicinas ditiones suo adduxerunt imperio; *Amadeus II.* primus imperii in Sabaudia Comes, lege clientelari, ab Henrico V. Imp. renunciatus fuit; *Amadeus VIII.* primus a Sigismundo Imp. Dux creatus; *Carolus I.* ab a. 1485. regem Cypri sese appellavit. Qui sec. XVI. & XVII. regnarunt principes, variis bellis clarum adepti sunt nomen, quod tamen, immanissima Waldensium persecutione & laniena, haud leviter foedarunt. *Victor Amadeus II.* ab a. 1675. regnans, a. 1713. rex Siciliae inauguratus, ejusque loco a. 1720. Sardiniam adeptus est, ut dictum p. 296. 304. *Scriptores* huc pertinentes sunt, qui generatim Italiae superioris historiam descripserunt, antiquiora suppeditant rerum Romanarum scriptores; Anonymus in *Theatro Statuum Sabaudiae, Sabaudia Respublica & Historia Elzeviriana*, GUSCHENON in *Hist. Genral. domus Sabaudiae*, reliquos dabunt DUFRESNOY, MENCKE, GRYPHIUS *Loc. cit.*

III. MODENAE s. MUTINAE; Colonia & urbs olim Galliae togatae fuit Mutina; Romanis paruit usque ad Gothorum & Longobardorum adventum, a quibus everfa, & cum tempore restituta est. *Azo Estensis* Comes, de cujus stemmate varii varie loquuntur, ab Ottone I. Imp. *Marchio Estensis*, contra Berengarium constitutus esse dicitur; quo titulo posterii sui innotuerunt, usque ad *Borsum*, qui a Friderico III. Imp. a. 1452. Dux Mutinae & Regii creatus fuit, ex cujus posteris hodie regnat *Reinaldus* ab a. 1694. *Scriptores* qui haec consuli debent, sunt BLONDVS, SIGONIUS, SABELLICVS, VEDRIANVS in *Hist. Modena*, alii apud citatos reperiendi.

IV. MANTVAE; hanc urbem, plus quam 600. annis ante Romam esse conditam, sunt qui affirmant; Galli Cenomani hic locorum habitaverunt, usque dum & isti tractus Romanorum subirent imperium; Postea Gothis & Longobardis cesserunt, his subactis, Francorum regibus, cum reliqua Italia paruit Mantua, ac demum Germanorum coluit imperium; Turbis illis a seculo XII. exortis, cum tota fer-




<sup>a</sup> <sup>b</sup> me Italia deficeret, & Mantua idem conata, inque factio-  
nes discissa fuit, usque dum a. 1328. *Ludovicus Gonzaga*,  
sub titulo *Capitanei* urbis, summam rerum ad se pertra-  
heret, confirmatus illa dignitate a *Carolo IV. Imp.* Regna-  
runt illius posterum, inter graves dissensiones, ad *Johannem*  
*Franciscum*, qui a. 1433. a *Sigismundo Imp.* titulum *Mar-*  
*chionis* adeptus fuit, transmittendum ad posterum, ex qui-  
bus *Fridericus II.* a *Carolo V. Imp.* a. 1530. primus *Dux* cre-  
atus est; cujus familiam clausit *Carolus IV.* exul sine pro-  
le defunctus 1708. ex quo tempore, *Cæsaris* arbitrio subje-  
ctus factus fuit *Ducatus Mantuanus* in hunc usque diem,  
conf. PLATINAM & POSSEVINUM in *Hist. Mantua*, & re-  
liquos num. præc. citatos, particulares dabunt *Catalogi cit.*

V. HETRURIAE; Antiquitus & *Tuscia* dicta, unde  
nomen *Toscana* ortum, hodie magnus *Ducatus Florentinus*  
appellatur; Habuerunt *Hetrusci* suos reges, quorum no-  
tissimus *Porfenna* circa a. M. 3444. a. C. n. 504. Post  
diuturnum bellum a Romanis subacti fuere *Tulci*; quo in  
statu manserunt, usque dum *Gothi*, ac tandem *Longobardi*  
has oras vastarent & sub jugum mitterent. Sec. IX. *Hetru-*  
*ria* paruit *Imperatoribus* ex stirpe *Carolingica*; post illo-  
rum occasum, *Marchiones* in *Tuscia* admodum potentes  
dominantur, ex quorum familia, *Marozia* sec. X. & *Mathildis*  
sec. XII. famosæ mulieres. Sec. XII. exortæ sunt tres *Respubli-*  
*cæ*, *Florentina*, *Senensis* & *Pisana*, diu armis valentes;  
apud *Florentinos* caput extulit familia *Mediceorum* sub ini-  
tium sec. XV. quæ inter multas turbas rerum summam te-  
nuit, usque ad a. 1531. quo *Alexander Medicus*, auspiciis  
*Caroli V. Imp.* *Dux Florentinus* creatus est; a. 1509. *Pi-*  
*sam*, a. 1557. *Sienam*, *Florentini* sibi acquisiverunt; ma-  
ritimi tractus, olim ad *Sienenses* spectantes, *Hispanis*  
cesserunt, quos *Status præsidii* vocaverunt; qui ei successit  
*Cosmus I.* a *Papa* a. 1569. *Magui Ducis* titulo, peculiari-  
que corona donatus & ornatus fuit; *Cosmus III.* ab impe-  
<sup>a</sup> <sup>b</sup> ratore a. 1700. *elogium Regiæ Altitudinis* adipiscitur, cujus  
filius











a b filius *Johannes Gasto* hodie regnat ab a. 1723. improlis plura qui velit, legat post generales Italix Scriptores CONTARENI, ARETINI, SCALAE, BRVTI, POGGII, MACHIAVELLI *Historiam Florentinam*, PUTEANI *Historiam Medicam*, & qui nostro ævo *Jus imperii in Etruriam* indagarunt, MASCOVIVS, GVNDLINGIVS HAHNIVS; reliquos propinant DU FRESNOY, MENCKE, GRYPHIVS *Loc. cit.*

VI. PARMAE; hodierni tractus, qui titulo Ducatus Parmæ & Placentiæ venire solent, olim Gallia Cis-alpina complectebantur, circa a.M. 2730. a.C. n. 218. Romanorum, sec. V. & VI. Gothorum ac Longobardorum, hisque excisis, Francorum subiere imperium, ac tandem Germanorum; A turbis illis, quas Guelforum & Gibellinorum factiones, per omnem fere Italiam sec. XII. XIII. seqq. caussarunt, neque hi tractus fuere immunes, quorum capita fuere Parma & Placentia; quæ nunc Cæsarium, nunc Pontificum partes sequebantur, usque dum Julius II. Papa a. 1514. utramque urbem sibi subjiceret, cujus successor Paulus III. titulo *Principatus*, filio suo spurio *Petro Aloysio Farnesio*, Parmam & Placentiam nexu feudali contulit, penes cujus posteros singula manserunt, usque ad modernum Ducem *Franciscum* ab a. 1694. regnantem, sed improlem cum fratre Antonio; *Scriptores* huc spectantes sunt omnes illi, qui Italix res generatim descripserunt, juncto THVANO, JOVIO, aliis, nisi quod CAMPI in *Hist. Eccles. Placentina*, instar universalis historix esse possit, reliquos dabunt DU FRESNOY, MENCKE, GRYPHIVS *Loc. cit.*

VII. Reliquos Italix *Principatus & Dominatus*, ut viribus ita & dignatione parum valentes, sicco præterimus pede; qui singulos cognoscere velit, evolvat V. C. HVBNERI *Fom. III.* & habeat, quibus restinguere sitim possit suam, si non in totum, tamen ex parte.

VIII. Ultimum in hac classe locum, occupant *Insula*, maris mediterranei celebrioras, & quidem

I. SARDINIA. Nomen habere a *Sardo* Herculis filio, qui primos illuc colonos ex Libya deduxerit, græci fabulantur,

lanus,



a lantur, *Bochartus Lib. I. c. 31.* auctor est, primas Carthaginiens colonias, quæ huc migrarunt, insulam sua lingua *Sarada i. e. vestigium*, propter figuram insulæ humani vestigii, quod refert, appellasse. *Ilienses, Locrenses, Corsique* olim eam inhabitarunt, postea circa a. M. 3577. *Carthaginienses*, hos ejecerunt *Romani* a. M. 3715. a. C. n. 233. & omnium primum faciunt provinciam, quibus paruit, usque dum inclinante Romanorum imperio, seculo V. *Vandali*, dehinc a. 852. *Saraceni*, illam invaderent, quos *Pisani & Genuenses* pellunt a. 1015. *Fridericus Barbarossa* a. 1164. *Barrosanem*, ex Principe Sardinia regem constituit; deinceps cum Papa insulam hanc sibi vindicare vellet, *Fridericus II. Imp.* a. 1239. eam occupat, *Saracenis* ejectis; sub finem tamen sec. XIII. a *Bonifacio VIII.* rursus erepta, & postquam ad *Pisanos* defecisset, sec. XIV. initio, rursus *Aragonæ* regibus adducta fuit, quo titulo tandem ad *Hispaniæ* reges pervenit, iisque subiecta mansit, ad nostram usque ætatem. A. 1708. *Cæsari*, ope *Anglorum* fuit recuperata, a. 1717. *Hispani* eam occuparunt, sed ex *Sicilia* mox ejecti, hanc quoque insulam derelinquere coacti fuere a. 1720. ex quo *Sabaudæ* cessit, secundum ea, quæ pag. 301. diximus; vid. *CLYVERII Sardinia, FARAE Res Sardoium, VITALIS in Annalibus Sardinia.*


II. *CORSICA*; olim *Terapone & Cyrenus* dicta, tandem *Corsica*, ratione non satis certa; Hæc, cum adjacente *Sardinia*, antiquitus eosdem colonos accepit, ex *Tuscia*, aut ut alii volunt ex *Phoenicia* eademque fata experta fuit, a. M. 3597. a. C. n. 451. depredatur a *Siracusanis*; *Tuscis* eam ademerunt *Carthaginienses*, quos ejecerunt *Romani* eamque provinciam faciunt a. M. 3719. a. C. n. 229. Sub medium seculi V. *Vandalis* paruit, dehinc *Gotbis*; circa 850. *Saraceni* *Corsicam* vastant & occupant, *Corsi* relictis bonis in *Italiam* aufugiunt; Sec. XI. de ea certarunt *Pisani & Genuenses*, postquam *Saracenos* ex illa eiecissent a. 1015. sed victoribus *Genuensibus* tandem cessit, in quorum potestate hodiernum adhuc persistit, a. 1553. *Galli* aliquot loca occupant, quæ 1559. restituantur, ex quo nihil memorabile de *Corsis* dici potest; res hic gestas, *Genuensium* historici complectuntur.

III. CY-











III. **CYPRVS**, hæc insula, licet Africæ semper fuerit annumerata, ejus tamen historiam heic placuit adumbrare; Antiqua Phœnicum colonia, & Trojani belli temporibus antiquior habetur. Amasis rex *Aegyptiorum*, Cyprum subegit, a quibus insulani ad Cambysen *Persarum* regem deficiunt, quos a. M. 3473. a. C. n. 475. expellunt *Græci*; Artaxerxes Ochus rursus eam recuperat, quo in statu mansit ad Alexandri M. tempora, cui se submittebant Cyprii. Post Alexandri mortem de ea certarunt *Aegypti* & *Syriæ* reges, a Ptolomæo tamen Evergete subicitur; tandem variis sub prætextibus, Ptolomæo Aulete regnante a. M. 3892. a. C. n. 56. Cyprus a *Romanis* confiscatur. Julius Cæsar Cleopatrazæ sorori Arsinoæ adjudicavit, quo in statu mansit ad tempora Augusti, qui devicto Antonio provinciam fecit Romanam; a. 114. Judæi in Cypro rebellantes, ad ducenta millia hominum trucidant; sed & gravissime puniuntur. Post divisum Imperium Romanum *Græcis* paruit. Anno C. 648. a *Saracenis* occupatur, quos *Græci* aliquoties ejiciunt, donec deficientibus circa finem sec. XII. insulani, *Isaacus* quidam, Ducis nomine ea potius est; is cum injuriose haberet *Franciæ* & *Angliæ* reginas, dum religionis causa Hierosolymam proficiscentes heic appellerent, tantum odium in se concitavit, ut Richardus *Angliæ* rex, expugnata Ptolomaide, vires eo verteret, (alii dicunt, tempestate eo adjectum, nec tamen admissum esse) insulamque vi & armis occuparet a. 1181. capto & occiso *Isaaco*, dein *Templariis* vendidit, quos incolæ cito rursus ob tyrannidem ejiciunt; posthæc *Gvidoni* Lusignano, regi olim Hierosolymitano, numerum pretio cessit a. 1191. sub cujus posteris mansit regnum usque ad a. 1473. quo ultimus & in ordine XVI. rex *Jacobus* obiit; cujus viduæ *Cornaræ*, ex *Venetis* oriundæ, *Veneti* persuadent, ut insulam in Senatus sui potestatem traderet, quod & a. 1476. factum, proinde illam tenuerunt *Veneti* usque dum *Turcæ* ab a. 1571. Cyprum armis eriperent, vide post scriptores rerum Romanorum & *Græcorum*, quæ in unum collecta prostant in *Tom. IV. Puffendorffii cap. XI. p. 735. seq. THUANVM Lib. 49.*

IV. **MALTA, MELITE**, & ista insula a Phœnicibus primos incolas accepit; hæc divus Paulus naufragio nobilitavit; a sec. VII. *Saracenis* paruit, ad a. 1089. quo rex *Siciliæ* Rogerius eos ejecit, *Siciliæ*que adjunxit. Equitibus Ordinis *Johannitici*, quos *Hospitalarios* olim vocabant, *Rhoda* a. 1522. ejectis, *Carolus V. Imp.* Melitam concessit, jure clientelari possidendam; a. 1565. *Turcæ* insulam armis oppugnabant, sed & re infecta discedere cogebantur; ex quo tempore Equites *Maltenses* dicti, excursionibus marinis adversus *Turcas* & *Barbaros* satis celebres; vid. post alios, *BVRCARDI NIEDERSTEDTI Malta vetus & nova.*

V. *Reliquas insulas* bene multas, resque in iis & apud illas gestas, non attinet commemorasse, quippe quod de nonnullis parum, vel etiam nihil notatu dignum occurrat, si quæ sint, in quas oculos convertere mereatur, earum notitiam dabunt *Geographi*, res vero gestas sparsim propinant, quæ historiam *Turcarum*, *Saracenorum*, *Græcorum*, *Expeditionum cruciatarum*, *Venetorum*, & sic porro, literis consignarunt.



IV. AMERICAE; Veteri orbe perlustrato, in novum per tot ante secula incognitum, nobis nunc relinquendum ubi consideramus,

1. *Varias appellationes*; Quum Hispani, omnes longinquas & distitas regiones *Indias* vocarent, idem & vastissima huic orbis parti evenit, quam a plaga *Indiam Occidentalem*, & quod noviter detecta sit, *Novum orbem*, *die Neue Welt*, vulgo appellamus; *America* vero nomen adepta est ab *Americo Vesputio*, qui a. 1497. Moluccas petens, vastissima illius continentis oras detexit orientales.

2. *Originem incolarum*; ex falsa, aut saltem dubia hypothesi, quasi alterum hemisphaerium, ingentem *Insulam*, quam hodie *Americam* vocamus, quaquaversus a reliquis mundi veteris partibus, oceano interclusam complectatur, factum est, ut recentiori aevi, viri haud inferioris subfellii, vires & ingenia, de *origine Americanorum*, quaestione pulchra & ac jucunda, exercuerint, sed & in varias sententias abierint, vidi OKOTII & de LAET scripta controversa, de *origine gentium Americanarum*, HORNII de *Originibus Americanis*, & in *Arca Noe* pag. 414. seq. imo nonnulli putarint, circa ortum ecclesiae christianae, *Americam* nondum fuisse habitatam, v. BOECLERI *Secula IV. priora* pag. 39.

3. *Detectionem*; Pari ratione, ut de origine incolarum, ita & de prima detectione multum disputatur; *Angli*, *Madoco* Principi Valliae, detectionis honorem attribuunt, qui circa 1190. illos tractus, ubi hodie *Florida*, *Virginia* &c. detegisse scribitur; *Venetis*, cives suos *Franciscum* & *Nicolaum Zenios*, circa finem saec. XIV. *Americam* septentrionalem in littoribus perlustrasse perhibent; *Germani*, *Martinum* *Behaim* *Crumlaviensem*, qui circa 1424. non solum insulas *Azores* detexit, verum etiam in austrum progressus, usque ad fretum, quod postea *Magellanicum* fuit appellatum, litora *Americae* scrutatum esse dicunt; *Hispani*, suum *Christophorum* *Colonom* vulgo *Columbum* pro primo *Americae* inventore habent, qui a. 1492. insulas *Antillas*, & quae in sinu *Mexicano* alluuntur, detexisse primus creditur; qui in hoc sententiarum divortio plura velit, legat STEVENII *Schediasma de primo nobi orbis detectore*; *Tom. IV. Introd. Puffendorffii*, cap. 1. de *America*. Denique etiam non minor controversia: *an de hodierna America, antiquissimis populis & gentibus quicquam constiterit?* vid. ALBINI *Diss. de Novo Orbe*, VIETORIS *Diss. de America*.

4. *Historiam & res gestas*; de antiquis illarum gentium, quae numero & multitudine sua, reliquas orbis partes non superant, aequant certe, paucissima ad nostram pervenerunt notitiam, nec, quae in Hispanorum relationibus ex novo orbe profant, ab omnibus dubiis sunt exempta, imo ita comparata, ut potius res Hispanorum in *America* gestas, quam illarum nationum acta, ante Hispanorum adventum exponant debite; in istar omnium itaque esse possunt, quae leguntur *Tom. IV. Introd. Puffendorffii* cap. de *Americae* *Scriptores & Itineraria* huc spectantia lege apud DU FRESNOY, MENCKIUM & GRYPHIUM *Loc. cit.*


F. I. N. I. S.

CONSPICE











# CONSPECTUS CONTEN- TORUM.

CAP. I. de Elementis Historiæ Civilis pag. 1.

[Art. I. de Notatione Nominis pag. 2.

Art. II. de Definitione pag. 11.

Art. III. de Divisione pag. 13.

Art. IV. de Causis & Scriptoribus Hist. Univers. pag. 17.

Art. V. de Affectionibus pag. 23.

Art. VI. de Adjunctis & Accidentibus pag. 33.

Art. VII. de Methodo & ordine tractandi Hist. Civil. p. 35.

Momentum I. de Methodo & Ordine Historiæ in se, p. 36.  
ubi seq. observanda:

1. Notitia auctorum, p. 40.

2. Excerptio ratio, p. 43.

3. Solers meditatio p. 44.

Momentum II. de Fide historica pag. 45.

Momentum III. de Præjudiciis in studio Hist. pag. 46.

Momentum IV. de Cautelis in studio Hist. pag. 48.

CAP. II. de Adjumentis Historiæ Civilis pag. 52.

[Art. 1. de Lingvis in studio Hist. necessariis pag. 53.

Art. 2. de Disciplinis heic necessariis

Historia Literaria, Geographia, pag. 55.

Chronologia pag. 58. Genealogia pag. 68.

Heraldica pag. 69. Politica pag. 69.

[Art. 3. de reliquis subsidiis, ut

Studio Antiquitatum pag. 70.

Re Diplomatica pag. 71.

Notitia Sigillorum pag. 72.

Re Numaria pag. 72. seq.

Inscriptionibus pag. 73. Imaginibus 74.

CAP. III. de Lineamentis Hist. Civilis pag. 75. & quidem  
de historia regnorum ac populorum.

I. ASIARUM



I. ASIAE, pag. 77. ubi occurrit historia: Amalekitarum pag. 137. Ammonitarum ibid. Arabum 118. Armentorum 136. Asia 138. Assyriorum 104. Babyloniorum 100. Bactrianorum 136. Belli Sacri 124. Bithynia 140. Cappadocia 141. Cilicia ibid. Galatia ibid. Hebraeorum 77. Japonia 153. Indorum 135. Iturea 137. Lydorum 107. Medorum 106. Midianitarum 137. Moabitarum ibid. Mogolensium 148. Palaestinorum 137. Paphlagonia 141. Parthorum 135. Pergamenorum 140. Persarum 109. Phenicum 137. Ponticorum 139. Sinensium 151. Syrorum 128. Tartarorum 148. Turcarum 142.

II. AFRICAE pag. 154. ubi occurrit historia: Abissinorum 162. Aegyptiorum 155. Algeria 165. Caffaria 163. Carthagenensium 167. Congo 163. Fezza 164. Guinea ibid. Maroccanorum 164. Monomotapa 163. Nigritia ibid. Numidarum 171. Tremezeni 164. Tripolitanorum 166. Tuncetanorum ibid. Vandalorum 170. Zangabaria 163.

III. EUROPAE pag. 172. ubi occurrit historia: Anglia 233. Argonautarum 173. Atheniensium 174. Belgii 279. Bohemia 270. Bosnia 207. Bulgarorum 207. Burgundionum 200. Constantinopolitanorum 183. Corinthiorum 174. Corsica 304. Croatia 206. Cypri 305. Dania 243. Gallia 226. Germanensium 297. Germania 273. Gothorum 194. Graecorum 172. Helvetia 282. Herulorum 198. Hibernia 242. Hispania 219. Hungaria 261. Italia 285. Langobardorum 199. Luccensium 298. Macedonum 176. 179. Malta 305. S. Martini 299. Moldavorum 209. Neapoleos 290. Norvegia 246. Pontificis Rom. 289. Polonia 256. Portugallia 214. Prussia 260. Romanorum 186. Russia 252. Sabaudia 300. Sardinia 304. Scotia 240. Servia 207. Sicilia 293. Slavonia 205. Spartanorum 176. Suedia 248. Tartaria 255. Thebanorum 175. Thracum 185. Transilvania 266. Trapezunti 184. Trojani belli 174. Venetorum 296. Wallachia 211. Vandalorum 198.

IV. AMERICAE pag. 306.

#### EMENDANDA ET SUPPLENDA.

Pag. 1. lin. 18. lege: antecedentem. p. 3. l. 14. *isue*. p. 4. l. 23. CORNIFICII. lin. 32. ipse Cicerone. p. 6. l. 10. Tacophraffi. p. 8. l. 5. SCALIGER. p. 13. l. 1. non essa. p. 15. l. 23. plerisque. p. 21. l. 11. 1728. p. 22. l. 29. discursum. p. 26. l. 18. proponando. p. 29. l. 17. suppetunt, verba. p. 40. l. 14. mentitus. p. 55. 17. XVII. p. 56. l. 33. qualis. p. 61. l. 26. ARTOPŒVS. p. 63. l. 33. durasse. p. 70. l. 8. subditi. p. 75. l. 13. Adminiculis. p. 76. l. 20. pag. 65. p. 77. l. 16. antediluvianam. l. 17. Cainan. l. 32. Præadamitis. l. 33. nec non Hist. Eccl. V. 7. & Animalium V. T. Scriptoribus haurienda. p. 78. l. 22. quicbit. p. 79. l. 21. Babel. p. 84. l. 9. facinorosis. p. 85. l. 6. dele. pu. p. 92. l. 26. sanguine. p. 97. l. 6. Cænicolarum. p. 102. l. 8. incertis. p. 107. l. 20. alia; p. 112. l. 22. coguntur. p. 118. l. 31. Saraceni. p. 122. l. 29. ex quo. l. 31. controvertatur. p. 123. l. 8. tamen! p. 124. l. 3. ἐπιχειρισίς. l. 19. Digressio. p. 129. l. 28. Ambitum. p. 133. l. 32. romanam. p. 138. l. 4. POLYBIUS: p. 142. l. 31. mare. p. 154. l. 17. Sinensium & Tartarorum. p. 155. l. 6. Aegyptii. p. 159. l. 13. Candace regina Aethiopia Aegyptum. p. 166. l. 23. Bey. p. 167. l. 7. Bey. p. 174. l. 31. ZEMINS. p. 198. l. 31. dele impiter. p. 202. l. ul t. GNDLINGERNA. p. 204. l. 8. dele a. p. 216. l. 30. rex. p. 220. l. 17. Normanna. p. 241. l. 31. Post primam: lia. ult. adde: de al-  
1708. unione a. 1708. facta, dictum p. 239. p. 243. l. 16. p. 239. 247. l. 26. 1648. p. 255. l. 30. Maquidm. p. 259. l. 2. & p. 276. l. 14. 1411. p. 294. l. 14. maxima.







Schmaufers Kunst des Fortzugs

M.















